2 vols. in 1.

Enth.

1) Philelphus, Joh. Mar., Epistolare
Basel 1489
Hain 12974*

2) Imitatio Christi, Augsburg 1488
Hain 9094*   Erhard Ratdolt

PHILELPHUS, Joannes Marius. Epistolarum nouum. Roman letter, 160 leaves, the last blank and present, 35 lines to the page, marginal references. Qto., old pigskin.
(Johann Amerbach) 1489.
Price $75.00

<u>Collation:</u> a-u^8.
A page for page reprint of Amerbach's edition of 1486. Some stains.
Hain 12974; B.M. Vol.III page 752.

Bound with:
GERSON (Johanis). Imitatio Christi. Qto., gothic type, 48 leaves, two columns, 40 lines to the page. Woodcut capitals. Erhard Ratdolt, 1488.
<u>Collation:</u> (*^{2}) a-e^8 f^6.
Erhard Ratdolt had been invited to return to his native city from Venice, which he did about 1486, working there

continuously till his death in 1527 or 1528.
Hain 9094; B. M. Part II page 382.

Loci Capuc: Giraubinga.

EPISTOLARE MARII PHILELFI

Correctio coram populo et visa
non Satisfactio coram Deo Ipsi qui
se corrigunt
flagitant

celat magis ad detrimentum corporis
quam ad utilitatem ~~animae~~ salutis

ORDO

Ordo cõtentorũ in hoc utilissimo opere: Primo episto/la consultatiua de opere imprimendo cũ eius responsiua præmittitur.

Secundo ponitur epistola proemialis ipsius auctoris.

Tertio dantur præcepta artis rhetoricẽ pro occurrẽtis temporis opportunitate: de orationibus & epistolis com/ponendis & dictandis.

Quarto describunt' tituli cum epithetis cõuenientibus omnibus & singulis hominum dignitatibus & conditioni/bus: a summo pontifice Imperatore Regibus usq; ad agri/colas & alios artifices.

Quinto: qm̃ Tullius & alij de epistolis scribentes dicũt epistolarũ multa esse genera: nec tamen declararunt quæ aut quot essent illa genera: ideo ut omnibus ad epistolas facilior pateat accessus: hic declarant' epistolarum scriben darũ octoginta esse genera: & quæ sũt illa: Vnumquodq; etiam genus exemplificat tribus epistolis differentibus: fa miliari: familiarissima: & graui: & unicuiq; generi propria accõmodat synonyma.

His aũt titulis hæ contiuentur epistolæ.

ORDO TITVLORVM

EPISTOLA COMMENDATICIA

Ludouicus Mondellus ordinis minorum doctorq; theologus. Octauiano Vbaldino mercatbelli dño illustrissimi ducis Vrbini Germano dignissimo: doctorumq; uirorum Patrono. S. P. D.

Vellem Octauiane princeps illustris: & doctorum uirorũ præsidiũ ac dec⁹: ut de uiuo Mario philelfo potiusq̃ mortuo: ornando: nũc mihi cõtentio esset. Iucundius em̃ eam (nõ dicã feruẽti⁹) susciperẽ. Sed qm̃ siue natura: siue fato ita secũ actum est: ut priusq̃ nos ex hac uita decederet: nõ putaui cõmittẽdũ esse: ut ei quoq; mortuo meũ officium deesset. Et quidẽ p deũ immortalẽ: quid est qđ defunctis maius impendere possimus: q̃ eis uitã p gloriam ꝓpagare: imortalesq; qđdãmodo eos reddere! Solẽt aũt plærìq; sic defunctorũ gloriæ studere: ut marmoreis monumẽtis æneisue signis positis: eorum titulos & spectandos & legẽdos posteris relinquant. Verũ hac in re Marius sup̃stitum amicoꝶ ope nõ indiget. Satis em̃ magna monumẽta ipse uiuens sibi posuit: satis magnas statuas erexit: quæ nulla unq̃ uetustas: nulla uiolentia: nulla deniq; duro robore innata caprificus difficiet: Operum scilicet & scriptorum suorũ in diuersis generibus: quæ cum latinitate: eloquẽtia & candore mirifice splẽdeãt: cũ antiquoꝶ operibus & quidẽ pfectissimorũ conferri possint: ut iure de eo dicere possim: q̃tũ Marius ille Arpinas reipublicæ Romanoꝶ armat⁹: tãtũ noster Romanæ linguæ cõtulit togatus. In hoc tantummodo locus officio mihi relictus est: ꝙ cũ pars monumenti sui quasi angulus quidã: tenebris immersus sit: & ueluti sub opaca umbra ita cõstitutus: ut minime uel spectari uel legi possit: circũfusas tenebras pellam & obumbrantes ramos penitus abscindã: monumentũq; Marij totum sub luce cõstituã: ut nõ minus operosum appareat: q̃ a suo artifice cõstructũ sit. Epistolariũ em̃ inter cætera præclara opera Marius cõfecerat: in quo nõ solum epistolarum genera octoginta numerauit: sed singuloꝶ formulas & locos ꝓse-

Defũctis impendere

Marius Arpinas

cutus est:nec id quidē simpliciter:sed tripliciter pro nūmero triū dicendi figurarum ordine compleuit: Op⁹ ꝑfecto iuuenibus & mediocriter doctis utilissimū: unde nō minus latinitatē & elegantiam exhaurire: q̄ exercitationis latissimam frugē uberrimūq; fructum consequi possint: doctis uero futurū q̄gratissimū:utpote qđ multo labore: in quocūq; genere dicendum fuerit:possit eos releuare:Opus tñ ipsum nō æddiderat:aut si æditum dici pōt:uni mihi tm̄:cui dicauerat:& Archetypū nullo sibi retēto exemplo:aut aliis cōmunicato tradiderat:æditum fuerat.Decreuerā illud omnibus aperire: ut quantū laudis & gloriæ inde ꝑficisci potest: Mario nō interciperet᷑: & monumentum illud ex pluribus constans partibus: in hac quoq; parte ut in cæteris nulla caligine obscuraretur. Debeo sibi hoc ex pietate: multū me amauit: multū me litteris & sapiētia ornare studuit:Eius beneficio hanc particulā uiuacis animæ quā sortitus sum:habeo.Ingratus & impius censendus essē:si ego qui suo funeri nō interfui:nunc licet longo post tempore cū possum:q̄si pompa instaurata ad eū ornādū:meā ferculoꝶ partē nō afferrē:si nō & mea thura incēderē:adoresq; miscerem:si eius feretrū hoc nobili insigni quasi alio spolio nō accumularē. Cæterum quo plenius huic laudi & gloriæ Marij cōsulerē:in hac regia Parisiorū ciuitate: in qua iā biennīū studiorū gratia fui: epistolariū ipsum imprimendū dare statueram: ut in loco totius orbis eminentiori int᷑ tot academias: inter tot sapientissimos & diuinæ mentis uiros:ab omnibus Marius etiā functus & coleret᷑:& admiraret᷑. Quem locū:quā orbis plagā:ad eius nomen celebrandū æternitatiq; cōmendandū potui eligere aptiorē? Verū huic pietati meæ una res obstabat: ꝙ ea lege ab ipso opus mihi tradi impetraui: ut in alterius manus nō perueniret: idq; ipse suis:in libri inscriptione testatus est monimentis. Nec quidem a me id ea mente factū est:quia ambitiōe du

Archetyp⁹

Adores

cerer:aut q̄a si omnes idem scirent qđ ego:me minus scire putarē. Sed profecto quia tm̄ Mario tribuebam:tātaq; me uoluptate eius elegantia affecerat:ut nō uiderer satis meo facere desiderio nisi ab eo quodpiam singulare & q̄si meum proprium pignus haberem:quod noctu diuq; uersando ueluti quandam eius imaginem cōtemplarer. Quo fit ut si nunc librū imprimi iubeam:uerear ne ab omnibus in cōstātiæ accuser: uel quia iā uelim qđ modo noluerim:uel tanq̄ Marij contemplationem post eius mortem cōtinuo omiserim. Alius præterea scrupulus ea in re male me habet: quia forte cuipiam callido rerum estimatori possit id operis non dignum Mario uideri:quia dixerit non eandē quam cætera Mariana opera claris principibus dicata elegantiam redolere. Contra uero si in sententia maneam:& unicus libri possessor sim: illud timeam ne impius iudicer quia Marij gloriæ & imortalitati defuerim. Deinde ne mltis inuidisse uidear:quia ad multorum utilitatem in lucem prodire librum non permiserim:uel eo maxime:quo sicuti cæteris doctis uiris: ita & Mario omnes existimant illud scientiæ munus a deo collatum: non soli sibi & paucis amicis:sed toti humano generi profutuꝝ fuisse concessū. Ob quā rem si eos hoc cœlesti munere priuarem: iustā de me omnes haberent querelam: itaq; cum ueluti in mari a diuersis flatibus agiter:anceps sum hoc ne an illud eligā:aut fugiam. Decipimur enim specie recti: & in uitium ducit culpæ fuga si caret arte. Te igitur Octauiane princeps clarissime in tanto fluctu tanq̄ meum numen innocandum duxi: Tuum consilium pernecessarium mihi existimaui. Nec ab re præter cæteros te unum consulere uolui:primum ꝙ in dijudicandis rebus:consilijsq; deligendis: natura & doctrina cæteros quotquot noui ita antecellis: ut non solū ex agro piceno & flāminia quarū ꝓuinciarū anceps colonus es:sed ex toto latio:cū i omni genere uirtutum:tum in hoc

Horatius in arte

quod ex litteris proficiscit a te principe laudatissimo ma/
xime desiderent laudari. Denide q utriq; nostrum singu/
laris amicus eras: ut nullius magisq̃ tua intersit tantos int
nos componere (nõ dicam lites aut turbas) sed animi mo/
tus. Mario siquidem ita deditus eras & ille tibi: ut plusq;
dimidium animæ tuæ eum putares: Legem amicitiæ in eo
amando excedebas cum eius scripta tanquã libros sibylli
nos estimares. Omitto q crebris & maximis muneribus
eum ornabas. Id em̃ faciebas ei esse commune cũ multis: q̃
uis nõ omnibus eadem mensura qua Mario metireris: nõ
oẽs cũ Mario in eodẽ theatri gradu apud te sedebant: nec
nunc aliter mihi persuasum est: q̃ te cum eius spiritu ami/
citiam uelle pducere: cuius in uita fueras tam diligens ob/
seruator. Me uero ipsum quantũ amaueris nõ uulgaribus
semper ostẽdisti argumentis. Nullum enim officij genus
prætermisisti: quo nõ fueris in me beneficentissimus: quo
tiens mihi collibuisset te adire (quod ppaucorꝝ erat) sine
cubicularij officio: ut id possem effeceras: Ad penetralia
nõ solum dom⁹ sed etiã pectoris tui me q̃ sæpissime admit
tebas. nec indignũ sæpenumerto putasti ut quæ cæteris se
creta essent mihi libere cõmitteres. Tantũq; apud te & tu
os singulos auctoritate & gratia ualui ut ad officiorum cu/
mulum nulla possit fieri accessio. Neq; id mihi mea uirtu/
te contigit: aut quapiam causa ex me pfecta: Sed tm̃ tuæ
beneficentiæ cõsuetudo te admonuit: quæ talis est: ut ne/
minẽ prætermittas cui te non hospitalẽ præstes. Age igit
Octauiane numen meum: mihiq; uocatus Apollo pro illa
singulari sapientia tua: qua omnes uincis: p eam amicitiã
quæ tibi cũ Mario olim fuit: quam non decet ut frustra ti/
bi cõmemorauerim: per eam fidem & obseruantiam qua
te unice colo & ueneror: & quã tuo mutuo ac miro prose/
queris amore ac benignitate: Iam tuas hic interpone par/
tes: Iam tuam profer sententiam: Neutri nostrum eris pro
cliuior: Sed tm̃ quo te meꝝ animi iudiciũ impulerit adhæ/
rebis. Ego em̃ ad utrãuis partẽ tuo iudicio & auctoritate

confirmatus fuero: illã q̃celerrime facto cõprobabo: cũ ab alteri⁹ crimine (si qđ erat) ꝑsuasus sim ꝑ te eadẽ tua sententia: eadẽq; tabella me absolutum iri. Vale. Parisij tertio Kalendas Maij. Millesimoquadringẽtesimooctuagesimo primo.

Octauianus Vbaldinus: fratri Ludouico
Mondello doctori theologo. S. P. D.

Amabam te antea Ludouice mõdelle: tũ quia tua me ductũ indole nõ decepisti: proptereaq; te mihi familiarẽ semper habere uolui: tũ quia postq̃ mihi satis familiaris factus es: indies uidebã nõ mediocres uirtutes in te nasci adolescere: & ꝑfectas fieri: cũ tu neq; laborib⁹ parceres neq; studia remitteres: ut magnis principibus: grauibusq; negocijs dignũ te uiꝝ præstares: Nũc uero ob pietatẽ tuã quæ & ipsa insignis & in amicũ communem ẽ: ita in amore tui accensus sum: ut de te ornãdo q̃tũ possim cogitẽ: ne frustra apud me: qđ semꝑ studui aliqua egregia uirtute quispiam fuerit usus. Quid em̃ te officiosius: qui cũ amicitia inter uiuos sit: tu etiã a defũctis eã non separas: & cũ ijs qui nobis benefecerũt: paria aut aliquãto maiora beneficia reddere soleam⁹: tu ꝓ re mediocri accepta immortalitatẽ reddere cõparas. Nec id quidẽ cum mediocribus laboribus curas: quando quidẽ ex intimis Galliarũ partibus ad agrum usq; picenũ ꝓpter eã rem nũcios ad me miseris: Cũ tñ in ambiguis rebus amicoꝝ consiliũ siue iudiciũ exposcis: non possum tuam nõ laudare sapientiam. Nemo aliter q̃ tu sapiẽs fecisset. Q̃q̃ em̃ ita gratus & pius esse cupis ut tuo exemplo alios quoq; ad gratitudinẽ excitare possis: tñ dubitas ut plærũq; solet ne ea in re quippiã impie cõmittas: cũ proxime uirtutẽ sæpe uitiũ cõsistat. Et qdem qa ut scribis meũ iudicium expostulas: nullo hic te pacto fluctuare permittam: Quid enim me iudice obstiterit quo min⁹ ꝑ te Mari⁹ æternitatem adipiscat̃: cũ & tibi insignis pietatis laus inde cõparanda sit! Optimũ hoc cẽseo exquo utriusq; nomini cõsulit̃: omnibus uero q incõstãtiæ te criminarent̃ hoc re

sponsum esse uelim in pertinaciam: nomen cōstantiæ mutari: cum quis perstiterit ubi cōsilij mutationem ratio suaserit: Esset ne aliquis sapiens nisi ad tempora & ad hominum utilitates sua consilia accōmodaret! Nōne deus ipse menses dies & momenta uariauit: ut ad opus suum pertinere cognouit! Nō etiam id me moueret: quod de callido rerum estimatore & libri elegantia ad me scribis. Non em̄ latet uiros sapientes unius priuati hominis usui opus dicandum & quasi intra domesticos parietes reponendum: non tanta cura elaborari decere: quāta solet quod uniuersitati hominum & quasi in arce Mineruæ fuisset locandū. Vtriq; em̄ operi sua præcipua laus est: quia dignitatē eorū quæ accidunt seruat. Hoc autem iudicium meum non parum ex Octauiani Augusti iudicio confirmatur: Cuius auctoritatem non parui momenti esse duco. Maluit enim imperator iustissimus Virgilij æneidem seruatam esse: q̄ igni perire: q̄uis nō dubijs uerbis in ultimis tabulis mandasset Maro flāmis eam aboleri. Nō enim censebat inter cætera cuiusq̄ præclari uiri cū suo auctore opus debere extingui. Curabis igit᷑ Ludouice Mondelle uel solum propter hoc ipsum omnium amore dignissime ut animo cōcepisti (nec te ulla auertat suspitio) Mariū nostrum in occidente & in ista Parisiorum urbe quasi orbis terrarum arce illustrare: Ego uero hic apud nos eidem non deero. Dignus em̄ est ut uiuat q̄diu uixerint homines: quorum utilitati & usui multa comparauit. Graui etiam censura censendi nos essemus si tanta per eum messe comparata eius fructū omitteremus: & posteris nostris transmittēdū minime laboraremus. Vale. Vrbini tertio Nonas Iulij. M.cccc.lxxxi.

Marij philelfi artium & utriusq; iuris doctoris equitis aurati & poetæ laureati: ad religiosissimũ patrẽ sapiẽtẽq; theologũ Ludouicũ Mondellum mediolanẽsem ex seraphico minorũ ordine præfatio in nouũ epistolariũ



Ecreueram iandudum aliquid ædere: qđ epistolari succurreret officio: Videbam enim plærosq; uiros etiam doctos parum hac in re temporis consumpsisse: pindeq; nostræ conduxisse tempestati: ac si nihil elucubrassẽt. Nã ubi Cicero iquit: Epistolarum mlta sũt genera: qui sũt adeo curiosi: qui nostris hominibus: quot: aut quæ sint ea genera declararint! Quod autem hac expressione in omni re funditus cognoscẽda sit opus: Græci pariter & latini docuerũt: q cum artem benedicendi fuere descripturi: a generibus causarum initium quæsiuerunt: ut intelligeretur prius de materia q̃ de forma: prius de quo dicendum esset: q̃ quomodo dici conueniret. Nisi enim hominem esse constet: frustra bonum malumue dicimus esse. At mihi & uoluntati nonnunq̃ hac in re plurima: & diligentius: tũ apud Libanium Pelasgum epistolandi officiosissimum: tum apud alios utriusq; linguæ peritissimos inquirenti: sunt octoginta epistolarum scribendarũ inuenta genera: ut nihil iam ad epistolandũ sit reliquũ: qđ hic numerus nõ cõplectat. Nã & publica cõtinet: & priuata: & quæ toga: quæq; bello trãsigunt: & quæ quõ foris ac domi: cũ amico: aut hoste: lite: concordia: amore: odio: re: uerbo attemptantur: dicuntur atq; fiunt. In totidem hæc redegi titulos: & ut ad epistolandum paratior sit accessus: stilorum differentes nactus sum progressus: sub quibus nunc familiarem pro mediocri stilo: nunc familiarissimã pro infimo: nunc titulus quisq; grauẽ ꝓ stilo altiore præ se feret. Exempli gratia. Dũ hæc meditamur: opportune tu nobis occurris Ludouice Mondelle uir humanissime clarissimeq; theologe: rogasq; hoc opꝰ

Libanius Pelasgus

tibi dedicē:sed ea quidem lege: ut in alterius non perueni at manus. Aperis enim tuam mihi mentem: ut cupias tam assidue in eo pcurrendo uersari codice: ut quem imiteris in epistolando: delegisse uidearis. Quod exorasset uix ab me quisq̃ alius: impetras: ut si quando publicæ communiq; uoluero multoꝝ necessitati conducere: aliud alias efficiā eisdem titulis opus: Nequeūt enim Mario in eisdem generibus uel inuētiones deesse: uel uerba: nunc librum hunc titulo dem. Eum ut solus assequaris: liberiusq; teneas: ac magis habeas familiarē: proprijs excripsi manibus: & ne ullum uel me penes: uel alium opera mea: largitioneq; sit
Prototyp⁹ exemplar Prototypum hoc: unicumq; hactenus uolumen tibi designaui: atq; tradidi. Adhibebis ei tanto maiorē ergo fidem: quāto maiore in hoc ædendo: erga te fui caritate: pro ea: qua uisus es atq; non uulgaribus argumentis: esse in me beniuolentia. Quod si quid inter legendum pcurres: non omnino excultum industria: elaboratumq; ingenio: ascribes temporis breuitati: qua centū circiter ac quadraginta chartas latiores coegisti infra dies uiginti pstringere: quibus & nō nihil audiebas: & alijs etiā negocijs domi forisq; nos oportebat uacare. Possunt & discursus interuenisse calami: quos errores aliquando inter itinerandum corrigemus. Vt aūt ad epistolandum cōmodius & magis accedas tempestiue: quædā artis rhetorices præcepta descripsimus cum exemplis: priusq̃ ad epistolandum titulos descenderim⁹: nec omnia quidem Aristotelis Ciceronisq; monimenta secutus hic sum: sed ea dumtaxat: quæ uisa mihi in tuum usum necessaria. Aliud est eñ ueterem: aliud huius ætatis oratorem se uelle: Aliud in foro inter causarum strepitus: Aliud in concilijs pontificum: coronaq; auditorum uersari. Reliquum est: ut si quid me tibi plus esse usui ducis: assidue me putes: æque uti posse: ac teipso: si satis est: me tamen semp ames: semper memineris: id obsecundasse tibi: quod nemo alius: sine summa difficultate: consecutus esset. Vale. Ex Vrbino sexto Idus Februarij.

PRAECEPTA ARTIS RHETORICES

Millesimo quadringentesimoseptuagesimoseptimo.

Præcepta artis rhetorices:& primo de exordio cum beniuolentia ab auditoribus.

i N tali exordio siue p oratione: siue per epistolas: tria opus est cõsiderare. Primũ personæ qualitatẽ: apud quã agit. Secũdo rem de qua agitur. Tertio laudẽ: qua auditor delectat. Qualitas psonæ cõsistit circa dignitatem: uel locum magistratus: in quo situs sit is apud quẽ agitur: quia aliter captat beniuolentia a pontifice: q̃ a prætore. Et circa hoc duo debẽt seruari. Primum Titulus Secũdo cognominatio. Titulus est ut papa appellet Sanctissimus: Beatissimus: Clementissimus: Sapientissimus. Imperator uero Inuictissimus: Dignissimus: princeps optimus &c. ut de singulis infra de ratione titulorũ dicet. Cognominatio est: ut papa dicat: Benemeritus: Christi uicẽ gerens: unicũ christianæ fidei asylũ: Maximus diuini defensor nominis: ecclesiæ nostræ tutor atq; ptector. Imperator aũt cognominet Cæsar semper augustus. Refugiũ Romanæ gloriæ &c. de quibus infra dicet. Res de qua agitur tripliciter cõsiderãda est. Primo qñ est honesta. Secundo cum est turpis. Tertio qñ ẽ honesta: & uidet turpis: ul' cũ sit turpis: uidet honesta. Primo quãdo est honesta: satis ẽ cõformare rem cum persona: dicendo: non esse prolixum sermonẽ habendum: ea in re: quæ sit honestissima: & auditoris naturæ unice cõformis. Si uero est turpis: cõsideret si quã habet ptẽ honestatis. & tũc illa est tractãda. Si nullã habet honestatis ptem: arguat ab aliqua cõsequẽti misericordia: uel gratia. Si turpis ẽ: & uidet honesta: p se orator instare debet: circa id quod uidetur: pro aduersario uero declarare: aliter eẽ: q̃ uideat. Laus autẽ qua delectat auditor: intelligi debet ex eius uita & moribus: modeste tamẽ tractari: ne uideatur assentatio.

(Margin: In exordio tria conside randa 1 — Qualitas personæ — Titulus — Cognominatio — Res de qua agitur — Laus)

Exemplum talis sermonis.

Scio te prætor magnifice adeo iustũ esse: ut nihil uel audi

as: uel admittas: quod non ſit omni ex parte dignum uiro bono. Attuli ad te igitur rem æquiſſimam: quæ cum per ſe intelligetur: nullis aduerſarij adiectis laqueis: adeo uidebitur honeſta ut naturæ tuæ ſit conformiſſima. Nihilo em̄ te aiunt omnes boni: plus delectari: q̄ æquitate: qua ſimillim⁹ dei eſſe poſſis in terris.

Apparatus in exordio conſtat.

Eſt aūt in omni re dicenda: ſcribendaq̨: utendum apparatu: qui ſolet exordij nomen apud omnes conſequi. Hic aūt duobus conſtat dūtaxat: attentione: ac beniuolentia.

Attentione

Nam docilitas attentionis eſt inſerta uiſceribus. Eſt autē attentio diuiſa bipartito: in expreſſione rei cum eius laude: & in rei taciturnitate cum ſumma dicendorum laudatione. Aut enim ante factus eſt eadem de re ſermo: & tūc ſatis eſt rem altius prouehere: quæ iandudum eſt nominata: Aut initium dicendi ſcribendiue nomen rei poſcit cum eius laude. Beniuolētiæ uero & ſi quattuor ſunt rationes:

Beniuolētia

una tamē eſt cauſa: a perſona noſtra: a re: ab auditore: uel in aduerſariū: ut ſi quis ſcit tantum ſibi gratiæ uendicare: quantum ad id exorandum: quod oratur: ſatis ſit: hoc modo per attentionem.

Exemplum Attentionis.

Nunc ut rem omnem animaduertatis: quæſo diligenter: qūam ego rem uobis expoſiturus ſim: rem inq̄ & mea ditione nō indignam. & auctoritate ueſtra digniſſimam.

Exemplum de beniuolentia a quattuor perſonis.

Audietis autem o uiri præſtantiſſimi rem uobis non iniucundam: qui ut iuſtiſſimi eſtis: ſic ſoletis ijs delectari quæ nō habeant quicq̄ cū iniquitate cōmixtum. Intelligetiſq̨ ab huius nequiſſimi aduerſarij mei natura me plurimū abeſſe. Is em̄ ut neq̄ eſt: perfidiæ ſemp̱ ſtudet: neminē timet: neminē erubeſcit. Ego uero: qui ueſtra conſuetudine fretus: impietatem plurimū abhorreo: nihil ad uos afferre au

sim turpis.

Dictum est aũt unam esse dumtaxat beniuolentiæ ab ipsis quattuor personis causam; quia nihil in exordio tractatur: nisi ad finem sibi animos auditorũ ad audiẽdum apparandi: & conciliandi: ut ad reliqua facilior constet aditus. Nã ueluti si quis semel bona sit in nos mente: nos amans laudat omnia nostra: etiam si nõ uideantur ijs: qui nos odere talia: sic qui male de nobis concepit: nos habens odio: etiam quæ amãtes de nobis admirantur: detestare conatur.

Est aũt & attentio ipsa: & beniuolẽtia: eo moderamine in exordiũ inducenda: ut neq; iactator: nec assentator homo uideat᷑. Nam iactare se uideret᷑: remq; dicendã: si min⁹ modeste uel illam: uel se laudaret. Assentari aũt si supra modũ auditorũ laudes sequeretur.

Exemplum iactantiæ.

Res eñ hæc de qua uerba factur⁹ sum: tam est insigni laude cumulata. P C. tam excellẽs: tam admiranda: ut & ante hac nũq̃ sit audita: & a nemine possit alio: q̃ a me uno tractari. Tot enim ac tanta de omni uirtutis genere pericula fectam sum in omni uersatus bonarũ artiũ studio: tantum mihi iã laudis in exercẽdis bonis litteris eruditissime comparat᷑: ut nemo æque ad hanc materiã conuenire queat: nulli sint paratæ rõnes meæ: neminem tam hoc munus: q̃ me deceat.

Exemplum adulationis in beniuolentia.

Quis aũt adeo est obtuso plũbeoq; ingenio: quem latere queant uestræ laudes! Vos eñ soli estis luminaria q̃si quædã in terris demissa cœlitus: quoꝝ splẽdore ac ductu ꝑ omnis tenebrarũ obscuritates ambulet᷑: uos numina deorum aliq̃ summa q̄dem apud nos ueneratiõe dignissima: quib⁹ qui non credit: non fidit: nõ se dedicat totum; is & ꝑfidus est: & amens appellandus.

Sed sciendũ nõ esse turpe minus: si tm̃ beniuolentiæ in aduersariũ captetur ut inuehi potius uideamur: q̃ ad orationis necessitatem prosequi: hoc modo dicendo.

Exemplũ in aduersarium.

Nec ego tam obscæne me dicere quicq̃ posse arbitror in hunc aduersarium: cui nequeant addi peiora multo. Quis eo incõtinentior: qui libidinibus semper uacauit in meritorijs atq; fornicibus! Quis eo supbior atq; uanior qui sese audet præferre dijs: uelleq; de omni laudis & auctoritatis genere cũ omni cõtendere antiquitate! Quis eo ĩmanior: qui crudelissime multos interemit: ut eorũ abuteret̃ patrimonijs! Ab hoc nihil est expectandum: nisi inique & perfide dictum.

Incontinẽs

Superbus

Immanis

Est autem diligẽter curandũ: ne ꝓlixioribus uerbis: maximoq; sententiarũ apparatu exordiũ trãfigatur: ne uideat̃ callidus atq; uersutus in exordiendo orator: & ex nimio apparatu paruam efficiat fidem: hoc modo.

Exemplum de exordio nimis apparato.

Ego mihi patres amplissimi iandudũ in mente ꝑposuerã: nulla de re apud uos uerba facere: quæ nõ essent omni ex parte ingenio laborata: doctrina exculta: diutiusq; elucubrata: quippe qui facile intelligerent: q̃ sitis & diserti: & sapientes: ad quos nihil debeat afferri incultũ: nihil inelimatum: nihil insipidũ. Quãobrem cũ est onus hoc meis humeris demandatũ: ut orationẽ funebrem haberẽ hoc loci atq; tp̃is: nolui quicq̃ ex improuiso ꝓsequi: ad aliũ deferri malui mun⁹ illud: at hũc mihi diẽ potius reseruari: quo parentalis haberet̃ in his ãniuersarijs ꝓ defuncto precib⁹ atq; supplicationibus. Interea uero tp̃is annus iã agit̃: maturius huic operã adhibui causæ: generis ꝓpagationẽ didici: de cuius sum nobilitate dicturus: uirtutes hominis accepi: discurri uolumina ueterũ: & quid de mortalium interitu: quid de animoꝝ ĩmortalitate iudicandũ sit: intellexi. Nihilq; plane iã me latet: qđ uobis cõmode sit exponendum. Itaq; non dicetur hic quicq̃ improuidum: aut minus

exquisitum: sed omnia cõsulto: omnia apparate. Rem aũt tantam aggredior: quantã antehac ausus est aggredi nemo: non orationẽ solum parentalem de mortis Sempronij recordatione: qui fuit omni præstantissimus laude: sed de cõmuni hominũ miseria: ut intelligatur: quibus simus in hoc orbe calamitatibus subditi. Proh deũ atq3 hominũ fidem: quid sum⁹ in hac uita homunculi! Quib⁹ trahimur casibus! Quibus uexamur perturbationibus! Nihil hic stabile: nihil qd' possum⁹ uno die nostrũ existimare. Quodq3 inquit Seneca: Nemo tam diuos habuit fauentes: crastinum ut possit sibi polliceri. Atq3 ut Gregori⁹ ait: Nos continue morimur: & sicut aqua labimur. Sunt tamen & huic luce functo p inuidiam aduersarij: qui nollent: si possent: his anniuersarijs locum esse publicũ: & cõuentum consessumq3 hunc uestrum tam præclarum. O genus hominum nefariorum: qui ut pessimi sunt: sic omnis uelint fieri pessimos. O scelestissimos parricidas: qui ut iugulare consueuerunt alios: sic huius famæ detrahere cuperent hunc honoris modũ. Sunt omniũ perditissimi: nequissimi: perniciosissimi. At uos o patres nõ nescio tales esse: ut non sitis huiusmodi bestiolis quicq̃ secundaturi: ubi semper uestrã in bonos pietatẽ: in officia humilitatẽ: facilitatẽ: benignitatẽ: in caritatis omne genus pronã promptãq3 naturam. Itaq3 iam mihi polliceor neq3 impediturũ hanc orationem inuidũ & maliuolũ fore quenq̃: nec uos minus attente audituros: q̃ si nũc aut Demosthenes aut Aeschines dictur⁹ accederet. Attendite igit' diligenter patres.

Fragilis & caducæ naturæ homo

Seneca in hercule furenti

Gregorius

In hoc exordio sunt omnia bonis exordijs euitanda: hoc est ne sit prolixũ: est em̃ profusissimũ. Ne sit in eo apparatus: qui pateat: At nõ solum hic est: sed esse declaratur. Vt non sint allegationes: ut hic sunt. Vt non sint structuræ longæ uerbis exquisitis annexæ: ut hic sunt: Vt non sit supra dicta adulatio & iactantia: ut hic sunt. Vt non sint colores: sentẽtia: articulus: dissolutũ: de qbus inferius dicet: ut hic sũt. Vt nõ fiat repetitio eiusdẽ sentẽtiæ p diuersa uerba: ut

Quæ sunt in exordio euitanda

hic fit: Sed cōtra sit apparans auditorū animos exordium cum breui & modesta expositione summaria dicendorū: & cū aliqua conciliatione auditorum: hoc modo.

Exemplū exordij perfecti.

In materia boni exordij

Cum essem hanc orationē funebrē habiturus patres amplissimi: cœpi nō nihil subuereri: ne si quid min⁹ ad uos afferrem elimatū uos offenderē: qui ut doctissimi estis omnes: sic ea soletis hominū excellentia delectari: quæ res semper afferat ornatissimas: & uerborꝝ elegantia: & sententiarum pondere. At cū esse uos humanissimos ac facillimos memini: uela constitui uentis delegare: uel sermocinationem hanc satis & improuisam & incultam adducturus: cuius errores potius correcturi sitis: q̄ me superbum existimaturi: qui uestris esse imperijs aus⁹ refragari si negassem hoc loci dicere de clarissimi uiri Sempronij Mediolanensis funere. In hunc si quis uel sensit aliq̄: uel sentit adhuc male: is liuore perductus resipiscat: uos me audite: ut de uita morteq; tanti uiri dicens præmium consequar auctoritatis in me uestræ pietate.

Partes in exordio possūt esse longe trib⁹ de causis

Sed intelligendū est: φ hæ partes: aut harū aliquæ possūt diffusiores esse tribus de causis: Primum cum oratio est longior: utpote in suadendo uel dissuadendo de pace uel bello. Secundo cū purgatio propriæ innocentiæ facienda est: propter criminationē ātea per aduersariū factā: ul' propter opinionem per auditores cōceptā. Tertio cū insinuādum est: hoc est pedetentim idem faciendum: quod in superioribus exordijs: sed occulte ob causas infra dicendas. Omnium aūt horū exordiorū: & tandem insinuationum hæc sunt exempla

Exemplum in suadendo per lōgius exordiū

An bellum uel pax sit seruanda.

Scio uos esse. P. C. uehementer curiosos: bellū ne uobis cum finitimis agendū sit: an pax habēda: proptereaq; multas ac uarias a senatorib⁹ sententias expectari. Mihi quidē uidetur opus esse: ut primū optime de republica sentiant

qui ei sunt consulturi: tum uero ut nullis aut propriorum cōmodorum capiantur cupiditatibus: aut priuatarum inimicitiarum recordationibus: at eadem semper in patriam pietate nihil habeant in oratione simulatum: nihil falsum: nihil dolo tectum: de uestra patres diligentia certus sū: at & de uestra sapientia nihil ambigo. Intelligo em̄ q̄ soleatis omnia mature consultissimeq; transigere: quibus iusticia: pietate: patriaq; caritate: nihil antiquius aut familiari⁹ unq̄ esse potuit Me uero fuisse nō ignoratis assidue in ijs occupatum: quæ reipublicæ nostræ cōductura: non qui multa ualeam: sed qui plurima uelim ꝓ patria: pro qua quidē uel mortem oppetens nihil expleuisse me censeam quantum debeo. Quare si quid & ipse recte cogitarim: aut non impie prouiderim: quod ad pacem firmandam & diutius stabiliendam attineat: per deum īmortalē tantillū attendite patres optimi: nec cuiusq̄ me impediat clamor: qui aut mihi sit infens⁹: aut patriā habeat odio: aut uestræ inuideat auctoritati: qui ut male senserit: facile semper cognitum ac perspectum est.

Exemplū exordij purgatiui.

Inimicum est me criminatus Bædas fuisse Alcibiciij: nec quicq̄ huc in eum: nisi per inuidiam ac odium attulisse. Q̄ aūt innocenter semper uixerim: nec per ullam animi ꝑturbationem quicquā ad uos in hunc locum attulerim patres optimi: uos testes aduoco: uestrisq; iudicijs innocentiam meam ab ea criminatione cupio purgari: ut cōmodius mihi ad dicendum eadem in causa: pateat aditus. Cū is Bædas ærario præesset: & æs publicum in suam arcam uertisset accusatoris in eum sum officio functus: qui reipublicæ salua cā neqbā alit̄ facere. Tū egi modestissime: nec eū passus sum crudelit̄ dānari: neglig̃tiæ poti⁹ aut indulgentiæ tūc accusand⁹ nimiæ: q̄ uel impietatis: uel odij. Quæ ꝓ re publica fiūt: nemo debet in se facta queri ab eo præsertim

ciue: qui maxime suæ patriæ debet: Nunc in eundem ago causã meã ciuilẽ q̃dẽ: nõ capitalem. Hæreditatẽ petij primã. Nihil se debere mihi dixit: a quo est alias capitis in iudicijs accersitus repetundarũ. Causa mihi est tã honesta: q̃ ei turpis. Cur uobis: qui omniũ estis æquissimi: ambiguũ uidetur: pro me esse iudicandum? Nõ ꝓsequar: ne quod in uentore dicit᷑: uerbosus uidear Mineruam docere. At ut estis nõ docti minus ac prudentes: q̃ iusti Attẽdite per immortalem deũ: quibus ego rationibus ac legibus mihi nõ solũ decernendũ: sed plane decretã hanc hæreditatẽ arbitrer. Paucis admodũ me absoluam: nec quicq̃ iccirco hac in re tangam: qđ uos ulla ex parte latere posse ducã: sed ut aduersarius audiat: quæ non intelligit: cognoscatq; quibus argumentis moueri solent ad iudicandum uiri docti & sapientes.

Mineruã docere

De insinuatione.

De insinuatione secunda parte exordij

In insinuatione seruãt᷑ eadem: quæ & in reliquis exordijs: sed qm̃ nequit anim⁹ auditoris statim & recte ad audiendũ apparari: fit pedetẽtim & indirecte: qñ causa turpis est: aut auditor ẽ persuasus ab aduersario: aut defatigatus audiendo: & fit fingendo uelle aliud dicere: q̃ quod dicendũ est: quando causa est turpis: & paulatim descendere ad rẽ: qñ aũt est ꝑsuasus: cũ aliqua uehementi criminatione de aduersario: cũ aũt est defatigatus: cum aliqua fabula: cauillo: uel facetijs hoc modo.

Exẽplũ de insinuãdo apud auditorem in causa turpi.

Non nego princeps optime plurimũ errasse Gaium: q tuam læserit maiestatẽ: esseq; tãtũ nefas acerbissime plectendum: in eumq; debere nõ te solũ uehementi⁹ animaduertere: sed uniuersum hũc populũ omni telorũ genere irruere. Quid eñ cõmitti põt a quoq̃ sceleratius aut importunius q̃ si quid in principem cõmittat᷑: præsertim adeo perhumanũ atq; ꝑbenignũ: a cui⁹ incolumitate omnis nostra pendet incolumitas? Id ut nefariũ est sceleris genus: ita in nullo tolerandum: Verum ubi tuam soleo mecum animo

uolutare misericordiã in omne hominũ genus: a quo cru/
delitas maxime abest: nequeo nõ existimare: de eius uita
apud te posse fieri uerba: qui cũ per se nihil promeruerit
omnia demeritus sit: per sui tamen generis nobilitatẽ: uir/
tutem ac gratiam: possit sperare nõ nihil. Lælium absolui/
sti qui longe fuit peior: ac insolentior. At hic ea familia cre
tus est: quæ tibi fuit semper iucundissima: eo patre natus:
qui tecum nõ paruam consuetudinem nactus ẽ: eo socero
uiuit: quem amas plurimũ: itaqꝫ cũ nihil afferre ualeat: qđ
audiendum sit: ad iudices: at ad facillimũ principem: & suo
rum amantissimũ nihil non audiendum afferat. Attende
igitur dux optime: ut non quis sit Gaius hic uir hoc casu
pessimus cognoscas! Nosti eñ nũquid gratiæ mereat᷑: de/
meret᷑ enim omnem indulgentiã. Sed quid sui dicãt agna
ti: cognati: affines: omnesqꝫ ꝓpinqui: quos semꝑ audis mã
suetissime: admittisqꝫ iucundissime qui peccarunt in te ni/
hil unq̃.

Exemplũ insinuandi: auditore persuaso.

Fuit Gaius hic uir bonus o princeps optime apud regem
Gallorum: non minore auctoritate quondam & gratia: q̃
apud te sit. Cũ accepisset pecuniã a Colomella quodã Lu/
gdunensi mutuam iamqꝫ restituẽdi tempus imineret: Co/
lomellam accusauit homicidij: Cæsus inueniebat᷑ homo:
testes habebat paratos Gaius: qui græcorũ more testimo/
niũ darent mutuũ. In iudiciũ iuit: cõuicit Colomellam: coe
git damnari. Nam & torqueri coegerant testes: damnat⁹
exclamat: superosqꝫ inuocat testes. Miraculo quodã factũ
ẽ: ut uox in plebem facta sit: capiẽdũ Gaium: testesqꝫ quæ/
stionandos. Diffugit accusator: Diffugiunt improbi testes:
Culpam detegũt absentes: ductiqꝫ consciẽtiæ metu: Libe
ratur Colomella. Quid si hic quoqꝫ probabitur o dux opti
me: Gaium hunc assuefactione malorũ minime pudẽtem
eodem genere criminandi hoc temporis in hũc Sempro/
niũ esse nixum! Itaqꝫ non tã res ipsa cõsideranda sit primũ
q̃ accusatoris conditio. Accusati uita: mox ad rerum argu/

Græcũ testimonium

menta deueniendũ:ut aliter longe rem habere intelligas q̃ probatũ sit hactenus: utq; a uicto uictor facillime superari possit. Nam q̃ ipse sis prudens: q̃ rerũ humanarum peritissimus: omnes scimus: & q̃ mature soleas: consultoq; omnia prouidere. Me uero nõ ignoras: nunq̃ mentientem ad te ire: multo nunc minus.

Terra gigãtes ꝑcreauit & tandem simiã

Exemplũ insinuandi ubi est auditor defatigatus.

Cum peperisset: ut poetæ fabulant᷑: Gigantes tris Tellus: ut Phaetontis iniuriam in deos ulcisceret᷑: nec quicq̃ præualuisset: enixa est tandem simiam: quæ superos: cum tonitruis fulminibusq; uacarent: irrideret. Itaq; fraterculus ille gigantum: ubi cœlum misceri audit: ore in aerẽ uerso: dentibus labijsq; hiascens debacchatur in Iouẽ. Id est hoc loci noster hic aduersarius delphino tortuosior: gibbosior: mõstruosiorq; secutus: qui cum alia nos nulla deprimere posse uideret uia: in ꝓlixitatẽ sermonis eousq; lapsus est: ut ad dicendũ apud defatigatum audiendo principem nihil nobis reliquerit temporis. Nil dixit quod ad causam attineat: & multa tamen est frustra prosecutus: credens eo se pacto: ut simia in superos irridendo uersari: quod si tuam animi moderationem considerasset: nunq̃ attigisset. Es enim omnium & prudentissimus & æquissimus: nec potes audiendis etiam profusius loquentibus bestiolis decipi. Nam Alexandri more: cum quicq̃ ab aduersario dicitur: una occlusa quidem aure: dicis eam te absenti aduersario seruaturum: ad quam: ut certo scio: mihi seruatam: pauca prosequar.

Alexander magnus

Ne cõmune sit exordium

Vulgare

Improprĩũ

Sciendum est aũt: euitari uehementius oportere in exordijs: ne sit exordium cõmune: hoc est: quod possit in omnes causas cõmuniter cõuenire: sed proprius uideat᷑ eius causæ. Ad hæc aũt ne sit uulgare: hoc est: quod solet a pluribus tractari. Ad hæc uero ne sit impropriũ cũ causa: hoc est: quod non sit insinuatio si oportet: aut prœmium: hoc modo.

Exemplum de exordio communi.

Dicturus sum o patres amplissimi de iis rebus: quas admirabimini: quippe raris & inusitatis & uobis iucundissimis. Attendite modo perhumane: censeteq; me uirum esse: q nesciam: nec mentiri: nec assentari Vos autem nō ignoro tales: ad quos nihil sit afferendum incultum: nihil non elucubratum diligentissime.

Exemplum exordij uulgaris.

Demosthenis Ciceronisq; op⁹ esset hoc die nobis eloquētia: ut magnitudini rei: de qua mihi dicendum est: satisfacere possem. At ego apud uos dicturus uiros doctissimos ac disertissimos undiq; titubo: palleo: tremo: ac labesco: nescio quid potissimū auxilij mihi sperem: cū elinguis pene sim: aut quid potius laudis non desperem. Sed si hoc muneris uestra sim tandem benignitate consecut⁹: ut me perhumane audiatis: spero nō nihil uestra recreatum gratia in medium allaturum: quod uobis non erit iniucūdum. Attendite igitur per deum immortalem: attēdite ut audiatis uestra prudentia & auctoritate rē dignissimam: quāq̄ tenuioribus uerbis & minus elimatis prolatam.

Exemplum exordij non proprij.

Estis uos quidem o iudices ab aduersario persuasi: qui nequissimus omnium est: at ego uobis dissuadēdum esse duco: ne quicq̄ credatis ei: qui nunq̄ mentiri desijt. Attendite modo diligenter: quid dicam cum nihil sim allaturus in mediū non uestro consilio dignum.

Sciendum est autem: cum tria sint causarum genera: quæ tractari possint: a quocunq; uel scribente: uel dicente: hoc est: demonstratiuum in laudem ue uituperationem positum. Deliberatiuum in suadendo: aut dissuadendo collocatū. Iudiciale in agendo uel defendendo situatum. Vnū tamen est: quod semper tractatur: demōstratiuū scilicet: Nam in iudiciali quem accusant: uituperant: quem defendunt laudant. In deliberatiuo aūt suadendo rem laudant:

Tria genera causarū
Demōstratiuum
Deliberatiuum
Iudiciale

Materia qdruplex
Honesta
Turpis
Humilis
Dubia

dissuadendo uituperant. Sed materia pōt eē quadruplex: Aut honesta si pro uiro bono contra malum: uel si de nuptijs epithalamiō: de funere epitaphion: de religione: pietate: & omni laude. Aut turpis: si pro malo contra bonum: uel si de libidine: de aliquo uitio. Aut humilis: ut si de causa uili: ut de laudibus coquinariæ: uel factoriæ: Aut dubia: ut si partem habeat honestatis: partem turpitudinis. Si cā est honesta: est aperte procedendū in exordio modo quo supradictū fuit. Si causa est turpis: est insinuandum: ut superioribus exemplis patuit. Si causa est humilis: est amplificandum exordium exemplis similiū causarum. Si causa est dubia: est exordiendum ab ea parte: quæ honestatē cōtinet: ut si uir bonus cōmisit scelus: exordiemur uiri naturam: non unius erroris sordem considerandam.

Vbi abstinet̃ exordio.

Quādoq̃ exordio nō est opus

Sciendum aūt ꝙ in plærisq̃ causis abstinemus exordijs: hoc est: qn̄ adeo est honesta causa ut exordio non sit opꝰ: ut si de religione: de pietate &c. dicatur. Item ubi apud senatum agitur uel principem in causa: in qua sæpius dictum & redictum est. Sed animaduertendum est: ꝙ licet non sit opus exordio: potest tamen ubiq̃: ubi uel argumentatio: uel res agitur uehemens: rogari auditor: ut attēte audiat: & demonstrari: oratorem eius fidere sapientiæ. Nam licet locus captandæ attentionis & beniuolētiæ nō sit proprie nisi in exordio: diffūdit̃ tamē per omnes orationis partes.

De narratione.

De narratione

Deinceps de narratione considerandum est: quæ sūmaria quædā est expositio rei gestæ: non tamen adeo summaria & breuis: ut in attentione seruat̃. Nam ibi dumtaxat exponit̃ p docilitatem quādam: quæ auditorē faciat attentum: ut si dicat̃: De religionis hoc die dicturo mihi laudibꝰ quæ sufficient uerba: quæ sententiæ! In narratione uero breuit̃ & aperte: & uerisimiliter exponitur causa: & quare illo die, ac loco tractanda sit: hoc modo.

Exemplum narrationis.

Hic dies cõcilio religiosorum designatus est. Itaq3 in hunc locum nobis cõuenĩetibus qui religioni uacamus: iure ac merito nõ nihil esse dicendum de religionis laude: præfecto huic integerrimo nostri ordinis uisum est hoc munus ad me collatum: eius mihi sũmatim sũt partes transigẽdæ. Debet autẽ esse narratio breuis: ut superi⁹ attigi: dilucida: & uersimilis. Breuis ideo dico: ne terat frustra tempus cũ nihil adhuc de substantialibus dicat: sed dicturum se profiteat. Aperta uero ut nihil dicat confuse: ne animus auditoris incertus ab audiendo distrahat. Verisimilis autẽ: qa etiam res uera sine uerisimilitudine dicta fidem non faceret: ut si dicatur uirginẽ peperisse: & nõ dicat quo miraculo factum sit: absolute fidem non faciet. Et in hoc maxime animaduertendum est: q narratio nõ habeat aliquid contorum: aut idem repetitum: aut diffusum: aut obscurum: sed structuras habeat breues: & crebas: & quasi per enumerationem procedentes: ita ut quid sit dicendum poti⁹ appareat q̃ quid dicatur auditores attendant. Est mala narratio longa: hoc modo.

Narratio
Breuis
Aperta
Verisimilis

Exemplũ de longa narratione uitiosa.

Magna res ẽ profecto patres optimi: de qua uerba sim hodie facturus: & tanta quidem ac tam grãdis: ut nullius uel disertissimi oratoris lingua rei ãplitudini satisfacere queat. Agitur enim funus mœroris plenum. Agitur cõmunis totius urbis luctus. Agitur de publica ciuitatis potius: quã priuatæ domus calamitate. Obijt diẽ Lælius uir maxim⁹: urbis primas: ciuitatis propugnaculũ. Obijt diem Lælius omni laude cumulat⁹. Obijt is a cuius incolumitate omnis pẽdebat ciuiũ incolumitas: & cuius obitu omnes obijsse dici possumus. Proh deum atq3 hominũ fidem: quis hoc animaduertebat erumnæ gen⁹! Quis hunc prouidebat casũ! Quis huc poterat cõuertere oculos! Obijsti tu tãdẽ Læli: Obijt asyli reipublicæ tutor: Obijt fautor atq3 protector noster. Hic dies lugubris ẽ ei⁹ epitaphio designat⁹. Ego decretus sum: qui & laudandæ illius uitæ mortis locũ imple/

am:& uos consoler. At ego consolandus qui pote: cũ nihil habeam solatij: possim quod in me non est in uos conferre. Omnes hic sumus ad luctũ paratissimi: a consolationis omni genere alienissimi. At dicam tandem: ne munus ad me collatum uidear euitasse: & eo dicã breuius: quod uel longius ac prolixius consolando dicens: nihil uel mihi uel uobis proficere possem.

partitio

De sex partibus epistolarum

De diuisione seu partitione

Post narrationẽ in oratione: quæ omnia complectatᷣ artis præcepta: sed statim succedit diuisio: quam aliqui partitionem appellant. Et sciendum ꝙ ex sex partibus integræ orationis: hoc ẽ: exordio: narratione: diuisione: cõfirmatione: confutatione: cõclusione. Tres habent apparatum dicendorum: hoc ẽ: exordium ad conciliandos auditoꝝ animos: & apparandos ad audiẽdum. Narratio ad aperiẽdum & rei rationem: & temporis causam. Diuisio ad partiendum materiam: ut sit attentior auditor ad ea quæ dicẽda sunt. Duæ sunt expositiuæ rei: hoc est: cõfirmatio succedens diuisioni: & confutatio diluens uel expressas ul'tacitas obiectiones. Vltima uero: hoc est: conclusio est eius cõplexiua quod suadere aut dissuadere nitimur. Idem obseruant iurisconsulti qui in consultando: primum utuntur quadam præfatione mox exprimendo casum enarrãt: tũ dubitationes exponendo diuidunt: dehinc ad unãquãq; dubitationẽ respondendo & allegando confirmant: deinde obiecta confutant: ultimo concludũt: quid petatᷣ: qcq; iudicandum sit. Idem prædicatores tenent: ut ꝓpositione thematis exordiantᷣ: quare illud thema potius eo die prosequentᷣ declarando narrent: tum de quot partib⁹ dicturi proponendo diuident: ad hæc unãquãq; partẽ enucleando: confirmant: tum uero siqua uel obiecta sunt uel obijci possunt: confutant: ultimo concludunt: sic aut sic esse faciendũ. Diuisio aũt hæc neq; plures q̃ tres in partes distingui debet: nec in pauciores: ne si in plures: tediũ auditurıs afferat: & de eis sit fastidio: si in pauciores: non confundat

eorum mentes.

Exemplum bonæ diuisionis.

Et cum mihi de uita morteq; Lælij dicendum sit: tria dumtaxat perinde: ac pcurrendo complectar. Quæ fuerit hui9 ab ineuntibus annis institutio: Quis totius uitæ deinde progressus: Quis tādem mortalis huiusce uitæ finis: Vt intelligatur obijsse ne tantus uir: an potius adhuc uiuere cēseatur.

Exemplū malæ diuisionis.

Iam igitur iu hoc funere mihi dicēdum est: quis fuerit ipse Lælius de quo hic agimus. Iam uel inuitus huc prouehor deleganti uela uentis: sex mihi consideranda sunt uerbis fortasse prolixiorib9: sed re certe breuiora. Horū aliud erit in huius familia cōstitutū: ut intelligatur: qb9 hoc fun9 mœstū sit: Aliud in parentū luctu decretū: ut uideat̃ quanti sint precij: q hoc filio sunt orbati: Aliud in eius educatione ac uitæ ꝑgressu: ut cognoscatūr: ꝙ & ipse bon9 esset: & bene afficeret uniuersam hanc urbē: Aliud in ei9 dignitatibus ac titulis: ut teneat̃: q̄ placeret eius mores principibus cunctis: Aliud in eius doctrina: ut exprimat̃ q̄ esset omnibus bonus & utilis & necessarius: Aliud aūt in eius obitu: ut accipiat̃ quanto nos cōfecerit dolore.

De confirmatione.

At confirmatio totuplex debet esse: quotuplex diuisio: hoc ē unaquæq; ptitionis ps debet confirmationē habere ꝓpriam: Verbigratia: Si dictū est in partitione: dicēdū est de Lælij educatione: in confirmatione dicat̃ hoc modo.

Exemplum bonæ confirmationis.

Et cum de Lælij educatione primo loco mihi dicendū sit: attendite obsecro patres optimi q̄ sit educatus permodeste. Quod attinet ad nutrimētū: ijs cibis educatus est: quibus aleret̃: ac uiueret: non quibus uoluptatis sordes pararentur. Non enim ad incontinentiam est educatus: sed ad omne modestiæ genus. At moribus ijs certe: quos rari so

lent adipisci: quibus & uita iucundior est: & laus diuturni or. Didicit modũ in omni seruandũ esse uita. Iam admodũ puer uigilãtiæ: sobrietati: pudicitiæ usq; adeo ĩcumbebat: ut inediam: algorem: æstum non metueret: adeo ut maiores natu superare uideretur: disciplinæ uero militari tã paratus ac accinctus erat ut Marte natus cẽseri posset: tolerãtia singulari adolescens: & periculorum non timidus: laborum non fugax. Hæc huius educatio tam tenax uirtutis atq; probitatis q̃ alia uoluptatis atq; maliciæ.

Exemplũ malæ confirmationis.

Ne autẽ singula ꝓsequar: uno dũtaxat uerbo sex illa complexus declarabo: quantus hodie nobis amicus: suis uero filijs ac propinquis sublatus sit. Nam Lælius generosa familia cretus optimisq; parentibus natus: educatus est modestissime: famam optimam propagauit: sibiq; dignissim⁹ ac nobis utilissimus fuit: nec nobis minus summa cum laude: quam sibi diem obijt: Cur est tot titulis ornatus? quia uir clarissimus fuit. Cur tam eum celebrabant docti? quia uir doctissimus fuit. Cur tam eum lugemus omnes? quia erat nobis eius uita plurimum necessaria: Vir inquã fuit ꝑpaucorum hominũ: omnibus carus: cunctis dilectus: omnibus uenerabilis.

Sciendũ igitur ꝙ cõfirmatio ut debet esse aperta & rationibus referta: ita minime confusa: ut simplex complexaq; partem & argumẽta partis sub qua iacet: ita nõ multiplex cum partibus aliarum partium: quibus aliæ debent seruire confirmationes: & artificiosa in argumento: aut perfecto: aut mediocri: aut minimo.

Argumentatio

De argumentatione.

Perfecta

Argumentatio autẽ omnis ea est ratio: in quam uis confirmandi: aut confutandi distribuit̃. Ea est aut perfecta: & sic distributa in quinq; partes: hoc est: in propositionem: rationem: rationis confirmationem: rationis exornationem: & complexionẽ. Aut mediocris: & sic diuisa in propositionem: rationẽ: rationis cõfirmationẽ: & cõplexionẽ. Aut

Mediocris

Minima

minima: & sic tripertita in ꝓpositionē: rationē: & cōplexionem. Est aūt ꝓpositio caput & fundamētum argumētationis: qua ꝓponimus: quid arguere uelimus: quæ a logicis solet hodie maior appellari: hoc modo. Propositio.

Exemplū ꝓpositionis argumentationis.

Nemo negat: deberi supremos illis honores qui cū & uiri fuerint boni: & urbi iucundissimi: diē in negocijs suæ ciuitatis ultimū obierūt. At ratio secunda est argumentationis pars: qua ꝓbat̃ ratione: quod in propositione ꝓpositū est: hoc modo.

Exemplū rationis argumentationis.

Ratio.

Nam nisi honoraremus huiuscemodi uiros: & ingrati uideremur iure ac merito: & nemo bon⁹ apud nos eē diuti⁹ uellet. Tū rationis succedit cōfirmatio: quæ amplificat rationem ipsam: ut apertius intelligatur id: quod probandum est.

Exēplū rationis cōfirmationis argumentationis.

Rationis cōfirmatio

Quanta uero esset ingratitudo: quā nefaria pestis: quam euitaturi forent omnes boni: ut in eos fuerimus mali: qui fuere non in alios solū omnis sed in nosipsos multomagis optimi: Hoc ut & abhominandū esset: & inauditū sceleris genus: ita detestandū & execrandum omnib⁹: ita nemini tolerandū. Continuo conuenit exornare rationē ut ꝓfusius ea quidem amplificet̃: & sic magis auditoribus persuadeat̃: hoc modo.

Exemplū rationis exornationis argumentationis.

Rationis exornatio

Accedit huc etiā non fama solū: sed uiuendi ratio: sed humanitatis cōsuetudo: sed ꝓpria cuiusq; utilitatis causa qb⁹ minime seruiret̃ usq̄: si essem⁹ in eos ingrati: qui fuere uiri graues: & in patriā pientissimi. Nā famā certe quærerem⁹ pessimam: nec malam minus: q̄ Diomedes: qui homines dabat armētis pabula: uel Busiris: qui hospites apponebat altaribus: uel Lycaon: qui eos obtruncās comedebat. Nō enim minus male agitur: si negligitur funus: q̄ si eripitur functi uita: cum in eripienda uita uel metus possit esse cau

Diomedes
Busiris
Lycaon

Virgilius .i.æne

sa uel odium: ut illud est Virgilij. Aut odium crūdele tyranni: aut metus acer erat. In negligendo aūt funere: nulla q̄ ingratitudinis supersit causa. Tum nemo laboraturus esset: ut cōmoditati cōducat nostræ. Cū uideret quales fuerimus in reliquos. Quid sibi sperandū sit in uita: nō ignorat: cū in morte nihil sperare possit. Statim succedit cōplexio: & cū ratio ea sit: quæ a logicis dicitur hodiernis minor: cōplexio ea est: quæ cōclusio ab illis appellat̃: quæ complectit̃ atq; cōcludit summatim ex supradictis ita sentiendum: ut propositum est: hoc modo.

Exemplum cōplexionis argumentationis.

Cōplexio

Quamobrem cū Lælius uir optimus fuerit: & nobis utilissimus: & officiosissimū sit: taliū funus honorare: ingratissimum aūt silentio præterire: iure optimo cōstitutum est supremos pietatis honores huic exhibere funeri ut & nos semper amandos: iuuandosq;: cuncti proniores sint: & ad uirtutem facilius inflammentur.

Cum aūt est causa breuior: ut in epistolis familiaribus aut in orationibus habentibus gratias: Argnmentatio est quadripertita: aut tripertita: hoc modo.

Exemplum argumentationis quadripertitæ.

Animus certe bonus: si referre gratias acceptis nequit officijs: at habere potest: ac agere debet. Quis enī in non explendo pro uirili sua officio uir: aut bonus: aut æquus appellandus est? Nam qui pro animi superbia sibi censet non officiose factū munus: sed debitū esse: is est ab humanitate alienissimus: potiusq; in bæluarū cœtu cōnumerandus: q̄ inter homines collocādus. Q2 si & bonæ mentis est officiis habere gratiam: & inique ac afferre non habere: non debemus tibi solum: & habemus: ac agimus grates: sed cupimus referre posse. Cōtinuo succedit argumentatio tripertita in epistolis & orationibus breuioribus: ut in nuptialibus: & pontificum ac principum ingressu: aut primo aditu.

Exemplum argumentationis tripertitæ.

Cum deberem ad te ire optime princeps: tum etiam hoc plurimum desiderabam. Quis em: cui tantillum sit ingenij se totum non debet tuæ diuinæ potius q̃ humanæ uirtuti! Quis autem cum debeat non desideret pariter præsentẽ te intueri: quasi naturæ quoddã in terris simulacrum! Itaq; cum & officio meo simul & cupiditati uidendi tanti principis satisfacturũ hoc aduentu uiderim: accessi: supplicatur⁹ nihil aliud: q̃ ut me ames.

De cõfutatione:

De confutatione.

Confutatio nihil habet aliud artificij: q̃ quod est expressũ in confirmatione: respondet & confutat obiectiones: hoc est: si quis obiecerit aliquem esse litterarum ignarum confutatur: hoc modo.

Exemplum cõfutationis.

Ignarum me dixit litterarum: quasi possit recte quicq̃ de litteris hæc hælua iudicare: qui a bonis artib⁹ alienior semper fuit: q̃ ignis ab undis. Adhibui ab ineuntibus annis usq;: diuturnam bonis litteris operã: nec id quidem coactus nec inuitus: At ultro sponteq; tam libens; q̃ cum esuriens cœnabam: uidebam enim: ꝙ nihil in uita mortalium foret cum litteris comparandum: quæ & uiuis præsto essent: & famam laudesq; luce functis suppeditarent. Quomodo ergo uel ignarus esse potest: uel non doctissimus ille plane: qui natiuo quasi munere: litteras cum lacte hauserit: imbiberitq;: ac ijs maximopere delectatus nihil omiserit: quod ad earum quærendam rationem attinuerit! Succedit nonnunq̃ amplificatio per enumerationẽ: & hoc fit quando est oratio perfectissima: & ne orator eẽ prolixior duceretur: breuius & confirmauit: & cõfutauit: sed aut de argumẽtatione aliquid superest: quod amplificat: aut de confutatione aliquid restat: quod recriminatur: hoc modo.

Exemplum amplificandæ confirmationis.

Prætermisi consulto: ne prolixior fierẽ ac uobis tediosior

patres amplissimi: quantis hic Lælius in ætate admodum puerili floruerit exẽplis modi atq; modestiæ: q̃ fuerit æq̃libus quasi præceptor & morũ institutor: maioribus natu admirabilis: minoribus uenerabilis. Nihil dicebat insipide: nihil ridebat scurrile: nihil faciebat indignũ facti recordatione. Apud quot fuit urbiũ populos in summo quidẽ honore! Apud quot principes iucũdissimus! Apud quot diuersarum bonarum artiũ tam colendus q̃ admittendus! Quotiens magistratus exercuit æquissime: quotiens in patriam rediit honoratissime! Cum aberat: fama ferebat̃ elegantissima: cum aderat: gloria spargebat̃ iucundissima: nã & absens cõsultissime: sapientissime: fortissimeq; uiuebat: & præsẽs nihil temere: nihil insipide: nihil molliter uel agebat: uel dicebat: uel deniq; cogitabat. Habet autẽ hæc amplificatio structuras crebras: cũ sententiosis ac grauib⁹ uerbis: ut enumerare potius uideat̃: q̃ uel repetere: uel diffuse aliquid prosequi.

Exẽplũ cõfutationis amplificãdæ p recriminationẽ.

Sed ne gloriet̃ hic belluo nebuloq; pniciosus ac unice petulãs: quicq̃ in me protulisse quod me mordeat: posteaq̃ ad ea respõdi: quæ obiecit maifestoq; declaraui: q̃ inique dixerit: q̃ abiectus nobis: q̃ impius uideat̃ patres amplissimi si recriminor hominem impurissimũ: sed cogor hæc angustia temporis conticescere. Quod si dicerem: obstupescere uos cogerem: quod acerbissimus parricida me audeat accusare ignorantiæ. Nam si nescirem litteras: id accusationis genus nihil pertineret: cũ me dicat nõ admittendũ prætorem: quod iniquus sim: iniquitatis quenq̃ arguit: q parricidiũ adhuc habet ante oculos! Apud omnes hic fuit semp in dedecore. Nullius familiaris diutius fuit: quem non fraudarit: Decoctorem hunc appellãt omnes sui: præuaricatorẽ alieni: dolosum singuli: nihil cogitauit unq̃ boni: loquit̃ nihil non pplexe: uafre: callide. maliciose: Versipellis est penitus: ac eiusdẽ rei simulator atq; dissimulator.

De cõclusione generali & de epilogis.

Quæ sit dicēda generalis cōclusio: & qui sint epilogi: particulares inquam conclusiones: quæ perorationes apud nos appellant: & quo ab amplificatiua poratione differat quæ solet dici poratio p amplificatione & enumeratione: est nobis diligenter considerandum.

Conclusio em̄ est terminus orationis: q cōplectit breuiter rationes in uniuersa oratione tractatas: & id: quod ex illis infert: ac ab eo: qui orauit: impetrari quærit. Epilogus aūt: hoc est poratio est particularis conclusio: non totius orationis sed alicuius orationis membri: Nā si oratio uniuersa ē quasi corpus: sex illæ supradictæ partes: hoc est: exordiū: narratio: diuisio: confirmatio: confutatio & conclusio sunt quasi membra illius corporis: & quæ hisce singulis membris singulæ cōpetunt conclusiones: appellantur epilogi seu perorationes: Et ita Cicero dicit quattuor locis conclusionib⁹ utendū: scd'm exordiū: secundū narrationem: secundū firmissimā argumentationem: & secundum conclusionem.

Exemplū epilogi secundum exordium.

Cum igitur & honesta sit res a me dicēda: & talis: quæ uestra sit auditione dignissima patres optimi: quāto sim breuius dicturus: tam uos audite diligentius: ut quid uestra sententia reportare queam: non sperauerim solū: sed sim assecutus.

Exemplū epilogi scd'm narrationem.

Quare cū dies ad dicendum me inuitet: & dignitas causæ uos ad audiendū patres optimi: & ego sim dicturus q̄ breuissime: satis me hac oratione cōsecutū arbitrabor si nihil dixero: quod & hoc loco: & uestra præsentia fuerit indignum.

Exēplū epilogi scd'm firmissimā argumentationem.

Itaq; cū & bonus uir Lælius semper fuerit: & in patriam pientissimus: & omni laude cumulatissimus: debet tantum honoris uel hac luce functus consequi: q̄tum nec eius bonitati sit denegandum: nec dedeceat patriam: nec ab eius

sit alienum laudibus.

Exemplum epilogi scd'm conclusionem.

Cum ergo uobis manifesto constet potius uiuere: & uere quidem uiuere: q̄ diem obijsse Læliū: ne dum non esse lugendum nobis existimo: uerum etiam ridēdū: lætādū: exultandumq; uehementi⁹: q ex his terrenis tenebrarū latebris in æternæ claritatis splēdorem peruectus: nobis ē futurus apud deum optimum maximū perpetu⁹ ꝓcurator.

Exēplum cōclusionis generalis: cui⁹ superior epilogus fuit conclusio exemplificata.

Audistis patres optimi q̄ fuerit eleganter ab ineūtibus annis usq; institutus Lælius ad omnem ingenij adolescentis indolem: q̄q; ꝓfecit assidue omni uirtutis genere: ad omnē laudis gratiā cum maxima cunctorū & suorum & exterorum admiratione: utq; tam præclare: pie: religioseq; diē obierit: q̄ præstanter: prudenter: iusteq; uitā assidue degerit: utq; nemini dubium eē possit hunc ad superos redijsse unde fuerat ad nos demissus: & quo cūctos suos cogitatus cōtinue dirigebat. Quo fit ut de eius uitæ mortisq; recordatione sedet' mœror uester suapte natura: nec tam cēseatur perijsse: q̄ uiuere Lælius: cum eo profectus sit: ubi uera est: non fucata uita: Reliquū est: ut qn̄ apertissime declaratum est: Lælio nihil operatius: nihil cōmodius contingere potuisse: non solū non feramus moleste: quod ei iucundissimū est: sed sibi gratulemur: nobis autem hac ipsius digressione gaudeamus: cū & ipse cū cœlo terras mutarit: & uana quæq; mortaliū pro æterna beatitudine: & nos apud superos ꝓcuratorem: auctorē: fautoremq; nacti simus cōsiliorū operationūq; nostrarū.

De colorib⁹

[S]ciēdū q quidā sunt ꝓgressus tractusq; uerborum ac sententiarū q solent apud nos colores appellari: qb⁹ scilicet: ueluti colorib⁹ imagines: ita orationes ornatu quodā poliunt'. Ex quib⁹ q solent esse magis in usu hi sunt.

Exemplũ coloris similiter desinẽtis in tempore: modo: uoce: ac natura uerbi: sed raro. Desinens

Ego te plurimum amo: tuos uehementissime obseruo: cæteros ex tuo genere sũmope colo. Vel sic. Quis est Lælius quem plurimũ ob generis nobilitatem amaui? Quẽ uehementius ob eius uirtutes obseruaui? Quem ob caritatẽ in patriam sũmope semper laudaui?

Exemplũ coloris similiter cadentis in eodem casu eiusdem generis & declinationis: sed raro. Cadens

Quẽ dicis amandũ? Læliũ. Quẽ asseueras laudãdũ? Læliũ. Quẽ affirmas in cœlũ sũmis tollẽdũ esse uocib⁹? Læliũ. Vl' sic. Quæro quis sit in hac urbe bonus? Læli⁹. Posco: quis in hac regione sit iustus? Lælius. Mecũ animo uoluto: qs hic sit doctissimus? cõpertus est mihi solus Lælius.

Exemplũ articuli in uerbis pluribus ei⁹ fere uigoris: expositis cũ periodis: & crebro. Articulus

Quo te magis mecum ipse contemplor: hoc magis ac magis afficior tuæ laudi: uirtuti: probitati: pietati: sapiẽtiæ: sanctimoniæ. Vel sic. Omnes una eadẽq; uoce te dicũt: prædicant: admiranturq;: bonũ: integrũ: castũ: prudẽtẽ: cõstantẽ: fortẽ: iustũ: grauẽ: incõcussum: pium.

Exemplũ dissoluti in cõstructionibus uarijs eiusdẽ fere uigoris expositis cũ periodis: & fiunt crebro. Dissolutio

Tuos omnis semper dilexi. Tibi plurimum afficior. Ex te natos sũma ꝓsequar pietate. Admirabor assidue tuas laudes. In omnem rem tuam præsto me paratissimũ inuenies. Qd' ad te attineat nihil negligam. Neq; dignitati: nec utilitati tuæ deero unq̃.

Exemplũ coloris exempli in rei antiquæ summaria recitatione ad magis ꝑsuadendũ: nõ nisi in argumentis. Exẽplum

Vt Dauid dũ filius morbo laborauit: fletu precatus ẽ deũ: q mederi poterat: ubi diem obijt: purpuram induit: dei se se accõmodans uoluntati: sic nos debemus: quando nihil omisim⁹ dũ uixit: posteaq̃ ad superos Lælius redijt: æqua mẽte ferre quod a deo institutum est. Vel sic. Vt Hercules Busirim Dauid Hercules

domuit Buſirim:ſic te domabit Hercule non inferior:q̄ ſu
peras immanitate Buſirim.

Sententia Exemplũ coloris ſententiæ uehementis ad perſuadendũ.
Non eſt em̃ minor in homine laus:qui philoſophus ſtudu
erit fieri:q̄ ſi diſcere curauerit philoſophiam. Sunt em̃ ali/
qui philoſophiæ ſtudijs clari:qui cum multa:& teneant:&
doceant:ſeipſos ignorant. At qui uitā agũt philoſophicā
ſunt ij quibus unq̄ eſt uera gloria defutura.

Exemplũ ſimilitudinis.

Similitudo Vt aſinus ſolet:ſuo ruditu omnem metiri muſicā cōſonan
tiam:ſic tu quidem tuo iſto ignorantiæ ſenſu omnem me/
tiris aliorũ doctrinā. Vel ſic. Non eſt in te fabuloſũ qđ de
ſimia dicit᷑:quæ quo altius progredit᷑:eo magis ſua dete/
git pudibunda. Quo em̃ tibi plura tribuis:eo magis & uæ/
cors diceris:& ueſanus.

Circuitio Exemplũ coloris circuitionis:quæ rem unā uel uita uel ti/
tulo uel cognomenta uel aliqua exprimit proprietate cre/
bra in poetis.

Hercules Qui corona populea:tergoreq; cleonei leonis:ac claua de
lectatus eſt:ei:qui humeris cœlum ſuſtinebat ſuccedens:
ea ſuſtulit mala uirginũ:qbus puigil præerat draco:eumq;
coegit ſuis eſſe pabulum tonſis:qui humanis corporibus

Papa ſuos alebat equos. Vel ſic. Cui reſerādi cœli ſunt datæ cla/
ues:is etiā obtēperabit:Qui thraces iandudũ occupauit:
pauloante Euboiā:modo Caphan. Vel ſic. Omne morta
le animal ac rationale quod tu cogitas: conſulto ſentiret.

Occupatio tacita Exemplũ occupationis tacitæ q color crebro intercurrat
ad augendam ſuſpitionem uel opinionem.

Prætereo quæ poſſem in hũc nebulonē dicere:ſi male di/
cendi potius huc cauſa conueniſſem q̄ tuendæ rei ac fa/
mæ meæ gratia. Tot em̃ huius afferrem in campũ ſcelera:
quibus apud omnes eſt populos italiæ galliæq; famoſiſſi/
mus:ut & admirari uos cogerem:& ego dicēdo defatiga/
tus ex plurimis uix attingerē aliquid. Vel ſic. Non pſe/
quor huius uitā ac mores:omnemq; ſuperiorũ temporũ

suã peregrinationẽ: quib⁹ manifeste cognosci posset: hoc uiro Iuliano: præstantiorẽ eẽ neminẽ: excellentiorẽ inter nostros nullũ: magis illustrem gloria nobis neminẽ.

Exẽplum occupationis expresse: quæ cũ alia non habeat quasi supsit multo plura bona uel mala: dicit aliqua. Occupatio expressa

Quot occurrunt hui⁹ scelera? ebrietas: leuitas: luxuria: impudentia: temeritas: quibus & Romæ sese omnibus expressit: & Mediolani pene dãnatus est morte: & Venetijs eiectus urbe: quæ quidẽ si afferrẽ in mediũ omnia: & ego possem accusari obscœnitatis: & uos ꝓ modestia uestra nequiretis audiendo tolerare. Vel sic. Tãta sunt hui⁹ apud bonos omnis ornamenta: in adolescentia quidẽ apud græcos studioꝝ pericula disceptando: ac docẽdo: in reliq̃ ætate apud Italos & Bononiæ & Paduæ & Romæ laudũ præconia: quæ in plurimis magistratibus apud maximos pontifices: & alios principes cõsecutus est: ut si uelim dicendo ꝓsequi: nõ modo sim ꝓlixior: q̃ hæc oratio patiat̃: sed uel prolixius dicens minimã partẽ attingã.

Exemplũ interrogationis: sed raro.

Quis fuit hostis reipublicæ? Augustinus. Quis iniquitatis auctor? Augustinus. A quo paratæ sũt isidiæ ciuibus? Quis cõmunes ciuitatis pecunias furtiue in proprios conuertit usus? Quis litteratoꝝ ꝑsecutor? hic ipse. Quem audiuim⁹ nunq̃ attentasse: quod nobis non esset obfuturum? hanc feram. Interrogatio.

Exẽplum cõduplicationis: sed raro nisi in poetis.

Tuus ille perditissimus animus o Augustine: tuus inq̃ ille ꝑditissimus animus plurimũ attulit reipublicæ detrimẽti. Vel sic. Tua mẽs ista bona O Læli: tua certe mẽs ista bona tuis ciuibus fuit semp singulari adiumento. Vel sic: in simplici dictione: ut Iuuenalis: Tu ne duos una sæuissima uipera cœna? Tu ne duos? Vel sic: in pluribus. Nullæ ꝓfuere uigiliæ huic urbi aduersus Gallos: Nullæ ꝓfuere uigiliæ huic urbi. Conduplicatio Iuuenalis

Exemplum repetitionis.

Repetitio Lelij probitas hanc urbem in iudicãdo seruauit. Iuliani pietas hãc patriã in omni sua calamitate defendit. Iuliani sanctimonia bene uiuendi fuit nobis singulis exemplum fere quoddã. Vel sic. Augustin⁹ interturbauit omnia. Augustinus doctos omnes insequit᷑. Augustinus sicarios apparauit. Augustinus urbem uiolauit.

Exemplũ transitionis: qua nõ nisi in expedita una materia: decurrẽdo ad aliã utimur ad attentionem.

Transitio Nunc aũt satis de hui⁹ munificentia dictũ sit: deinceps ad eius magnificentiã accedamus. Vel sic. In aduersarium hacten⁹ de libidine: nũc ad illius auariciã ꝓsequamur.

Exemplũ superationis.

Superatio Hic sua uirtute iã cœlũ attigit: estq; factus dijs communissimus. Vel sic. Nemo tã sæuus est apud inferos q possit cũ huius sceleribus comparari

De summa colorum.

Colores alij apud Ciceronẽ m͠lti sũt: sed minie necessarij.

Figuræ grãmaticoꝝ in usu necessariæ præcipue tres sunt. Arẽthesis: hoc ẽ oratio in orationẽ interposita: exornandi ac breuius dicẽdi gratia. Hyperbole: hoc est supra modũ elata in sermone: sẽtẽtia: ut orationẽ magis augeat. Et digressio siue translatio: quæ dimissa materia: ad illam aliquid affert externũ: scilicet quo illa exaggeret᷑: exẽplificet᷑: deprimat᷑: aut aptior fiat ꝑsuasioni.

Exemplũ Parenthesis ul᷑ breuioris uel longioris.

Ego nõ tibi solũ: sed omnib⁹: ob incredibilem animi tui uirtutẽ (Es eñ & doctissimus: & prudentissimus: & humanissimus) ea sum deuictus beniuolẽtia: ut nihil ad cumulũ addi queat. Vel sic. Cũ Romã uenissem ad agendã meam (quam nõne scis) causam. Aberat eñ sũmus pontifex. Aberant cardinales: Aberat uniuersa curia. Nullæ agebantur causæ. Nulli erat auditoriũ liti. Nullus iudicabat᷑. Nihil hactenus egi. Nihil attentaui. Vel sic: si parenthesis est prolixior ne prima excidant memoria uerba. Ego te plurimũ (

Cũ quia summa es uirtute uir insignis: tũ quia me mutuo meosq; omnis q̃ studiose diligis: tum quia nemo bonus ẽ qui te nõ uehemẽti beniuolẽtia ꝓsequat̃: sic es ꝓmeritus) te igit̃ iccirco plurimum nedũ amo: uerũetiam & obseruo: & colo.

Exemplũ hyperboles maxime in poetis.

Apud Virgiliũ de Aenea: fama sup æthera not⁹: & rursus: Tollitq; ad sidera fluctus: Non quia sidera possint fluctus attingere: sed quia altius dici nequeat. Vel sic. Pulchrior Venere: castior es Diana. Vel sic. Pygmæo minor es: turpior dæmone. Virgili⁹. i. æne

Exemplum digressionis.

Clarus es tu quidem inter oratores: sed aliquis potius Demades: q̃ Demosthenes. Aiũt eñ ad Demadẽ ire solitos: qui orationẽ uellẽt celerẽ & imeditatã: ad Demosthenẽ q pẽsata peterẽt & elimata. Proinde cõsueuit dici: Demadæ orationes nihil: at Demosthenis oleum sapere. Clarus es tamen orator: & celer. Demades Demosthenes

De dicendi scribendiq; generibus.

SCiendũ autẽ eandẽ esse rationẽ in scribẽdo quæ & in dicẽdo ẽ: In utroq; rhetoricæ ac oratoriæ uis extat. Orare: ore significat pronũciare; q̃re in dicẽdo ẽ opus ꝓnunciationis ratione. In scribendis aũt epistolis: hoc est: missiuis: ea ratione opus non ẽ. De generib⁹ dicẽdi & scribendi Orare

De ꝓnunciationis ratione.

Est aũt pronunciatio in tris partes distributa: in uocẽ: uultum: ac gestum. Pronunciatio

De uocis uariandæ ratione.

Vox triplex ẽ: magna: mollis: flexibilis. Magna debet eẽ in argumentationibus: Mollis in reb⁹ lætis: Flexibilis in misericordia cõparanda. Vox

De usu uocis.

Initio orationis uox sit parua: sed non infima: & inaudita: sed quæ possit pedetentim augeri. Mox in narratione sit altior: sed mediocriter. Mox in diuisione augeatur: sed fiat augmentum ut non deueniatur ad clamorem percus

sorũ aut uigilum nocturnorũ. Mox argumentationes mollitudinẽ & flexibilitatem cõsequant. Est enim uox mollis: hoc est dulcis: nõ aspera: nõ rauca: nõ perturbata: sed quæ tybiam potius imitet q̃ tubã. Flexibilitas uult posse nunc ꝓ materia exasperari: nũc mitigari: nunc flere: nũc ridere. Si laudatio fit alicuius: uox sit mollis: & mitis. Si uituperatio: uox aspera. Si animatur aliqs in aliquẽ: uox dira & iracũda. Si fun⁹ agit: uox mœsta & lachrymosa. Si sit alicuius execratio: uox alta & ꝑturbata. Fiãt simılit exclamationes asperæ ac depressæ. Asperæ: cũ causa ẽ nefaria: ut in uitijs abhominãdis. Depressæ: ut in cõmiserationibus. Dicẽdo in causa scelesta: Proh deũ immortalẽ: hoc scelus cõmisit ne quisq̃ ali⁹: uox efferat altissima. Dicendo cauete iudices ni tales castigetis: cauete: uox sit & alta & turbata. Dicendo in cõmiseratione: cõpatiendũ esse medicis: uox sit minima & flebilis. Dicendo: illis subueniẽdũ: uox sit lachrymarũ plena. In ꝑoratione ꝑ amplificationem uox sit mediocris cũ claritate ꝓnunciandi: sed sine anhelitu: ne spiritus defatiget. In conclusionib⁹ fiat uox mediocris: sed tardior pronunciatio: ut intelligat quid concludit. Tamen semp animaduertendũ ne fiant exclamationes cũ hac uocis mutatione: nisi materia sit aut abhominabilis: aut miserabilis: aut admirabilis: aut rara: bona uel mala.

Mollis

Exclamationes

De uultus usu.

Vultus

Cum uultus non sit facies: sed signum apparens in facie: scd̃m animi motũ: ut illud docet Masonis: Heu q̃ difficile est crimen non prodere uultu: debet orator uultum accõmodare uoci: ac materiæ. Nam si rem flebilem exponeret læto uultu: aut rem festiuam mœstu uultu: diceret inept⁹: qui neq̃ rerum: nec ꝑsonarũ: nec temporũ seruaret conditiones. Vt uno igit concludatur uerbo: cum uerba sint earum notæ: quæ sunt in anima passionũ: pro uerbis sit uox: ut dicere uideatur orator ex se: nõ aliunde didicisse: ꝓ uoce uero sit uultus: in ꝑturbata uoce acerbus: in flebili subtractus: ut animi uehementia eo uultu intelligat cum uer-

Ouidius. ij. metamor

horum cōuenire uehementia.

De gestus usu.

Gestus aūt nō debet inurbanus uideri: ut neq; uultus: nec uox in re læta: debet in scurrile profūdi risū: nec in re mœsta in muliebres distendi lachrymas: aut uociferationes: sed quo ad naturam consuetudineq; uirorū deceat grauiū & modestorū. Debet gestus ad rē exasperandā: quæ uituperat: aliqñ caput mouere minis. Ad rem mitē & miserabilem inducendā aliqñ palmas precatorias iungere: Inducēdo uirtutē homines ad se inuitantē: brachia aperta pro excipiēdis uenientibus demonstrare. Faciē aūt nūc ad hos mouere: nunc ad illos uertere: cū quibus fit sermo: ne q̄si statua loqui uideatur uel puer: qui sit occupatus iu memoria tenenda quæ sua nō sunt. Rem admirādā de superis exponendo: frontem ad cœlū uertere. Rem perniciosam pnūciando: inferna respicere. Diuitias & pompas orbis detestando: brachia aperta cū fronte & toto corpe circūuoluere. Rem pudibūdam in mediū afferendo: tenere os ad terram uersum: deterrendo: manibus pedibusq; pulsare. Gestus

De epistolarū ui ac ratione.

Epistolæ uero multifariam habet materiam: ut in octoginta infra patebit epistolarū titulis. Sed triplicē uim ac rationem: ut aliqñ sint familiares: aliquando familiarissimæ: aliqñ graues ac seriæ: seruenturq; in iis duæ rationes: Prima ratio stili: ut familiarissima sit in stilo infimo: familiaris in stilo mediocri: grauis in stilo summo. Secunda ratio artificii: ut familiarissima simplicem habeat rei expositionē: ut inter familiarissimos dicitur: do: accipe: mitto: fac: sine multa circūitione: aut agumentatione: aut apparatu. Familiaris uero aliquid: sed modicum: apparat aūt argumentatione. Grauis autē pro rei qualitate: aliquando uim orationis summæ: aliquando mediocris: aliquando paruæ tenet. Nam oratio summa sex habet illas superiores orationis partes: hoc est: si dicatur de pace aut bello: tenendo in senatu: uel apud principē: oratio mediocris caret cōfutatio- De stilo seu charactere epistolarū

ne nõnunq̃ & exordio. In causa honestissima: ut in nuptijs oratio parua est: quæ caret exordio & narratione: interdũ & diuisione: ut in uisendo principe: ubi dicitur quare illo uentum sit: & quid petatur: ut superius uisum est. Totuplex igitur epistola grauis quotuplex ẽ oratio: aliquando omnes orationis complectitur partes: aliquando aliquas.

De stili ratione ac uarietate.

Infimus

Stilus infimus nõ habet uerba ignaris pædagogulis communia: sed ornata: at non exquisita: non habet sententias uulgares: sed eruditas: at nõ raras: hoc modo.

Exemplũ stili Infimi.

Hic dies Lælij Paulinæq; nuptijs dictus est fœlix.
Hanc ob causam in hunc cõuenimus locũ o ciues optimi.
Nõ improuide sibi cõsuluerũt: qui matrimonij leges subierũt: unde omnis humana rite ꝓpagatᷣ uita.

De stilo Mediocri.

Mediocris

Stilus aũt mediocris habet non rara admodũ & exquisita uerba uel sentẽtias: sed meliora longe: ac rariora infimo stilo: ut si dicatᷣ: hoc modo.

Exemplũ stili Mediocris.

Augustin⁹

Nihil est tam salubre humano generi patres amplissimi: q̃ posteritati operã adhibere: quodq; Aurelius inquit: Generationi regeneratione ̃ præparare oportet. Nam cũ quotidie diuersis discriminibus in orcum dilabamur: debemus diligentius consulere successioni. Quod nequire cõmodi⁹ aptiusq; lege fieri: q̃ si connubio mares fœminæq; sanctissimæ cõiunganᷣ: qs ẽ: q nesciat? A superis ẽ igitur ad mortalium cõsuetudinem: utilitatẽ: dignitatemq; matrimonium institutum.

De stilo Graui.

Grauis

Stilus autẽ maximus & uerba cõplectiᷣ rara: & sententias crebras: & auctoritatibus nititur: & ꝓfusiores habet structuras: ut si dicatᷣ: hoc modo.

Exemplũ stili grauis in eadẽ materia.

Cum permagnũ est onus & ꝑdifficile: de ijs rebus oratio/nem habere: quæ sit amplissima: & quouis oratore clarissi/mo digna: Tum illud hoc loci me reddit audẽtiorẽ: ꝙ ex/ilitas ingenij mei patiat: qd estis uos patres amplissimi: ut eruditissimi: sic omniũ humanissimi: atqꝫ unice ꝑbenigni. Matrimonij uero laudes & si sunt innumerabiles: tales ta/men: ut uel litteraꝝ experti: sua succurrant spõte: nolintqꝫ titubare ꝓ se quenꝗ.

De titulorũ Epithetorumqꝫ ratione ac usu.

Ehementer aũt errat in titulis uel scribendarũ epi/stolarũ: uel dicendarũ orationũ: in epithetisqꝫ: hoc ẽ adiectiuis quasi cognominibus: quæ soleut dicen/do: scribendoqꝫ imponi: tã rebus ꝙ ꝑsonis: etiam in proso/popœia: de qua statim inferius dicet. — De titulis & epithetis

De prosopopœia crebra in poetis.

Solent em̃ poetæ: qui cũ oratoribus eandem seruant artẽ: licet alia oratiõis lege: hoc ẽ carminibus: uti prosopopœia quæ sibi de re insensata sensibilis fingit faciẽ: ut meli⁹ in au/ditoris lectorisqꝫ imprimat mentem: ut Virgilius Atlãtem Libyæ montem fingit senem. &c. Martian⁹ artes liberales suis fingit corporibus. Vt igitur esset turpe uitium fingere corpus formosum: uirtutẽ uero corpus deforme. Angelũ turpẽ: dæmonem pulchꝝ: sic dicere mare frugiferum: aut terram ueliuolam: epitheta nõ complectit sua: nec decet summũ pontificem appellare fortissimũ: imperatorem ue/ro sanctissimũ. — Virgili⁹. 4. æne. — Martianus fœlix capel/la

Exemplum tituloꝝ summi pontificis.

Sanctissimus. Beatissimus. Clemẽtissimus. Pientissimus. In/dulgentissimus. Misericordissimus. Benignissimus. Bene/ficentissimus. — Papa

Exemplum epithetorum summi pontificis.

Successor primi Petri. Christũ in terris referentẽ. Dei mi/nistrãs officia. Veniæ in orbe largitor. Cœli reserator. Infer/ni claussor. Superoꝝ inpres. Apostolicæ sedis auctor. Qui/rinalis regni tutor. Christianoꝝ ꝓtector.

Exemplum titulorum imperatoris Augusti.

Imperator

Diuo cæsari. Faustissimo augusto. Sacratissimo Romanorum imperatori. Inuictissimo christianorum regi. Fœlicissimo imperij augustalis protectori. Perbenigno cæsari.

Exemplum epithetorum imperatoris Augusti.

Expugnator perfidorum. Defensor christianæ fidei. Supremi imperij custos. Incōcussus imperator. Asylū christianorū. Maximus atque optimus Quirini interpres. Nullius laudis rex incapax. Magnidecentissimus princeps.

Exēplum titulorum Cardinalium.

Cardinales

Integerrimus pater. Sāctimoniæ plenissim⁹. Sapientissim⁹ Grauissimus. Cardinalis præclarissimus. Pietatis studiosissim⁹. Benemeretissimus cardinalis. Officiosissimus.

Exemplum epithetorum Cardinalium.

Aethereæ ualuæ cardines. Rubra mitra insigniti. Puniceo diademate cincti. Sūmo pontifici assistentes. Proximi ad pontificatū maximū. Cardinea dignitate præstantes. Purpurati cœtus participes. Sūmi cōcilij membra. Apud apostolicam sedem primi pontifices.

Exemplum titulorum Regum.

Reges

Serenissimi. Optimi reges. Clementes. Aequissimi. Gratiosi. Liberalissimi. Prudentissimi. Facillimi. Mansuetissimi. Beneficentissimi. Innocentissimi. Christianorum propugnatores. Eminentissimi. Christianissimi.

Exemplum epithetorum Regum.

Legū ī orbe tutores. Aequitatis auctores. Sceptrigeri principes. Naturæ in terris simulacra. Optimi rerū humanarū auctores. Totius orbis nutrimenta. Vexilla christianorū. Alimētatores clarorū hominū. Beneficētissimi reges. Corona insigniti. Diademate regio nitidissimi.

Exemplum titulorum archiepiscoporum.

Archiepiscopi

Antistiti optimo. Patri præsulū benemerenti. Episcoporū præfecto dignissimo. Et etiā competunt ei: quæ cardinali: præter decernentia cardinalatum.

Exemplũ epithetorũ archiepiſcoporũ.

Archiepiſcoporum

Præſulatus tutori. Epiſcopatuũ aſylo. Metropolis rectori. Epiſcoporũ principi. Sanctimoniæ ſtudioſo. Magna præſuli auctoritate. Patri patrũ. Nulli⁹ ſapiẽtiæ inexperti Grauiſſimo patri.

Exemplũ titulorũ epiſcoporum.

Epiſcopoꝝ

Venerabile

Præter Reuerẽdiſſimũ: quicquid aliud. Nam uenerabile a uenerãdo dictũ dijs cõueniens: dat̃ quibuſq; monachis. Reuerendiſſim⁹ aũt a reuereor: qđ metus uerbũ eſt: ꝓueniens: dat̃ ſũmis pontificibus: quaſi æque metuendi ſint: ut ſæculares domini: ac tyrãni. Dicunt̃ epiſcopi eximij patres chriſtianorũ. Vrbium ſuarum pontifices optimi. Benemerẽtes. Fidei noſtræ tutores. Patres colendiſſimi. Obſeruandiſſimi præſules.

Exemplũ epithetorũ epiſcopaliũ

Ii quibus Chriſtianarũ datur eccleſiarum cura. Procuratores chriſtianæ religionis. Præſides præſulatuũ. Antiſtites inocẽtes. Paſtores humanarũ ouiũ. Sacri gubernatores ſacerdotiorum. Eccleſiaſticorũ militum duces. Maximi ſuorum epiſcopatuum ſacerdotes. Vncti partes preſbyterorum.

Exemplum titulorũ abbatum; & præpoſitorum ac archipreſbyterorum.

Abbates Archipſbyteri Præpoſiti

Innocentiſſimo Integro. Sacrorũ morũ pleniſſimo, Sanctimoniæ deditiſſimo. Religiõis curioſiſſimo. Talis eccleſiæ primario. Monachorũ ſeu preſbyteroꝝ benemerẽti præfecto. Pio ſuæ fidei cuſtodi.

Exemplũ epithetorũ eorũdem.

Obſeruandus talis eccleſiæ ul' monaſterij præſes. Incorruptus ſuorũ ſacerdotũ obſeruator. Officioſiſſim⁹ in tali eccleſia uel abbatia optimas. Gratiſſimus diuinorũ exercituum maniplus. Aſſiduus eccleſiaſticarũ rerũ uigil: Inter abbates omnis uel præpoſitos rara phœnix.

Exemplũ titulorum theologorum.

Theologi

Theologo ſapiẽtiſſimo. Sacræ ſciẽtiæ ſũmo īt̃preti. Diui-

narũ litterarũ in terris arbitro. Sacratissimi dei studij apud nos expositori. Cœlestiũ artiũ præceptori doctissimo. Innocētissimo theologiæ philosopho. Clarissimo theologo.

Exemplũ epithetorũ eorundem.

Qui cœlestia nobis præcepta referat. Cui arcana dei committunt᷑. A quo docemur: quæ ad diuinas institutiones attinent. Qui semp̄ in diuinis uersatur contēplandis. Quem nihil cœleste latet. Qui rerũ humanarũ & diuinaꝝ sũmam cognitionē habet. Cui datũ est & nosse quidem & interp̄tari theologica.

Cæteri de clero

Exemplũ titulorum reliquorũ religiosorum cum grad⁹ sui uel dignitatis additione.

Incorruptissimo talis ecclesiæ præsidi. Religiosissimo uiro Deuotissimo fratri. Studiosissimo religionis presbytero. Custodi talis ordinis accuratissimo. Sacræ militiæ cōstantissimo militi. Patri optimo & diuinis deditissimo. Diuinæ gratiæ religioso. Sũmæ integritatis sacerdoti. Probatissimo presbytero.

Epitheta in his suis excerpuntur titulis.

Exemplũ titulorũ ducaliũ

Duces

Accuratissimo duci. Illustrissimo principi. Inuictissimo imperatori. Assiduo triũphatori. Cōtinuo fugatori hostium Victoriosissimo duci. Præstantissimo suæ fidei cōmissoꝝ defensori fœlicissimo.

Exemplum epithetoꝝ ducalium.

Cui⁹ cōsilijs nihil firmi⁹. A quo semp̄ fortuna superat᷑. Fulmē talis belli. Hostilis imensus terror. Mens inconcussa & imobilis omnium in castrametādo ꝓuidissim⁹. Cui parent cæteri quiqȝ duces. A quo uicti sunt hostes in omni genere. Cæsaris imitator & Cyri. Alexādri similis & Fabij.

Marchiones & comites

Exemplum Marchionum Comitũ & Baronum Tituloꝝ.

Illustri dn̄o. Inclyto principi. Nagnanimo marchioni. Præstātissimo comiti. Clarissimo baroni. Magnificentissimo principi. Optimo regulo. Prudētissimo comiti. Sapiētissimo dn̄o. Excellenti marchioni.

Exemplum epithetorũ eorundem.
Qui sublimi sedet in sede comitatus. Qui excelso est Marchionũ in solio. Quem cœtus baronũ dignissime comitatur. Magnidecentia marchionis. Eximia comitis uirtus. Baronis clara dignitas. Imperiales ubiq; comites. Sacris amictibus ab imperatoribus insigniti. Post reges ac duces primi principes.

Exemplum Titulorũ militum maniplorum Centurionũ & decurionum.
Fortissimo militi. Tolerãtissimo laborum. Omnium difficultatũ patientissimo. Immoto maniplo. Militiæ curiosissimo. Strenuo centurioni. Sollertissimo: uigilantissimo: uiro militiæ studiosissimo: excelsa mente maniplo. — Milites decuriones

Exemplum epithetorum eorũdem.
In bene prouisis pseuerans. Nullius leuitatis filius. Grauitatis & consilij custos. In hostes diligẽtissim⁹ inuestigator. Artium militarium inquisitor optim⁹. Quẽ nihil lateat militare. Qui nũq̃ flere uisus est. A quo abhorreat omnis metus. Cui gratiora sunt militaria discrimina cibis mollissimis.

Exemplum Titulorum equitis aurati.
Magnifico equiti aurato. Insigni laude cumulato. Præstãti militaris dignitatis uiro. Dignissimo equiti. Auro benemerentissime decorato militi. — Eqtis aurati

Exemplum epithetorum eiusdem.
Militari insignitus dignitate. Præclarus inter equites auratos suæ laudis tutor. Integra mente summaq; laude aurat⁹ eques. Ingenio singulari ad omnem equestrẽ dignitatem. Magnificorũ operum ꝓ suo splendore tenacissimus. Nulli plus rei: q̃ laudi & mortali uacans gloriæ.

Exemplum Titulorum poetarum.
Clarissimo uati. Doctissimo poetæ. Præstãtissimo Apollinis interpreti. Laureato poetæ benemerẽti. Carminis antiquorũ instauratori perillustri. Cunctarum artiũ uati studiosissimo. Diligentissimo poetæ. — Poetæ

Exemplũ epithetorũ Poetarũ.

Poetæ

Phœbei aditi custos. Tripodis Apollineæ tutor. Qui res gestas imortalitati cõmẽdat. Prædicator futurorũ. Exqsitus rerum abditissimarũ decantator. Humanas res & diuinas canere cõplexus. Numen quoddã in terris.

Exemplũ titulorũ Oratoris.

Oratores

Eloquẽtissimo uiro. Clarissimo oratori. Præstãtissimo humanarum artiũ auctori. Liberalium studioꝝ tutori. Bonarum litterarum ꝓpagatori. Disertissimo uiro.

Exemplũ epithetorũ eiusdem.

Qui lingua monet populos. Qui persuadẽdo cũctos animat. Cui facillimũ est: solo sermone cunctos in sententiam trahere. A quo nihil magis abest: q̃ ignorãtia. Cum cuius eloquio est sapiẽtia cõiunctissima. Cui familiaris est omnium bonarũ artiũ consuetudo. Qui dicẽdo exornat oĩa.

Philosophi

Exemplũ titulorũ philosophi.

Acutissimo philosopho. Bonarũ artium interpreti. Morũ institutori. Naturæ contemplatori optimo. Humanæ sapientiæ inquisitori prudentissimo.

Exemplũ epithetorũ eiusdem.

Quem nihil humanũ latet. Qui mores docet. Qui naturæ iura pandit. Qui naturalium rerũ scrutat̃ causas A quo abditissima quæq; doctrinarum omniũ intelligunt̃.

Iuriscõsulti

Exemplũ titulorum iuriscõsulti.

Sapiẽtissimo iuriscõsulto. Clarissimo iuris interpreti. Præstantissimo legum latori. Acutissimo iuris enodatori. Doctissimo iurisconsulto. Viro iurisconsultissimo.

Exemplũ epithetorum eiusdem.

Viro Cecropide. Lycurgei laboris tenaci. Solonis puero. Scæuolæ clienti. Sulpitij Virginijq; simillimo. Legũ enucleatori. Iuris artifici non mediocri

Medici

Exemplũ titulorum medici.

Accuratissimo physico. Medico fidelissimo & doctissimo. Morborum omnium curatori. Sollertissimo medicinæ indagatori. Aesculapio medicorũ

Exemplũ epithetorũ eiusdẽ.
Viro Hippocratico. Galieneo clięti. Medicorũ Osiri. Phœbeo genito. Herbarum peritissimo. Serapioni Auicẽnæq; clarissimo. Medicinæ peritissimo.

Exemplũ titulorũ & epithetorũ Astronomi. Astronom⁹
Astrorũ peritissimo. Sapiẽtissimo astronomo. Astrologorum Ptolemæo: Acutissimo superiorum corporum idagatori. Vati consultissimo. Rerũ futurarum interpreti.

Exemplũ titulorũ & epithetorũ Musici. Musici
Harmoniæ cœlestis duci. Orpheo musicorum. Iucundissimo musico. Cõsonantiæ musicæ peritissimo. Mercurio sonorissimo. Apolloni concordantiarum.

Exemplũ titulorũ & epithetorum. Architecti: & Geometræ. Geometer Architectus
Vetrubio Architectorũ. Archimedæ Geometrarum. Colossorũ diligentissimo artifici. Pyramidũ sollertissimo cõpositori. Ingeniosissimo opificiorũ præsidi.

Exemplũ titulorũ & epithetorum Arithmetici. Arithmetici
Studiosissimo Arithmetico. Accuratissimo numerorum summatori. Diligẽtissimo innumerabiliũ numeratori. Pytholidæ arithmeticorũ omniũ curiosissimo.

Exemplũ titulorũ magistratuum. Magistrat⁹
Aequissimo prætori. Prudẽtissimo iudici. Innocẽti proprætori. Incorrupto proiudici. Magnanimo: Iustissimoq; pdomino. Fortissimo fidelissimoq; tribuno. Claro tabellioni. [I]nclyto præsidi. Illustri magistro equitũ. Inuicto primipilo. Dignissimo quæstori.

Exemplum titulorũ & epithetorũ grãmaticorum. Grãmatici
Peritissimo grãmatico. Bonarũ litterarum studiosissimo magistro. Ludi litterali præsidi benemerẽti. Litteraturæ doctori optimo. Viro doctissimo. Lactis litterarum præceptori.

Exemplũ titulorum & epithetorum Senatoris & cõsularis. Consulares
Iustissimo fortissimoq; Senatori. Prudẽtissimo uiro consulari. Nobilissimo patricio. Generosissimo urbis membro. Præclarissimo Senatus patri.

Exemplũ Titu.& epi.ciuis Mercatoris.

Ciuis mercator

Industrio & diligenti mercatori. Curiosissimo mercaturæ patri. Mercaturæ studiosissimo. Mercurio mercatorũ. Inter mercatores Iason.

Exemplũ Ti.& epi. Plæbei uiri boni.

Plæbei uiri

Ciui optmio. Probo & modesto uiro. Non abiectæ laudis ciui. Ex minore ordine uiro bono. Studioso innocentiæ & integritatis uiro.&c.

Exemplũ Ti.& epi. Lanificis & cuiusq; fabri.

Fabri

Diligenti artifici. Bono opifici. Ingenioso fabro. Dædaleo clienti.

Exemplũ Ti.& epi. Agricolarũ.

Agricolæ

Honesto uiro. Frugi agricolæ. Tempestiuo messori. Homini gnauo. Sollertissimo. Diligentissimo.

Sciendũ aũt est: q multa sunt epitheta: quæ adiecta titulis aliquarũ artium possunt cum singulis cõuenire: ac singulas artes pro sua qualitate decorare: ut Egregius: Singularis: Clarus: Præstans: Doctus: Eruditus: Fortis: Constans: Insignis: cum suo casu: hoc modo. Egregius poeta. Egregius orator. Egregius philosophus. Egregius iurisconsultus. Quinetiam egregius pontifex. Egregius imperator. Egregius Rex: & sic de singulis. Sed animaduertendum: q licet primi ac altissimi gradus mutari non possint: ut pontifex maximus. Imperator.&c. minores tamen & mediocres mutãtur: ut alius miles inferior non æque strenuus dicatur ac alter fortissimus: sed uocetur laborũ tolerans & militiæ studiosus: & sic respectu maiorũ minores humilioribus titulis donentur in omni facultate: & sic alius poeta illustris: alius poeticæ dicatur studiosus.&c.

Nunc aũt ad epistolarum in omnibus titulis & in omni stilorũ genere descendemus exempla: ut quid & quõ fiat imitatio: facilius intelligatur.

Sequuntur octoginta epistolarũ scribendarũ genera in titulos redacta cum exemplis.

Primus titulus

Cōmendaticia familiaris.

q Vi hāc tibi reddidit epistolam: mecū est summa familiaritate coniunctus: uir inquam & nobilis & disertus: quē ꝓpter genus & uirtutes unice diligo: atq; amo: cupioq; ualere plurimū: arbitratᷣ ipse meis litteris fore se tibi gratiorē. Est em̄ acturus istic nescio quid: quod eū pungit uehementer. Itaq; si me amas: & si cupis gratificari mihi: fac ut hunc suscipias q̄ commendatissimum. Nulla em̄ in re poteris afficere me maiore uoluptate. Cæteꝝ si quid est: quod mea opera possit tibi morem gerere: nihil petes a me frustra. Bene uale.

Cōmendaticia familiarissima.

Cōmendo tibi Petrū uirum grauissimum & mihi amicissimum: cuius consuetudine delector plurimum: & qui mihi uisus est in omni re sua summa laude cumulatus. Quicqd in hunc cōtuleris beneficij: collatum in me censebo. Non secus em̄ hūc diligo: atq; amo: ac si frater meꝰ esset. Ne negligas hominē. Vale.

Cōmendaticia grauis.

Fuit mos antiquissimus & cōmuni hominū societate inductus: ut in cōmēdandis hominibꝰ: amicitiæ munꝰ seruaretᷣ & iusticiæ sanctio. Quid em̄ intᷣ mortales diutiꝰ staret: possetq; perpetuum appellari: sine amicitiæ ratione iusticiæq; officio! Nam homo ꝑ se uiuere quodāmodo nequit in hoc orbe: nisi ab hominibus adiuuetᷣ. Quare & Cecrops apud Atheniēses: & Moses apď hebræos. Mercuriꝰ apď Assyrior leges inuenerūt: quibus humanum genus sese tueretᷣ. Itaq; & Apostolus inquit: Alter alteriꝰ onera portate. Sed & Cicero & Plutarchꝰ de amicitia uerba faciētes declarauerūt: non posse hominē uiuere neq; domi neq; foris: nisi amor humanæ fieret societatis conseruator. Quo enim pacto qui palam uagabantur inter siluas & latibula ferarum: nec domicilia colētes: nec coniugia celebrātes: nec tenentes ultimū uitæ cultum: sese in seruitutem legum tradidis-

Cecrops
Moses
Mercurius
Paulus
Cicero
Plutarchus

sent:& ciuitates habitasset mœnibus septas:nisi natura duce:& amor eos coegisset & iusticiæ fundamentũ:qb⁹ cõstare uidet humanæ societatis robur. Recte igit Xenophon ille socraticus beneficio generis humani cõperisse naturã inquit amicitiæ fundamenta. Quãobrem Aristoteles probat: sine amicitiæ ratione corruere quicqd est inter homines. Inter quos non est hæc uirtus: omnia sunt simulata uel dissimulata: omnia ficta: omnia falsa. Nihil firmi: nihil stabilis: nihil sinceri: nulla seruatur fides: nulla religio: nulla pietas. Ex huius uirtutis inobseruantia: alij fœnerant: alij spoliant: alij uiolant. Nemo tuet alterum: sed eũ deserit ut iudæus iudæum: de quo est in euangelio. At ubi est amor: ibi pax: ibi fides: ibi concordantia: ibi omnia palam sunt: & ex duobus fit unus: ut nihil uelit: aut nolit alter quod & socius nõ uelit pariter: atq; nolit. Sed ex ipsa uirtute amicitiæ: atq; iusticiæ laude: multæ proficiscuntur uiæ: cõditionesq; uiuendi oriuntur. Inter quas præcipua est uitæ consuetudo: quã familiaritatẽ appellamus. Multi sunt eñ hoc amicitiæ uocabulo nuncupati: qui uere nõ sunt amici: cognomento spreto potius appellandi sunt hospites. Sed q̃ uiuunt una in ciuitate: qui assidue simul uersantur: quiq; cũ absunt alter ab altero corporib⁹: semp animi adsunt: inter illos uera est amicitiæ ratio. Nam & iusticia curat illorum causas cõmuni ratione: & amicitia procurat eorum negocia cõmuni beniuolentia. Itaq; iure a ueteribus inuentus est mos amicorũ cõmendandorũ per epistolas illis: qui & amici essent & possent cõmode amicorũ desiderio satisfacere. Tu q̃diu hic fuisti uir clarissime mecum summa beniuolentia coniũctus es: quotidianaq; consuetudine confirmatus: nunc autẽ posteaq̃ discessisti: non minore te prosequor studio: q̃ cũ hic esses: nec cuiq̃ cedo in te amãdo. Itaq; nullam rem arbitror esse tantam: quã pro me non sis facturus siqdẽ nihil ego negligere possem: quod ad te pertineret: & in mea foret facultate. Sed & Iulian⁹ tanta est in me beniuolẽtia mutua: tamq; continua consuetudine mecum

Xenophon

Aristoteles

Homo quidã descẽdẽs a Hiericho

uiuit: & familiaritate mihi cõiũctus est:ut int̃ nos possit eẽ nihil distinctũ. Quare cupio uehement̃:quasi meipsũ hũc omnibus eẽ cõmendatũ:sed illis imprimis:cũ qb⁹ mihi est amicitiæ uinculum: & quos ego pari uirtute prosequor. Nam cũ huius res bene habent:bene meas habere cẽseo. Cũ accidit huic quicq incõmodi: omnem incommoditatem cõmunẽ mihi duco. Est eñ uir perpaucorũ hominũ: imo nullorũ:ut illo utar Terentiano. Huius quidem uirtus & elegantia in dicendo:& laus excellẽtissima adeo mihi & grata est & iucunda:ut nihil possit ad cumulũ addi. Certe si hominẽ noris:dices me mea opinione nõ fraudari. Hũc tibi facio q̃ cõmendatissimum: cupioq intelligere meam hãc cõmendationẽ:sibi plurimũ profuisse. Q̃ si me amas: nihil omittes: quod ad huius rem ptineat:sed ei fauebis: ei consules: eũ diriges in omni causa sua: & hoc pacto facies mihi rem q̃ gratissimã. Vale. Ex Mediolano quinto calẽdas Ianuarij. Terentius

Synonyma cõmendaticia.

Ioannem tibi cõmendo.

Facio tibi talẽ cõmendatissimum.

Cupio ut nulla in re desis tali.

Si me amas:accipe rem talis tibi cõmendatissimam.

Nihil est quod hoc tempore diligẽtius abs te petam: q̃ ut talis negocia studiosius prosequare.

Cũ desiderem tali omnia succedere prospere:tũ cupio maximopere rem huius tibi cõmendatam esse.

Afficior tali usq adeo: ut neminẽ possem tibi maiore pietate cõmendare.

Si mea intercessione susceperis talem cõmendatũ:nihil ẽ quo possis mihi magis gratificari.

Cũ accepero fuisse tibi talem ob meam cõmendationem gratum atq iucũdũ: cognoscã esse te optima in me mẽte.

Obsecro te mirifice: ut nihil inuenias causæ:quo minus tibi sit talis q̃ cõmẽdatissimus: quẽ unice cõmendo.

Secundus titulus

Consolatoria pro funere familiaris.

Q obierit diem pater tuus uir clarissime: non possum nõ dolere uehementer. Erat em̃ mihi iucũdissimus. Itaq; tam grauiter hanc rẽ tuli: q̃ si meus ipse obijsset pater. Eius em̃ uirt⁹ me mirifice incendebat ad omnem laudem. Admonebat me: præcipiebat mihi: nihil deniq; sine moribus ex eius ore prodibat. Itaq; dignissimus mihi quidẽ uidebat': qui uiueret: & cuius gloria nunq̃ interiret. Quid dixi gloriam! Illa certe nunq̃ est interitura. Fiet enim p illam ĩmortalis. Sed eius certe fama quæ inter uiuos dispergi solet: loco gloriæ uiuenti succedebat. Tandẽ diẽ obijt: soluit qđ debebat mortalibus: cũ esset moribundo corpore natus. Secũ retulit in cœlũ æterna. Nam apud superos mẽs eius præstantissima nunq̃ est interitura: tibi ualido suppetat: instaurabis uitam patris: nec eris inferior illo. Cura igitur ut ualeas: Et quæ mortalia sunt non admirere si cõtinuo corruunt: & bene uale.

Consolatoria p funere familiarissima.

Audiui: qđ tuli molestissime: patrem tuum uirum clarissimũ hac luce fũctũ esse. Certe uir erat dignus uita: sed quẽ iccirco deus in cœlũ reuocauit: qm̃ est conueniẽtius mlto: ut futurus esset in superis sedibus: q̃ inter mortales. Nam & si erat hic utilissimus suis omnibus: qm̃ incredibili ualebat uirtute: fecit tamen & pietas & religio: & fides: ut merito fuerit ad superos delatus: qua quidẽ in sede poterit nobis prodesse magis: q̃ si esset in terris. Modo tu bene ualeas qui patris tenes simulacrũ. Ne feras iniqua mente: cum mortali uita natus esset: ad ĩmortalẽ esse sublatum: at potius precare deũ: ut tu quoq; illo perferaris. Reliquũ ẽ: ut diligenter cures ualitudinem tuam: quæ nobis est non min⁹ iucunda: q̃ esset patris. Vale.

Consolatoria pro funere grauis.

Renũciatũ mihi fuit: obijsse diem patrem tuũ uirum præstãtissimũ: quod certe perinde fuit mihi molestũ: ac si hac

luce functus esset qui me genuit. Videt igit absurdissimū. ut qui cōsolandus sum in hoc mœrore: alios consoler. Sed ne tandem homines ipsi uideamur brutorum similes fieri: in quibus nulla uis est rationis: quibus dumtaxat sensus & perturbatio dominatur: ratione duce nosipsos consolabimur. Vt eo aūt procedam⁹ ordine quo decet: ueterū intelligamus animos ad omne fortitudinis argumentū institutos: & de mortis necessitate cōmentemur. Quis in hoc orbe nascitur: qui non assidue uideat mortem sibi paratissimam esse: nisi hoc ordinasset ille opifex rerum mundi melioris origo? Aut nos in hoc orbe fœlicitatē nobis omnē ꝓpositam existimaremus? Aut q̄tū sensu moueremur: tantū saperemus & intelligeremus: præsentibus intendentes: & paululū uel præterita uel futura sentientes: ut inquit Cicero? Corruunt ergo quæ sunt in hoc orbe singula: Nec cuiq̄ suæ uitæ cert⁹ est dies unus. Quid ꝙ ea quæ uidētur diutius duratura: continuo dilabunt? Nā quæ fiunt quasi nunq̄ ruitura mœnia nobilissime fundata: superbissimeq; instructa: quasi ad cœlū ceruices erigentia: multis temporū difficuitatibus æquant solo. Vbi nunc Thebæ Busiridis illa tā magnifica: tantoq; splēdore domoꝝ exornata? Vbi granaria Pharaonis? Vbi Pyralia Babylonis? Vbi Colossus rhodius? Sed ubi græcia, ex qua tot tātiq; duces: uiri i omni genere laudis præclarissimi ꝓdierūt? Vbi Argos cū suo Inacho? Vbi Mycenæ cū suo Agamēnone & Menelao? Vbi Phthiæ cū suo Achille? Vbi Pylos cū Nestore? Vbi Ithaca cū suo Vlyxe? Vbi Corinth⁹ cum suo Periandro? Vbi Lesbus cū suo Pittaco? Vbi Miletum cū suo Thalete? Vbi oīs Lydia cū suo Crœso? Vbi Babylon cū suo Nino? Vbi ꝑsarū palatia cū suo Cyro: cū Xerxe: cū Dario? Vbi Macedonia cū Philippo: & Alexādro? Vbi Spartani cū suo Lycurgo? Vbi Lacōes cū suo Hagesilao? Vbi Thebæ dētib⁹ serpētinis ꝓcreatæ cū suis dijs: Baccho atq; Hercule? Vbi Athenæ cū Themistocle: cū Alcibiade: Pericle: Solōe: totq; illustrib⁹ uiris i oī uiuēdi genere? Vbi deniq; ne oīa ꝓseq̄r: Roma

Mortis necessitas

Cicero

Tēpus omnia cōsumit

Roma

illa prisca Barbarorum domitrix: Græcorũ imperatrix: Latinorũ mater: & totius orbis domina cũ suo Mutio: cũ suis Horatijs: suis Brutis: suis Scipionib⁹: suis Marcellis: suis Aemilijs: suis Fabijs: suis Metellis: atq; cũ suis demũ tot cæsaribus: ueluti flores atq; uiolæ solent (quæ admiramur in mũdo) cuncta deflorescunt: & a mane ad uesperum concidunt. Atq; alia uitæ pars aliam insectatur: & pellit. Infantia quasi lepus: pueritiam quasi uenatorẽ effugit. Pueritiã pellit adolescentia: Huic inuidet iuuẽtus. Hanc insequit̃ uirilitas. Hæc a senectute fugat̃. Senectutem prædat̃ decrepitas: in quã fit ut deueniat uita nostra: succumbetq; deniq; morti.

Augustinus Mors omnia mordet ut Augustin⁹ inquit. Hãc Hectoris fortitudo nõ euitat: nec dexteritas Achillis effugit: nec Herculis robur: nec Phalaridis minæ: nec Ganymedis aut Helenæ pulchritudo: nec castitas Hippolyti: aut Dianæ: nec doctrina Socratis: aut Platonis: nec prudẽtia Catonis: nec continẽtia Scipionis: nec iusticia Aristidis: nec carmen Homeri: aut Maronis: nec oratio Demosthenis: aut Tullij: Nec quisquis in hoc orbe uel splendior fuit Lucillo: uel ditior Mida: uel maior animo quocunq; Iulio: potuit hanc mortis rabiem nõ gũstare.

Anaxagoras Itaq; recte Anaxagoras audita morte filij: se nihil inquit uel noui uel inopinati accepisse: cũ sciret illũ ex se natũ esse mortalem. Cur igitur dolemus: cum nostrũ aliquis huic succumbit necessitati? An arbitramur posse nos reficere hominem aliũ: q̃ prius esset? Si id assequi nequimus: parcamus necessitati: & cum non possum⁹ quod uolumus: uelimus quod possumus: ut

Terentius apud Terentiũ est. Nonne debemus sponte sequi: quod inuiti feramus opus est? Et ratione potius obtemperare q̃ tempus sequi: quod nos ad obliuionẽ mœroris perducat. Quotiens aũt rationẽ audiemus: totiens illa nobis declarabit hanc non esse uitã quam mortales incolimus: sed eã ad

Augustin⁹ quã rapiũtur uiri boni: quæ ut ait Augustinus: uigebit æternitate memoriæ: & imortalitate gloriæ: & in q̃ ut Aposto-

Apostolus lus inquit: quem nunc uidem⁹ ueluti per speculum in æni-

gmate: tunc uidebimus facie ad faciẽ. Proinde Socrates Plato i Phædone
apud Platonis Phædonem de imortalitate animarum cōmentatus optare se dicebat mortẽ: cum nō nisi ea uia posset ad superos proficisci. Itaq; & Apostolus dicere solebat: Cupio dissolui: & esse cum Christo. Quāobrem pater ipse tuus & necessitate naturæ ductus: ex hac uita subreptus est: & uoto suo potitus iucūdissime ex hac peregrinatione in patriam ueram peruenit: & ex procellosa nauigatione in tranquilissimum portum perductus est. Inuidebimus igitur ne ipsi: aut potius eū æmulabimur! Nobis legendū est: quos in hac uita: ut apud Aurelium legitur: cōtinue torquent timor & dolor: non simul torquentes: sed cruciatū alternantes: ut qn̄ bene est: mortalibus timendū sit: quando est male: tunc sit dolendum. Feramus igitur non solum æqua mẽte sed æquissima: quod pater tuus uir grauissimus ex his tenebris: terrestriq; cœno: ac corporeo carcere: ad illam serenitatem cœlestemq; puritatẽ & spiritualem libertatem elatus sit: & suæ fœlicitati gratulemur. Reliquum est: ut ita sit tibi ante oculos imago patris: ut & q̄diu uiues in hoc orbe nō sis inferior ipso: & post digressionem tuam possis ad superos aperta fronte proficisci: & cum tuo patre cæterisq; uiris bonis in æterna beatitudine semper requiescere. Me autẽ habes quo ualeas haud secus uti: ac fratre. Val.

Apostolus

Aurelius

Synonyma consolatoria pro funere

Dignus es consolatione.
Mœror tuus leuandus est.
Aegritudo tua ratione tollenda est.
Tuus luctus est ratione frænandus.
Quod donandū est necessitati: donetur potius rationi.
Quas lachrymas siccabit tempus: eas siccet intellectus.
Tergendi sunt oculi tui: ne nimis obediẽs uidearis sensui.
Cū prudentia sit in omnibus rebus adiutrix adhibẽda: tū præcipue ubi mœror nos opprimit.
Nibi est accuratius considerandū q̄ ne langueas pro dolore ubi opus non est.

Ego tibi consulo te puerũ ne potius plãgendo patefacias q̃ uirũ grauẽ teipsum ratione consolando.
Non est cuiusq̃ lugendus obitus: qui moriturus uiueret.
Nemo doleat: ex suis amisisse aliquẽ: qni mortalis fuerit.
Ea lege nascimur omnes ut moriamur.

Tertius titulus.

Consolatoria pro re perdita familiaris.

Q𝔷 magnam tibi rem fortuna sustulerit naufragio: non potes non congemiscere: ut mibi quidẽ renunciatũ est: facis ut interdũ illi solẽt: qui languent aliqua ægrotatione: quos cogit naturalis dolor non posse interdũ seipsos tolerare: Medici uero qui ualent meliuscule inducũt quæ ad medicinam prosunt. Cogita per deũ imortalẽ bæc fortunæ bona: semper fuisse lubrica: neminemq𝔷 unũ diẽ tuto posse-disse. Itaq𝔷 recte pbilosopbi uoluerũt extra animũ & extra corpus esse fortunæ dicenda bona. Qualis aũt fortuna sit lege Nasonẽ inquientẽ: Passibus ambiguis fortuna uolubilis errat. Et manet in nullo certa tenaxq𝔷 loco. Quid igiẽ tibi dolendũ est: si pro ueteri sua cõsuetudine fortuna tibi rapuit quæ tua non erãt! Si diminutũ esset tui corporis decus: posses id fortassis impatientius ferre. Si uirtus & laus tua & omne animi decus deterius factũ esset: nõ iniuria tibi ducerem lacbrymandũ: & ad cœlũ usq𝔷 tollendos ululatos. Tua em̃ bæc sunt cum quibus imortalẽ gloriã sis consecuturus. Sed quæ solẽt (ut Basilius inquit) Alearũ more ab uno in aliũ cõmutari: nec stabilia possunt appellari: nec cũ effluxerint gemẽda sunt. At dices: ad necessitatẽ nõ est mibi fortunarum satis. Cui ego: Naturã ne ignoras paucis minimisq𝔷 contentã esse. Si nequibis uel Lucull⁹ aut Crassus uiuere: uiues ut Tellus atbeniẽsis: ut Codr⁹ Roman⁹: Si non erit tibi domi regius splendor: erit ciuilis parcimonia & urbana modestia. Communis est: quotidianaq𝔷 in singulis orbis partibus bæc tua iactura. Sed stultos opprimit dolor: sapientes ratio moderatur. Essem in boc dicẽdi genere longior: si cẽserẽ bæc & multo plura te latere. Sed

Ouidius de ponto

Basiliũs magnus

Tellus atbeniensis

Codrus Romanus

quoniam satis intelligo: ad te consolandū in hac re nullum argumentū incognitum esse tibi: quæ scripsi: non arbitreris ut tibi consulam esse missa: sed ut declarem nō esse me imemorem pietatis in te meæ. Vale.

Consolatoria ꝓ re perdita familiarissima.

Accepi naufragium tuum: & ut perturbaris eam ob rē intellexi. Certe consolarer te pluribus argumētis: nisi ꝓ nostra familiaritate te cognoscerem: ut inquit Horati⁹: intus & in cute. Itaq; scio te prudētem: facileq; intelligere fortunæ quæ appellantur bona nullius esse propria. Q si terra in his rebus nemini fidem seruat: q̄tominus seruabit pontus: cui: qui se fidit: ut Iuuenalis ait: est digitis a morte delatus quattuor aut septem. Tant⁹ est hiatus in pelago: ut assidue submergātur rates. Sed quid leuius: q̄ se committere uentis: quorum continua mutabilia quanta sint: qui nescit homo nō est? Eiuscemodi naufraugia quotidie fiūt: fortunæ nulli sunt æterni comites. Amisisti rem nō tuam: qđ suum erat fortuna recepit. Virtus tua consilio & ratione tibi modo seruetur & augeat̄: nō deerit propediem res amplior atq; magnificentior. Hæc satis: quod reliquū est: me habes: cuius rebus omnibus æque uti possis ac tuis. Vale. Horatius Iuuenalis

Consolatoria ꝓ re perdita Grauis.

Et prius acceperam nescio quid: & nunc factus sum certior naufragio te rem non paruam amisisse: proptereaq; mirifice angi. Haud recte saperent: qui tecū beniuolētia iunctis hoc aduersus te fortunæ uulnus dolendum admodū censerent. Ego uero: qui & si nō sapio: curo tamen sapientum imitari consilia: neq; dolendū esse arbitror cuiq̄ hunc casum qui te amet: nec tibi uel ferendum iniqua mente ul̄ censendum inopinati quippiam accidisse. Quis est enim qui dicere possit suū esse: quod fortuna largiri solet? Nam næ siue maiorum exempla sequamur: seu ueteꝶ sentētias audiamus: q̄q̄ ad uirtutes exercendas sunt hæc quæ dicunt̄ fortunæ bona necessaria: neq; tamen in corpore neq; in Bona fortu

animo sita ualẽt hominũ appellari propria. Sunt enim instabilia: lubrica: & quæ cõtinue mutant: ut illud est Senecæ: Rotat omne fatum. Et rurs9: Quẽ dies uidit ueniẽs superbum: hũc dies uidit fugiens iacentẽ. Quamobrem & iure ac merito illud addit: Nemo confidat nimiũ secundis: nemo desperet meliora lapsis. Miscet hæc illis ꝓhibetq; Clotho stare fortunã. Nonne & illud restat Iuuenalis: Si fortuna uolet fies de rhetore consul. Si uolet hæc eadem fies de cõsule rhetor. Et rursus illud: Seruis regna dabũt: captiuis fata triũphos. Sed bene monet idẽ inquiens: Nullum numen abest: si sit prudẽtia: sed te Nos facim9 fortuna deam cœloq; locamus. Nã & Boetius ipse Seuerinus ita fatũ diffiniens: Fatũ est inhærens ĩmobilibus series: qua diuina prouidentia suis quæq; nectit ordinibus. Et non mlto post ait: In nostra potestate sitũ est qualem fortunã fũdare malimus. Nemo sapiens quicq̃ sibi duxit esse subreptum cum fortunas amisit: & plæriq; suarũ uiriũ compotes nõ dolent fortunæ cursus sibi fuisse aduersos. Et Iuuenalem audiunt dicentẽ: Plus fati ualet hora benigni: q̃ si te Veneris cõmẽdet epistola Marti. Non omnino approbo Senecæ illud: Non sollicitæ possunt curæ mutare rati stamina fusi. Sed sapientibus cõsultoribus: nemo cõgemiscat si quid aduersitatis fortunæ sibi ereptũ est. Non doluit apud Homerũ Vlyxes: nec se quicq̃ perdidisse dixit: cum naufragijs nudus est eiectus ad corcyram: sed tãta uirtute uir prædit9 a Phæacibus: & Alcinoo rege susceptus est humanissime: ditiorq; dimissus q̃ ante iacturã fuisset. Quicquid hæc bona eos: a quibus coli solent interdum peiores efficiunt: ut inquit Tullius. Cũ his em̃ ꝑferunt uoluptatibus qui sunt epicurei: & patrant multa scelera qui mali sunt: sed cũ nõ sit malũ aurũ & argentũ quæ creauit deus (ut Augustinus ait) sed malus homo dimittens creatorem & cõuertẽs ad creaturam: ut illud est Dauidicum: Simulacra gentium argentum & aurum: Quis tamen possit se tuto dicere possidere quæ nullus habet certa? Crœsus enim Lydorum

Seneca in Hercule furẽte

Iuuenalis

Boetius diffinit Fatum

Iuuenalis ultima satyra

Seneca in tragœdia

Homeri ulyxes

Tullius

Augustinus

Dauid

Crœsus

rex cui tantus thesaurus erat: uno die a Cyro persarũ rege tot tantisq; diuitijs priuatus est. At Cyrus ipse a uili milier/cula & regno spoliatus est & uita. Q̃diu fretus est Darius psarũ gaza? Q̃diu Lacedæmoniorũ & Atheniensium res/publica suis opibus potitæ sunt? Artaxerxes qui cũ tanto apparatu terra mariq; intẽminaret in Greciã: minimo quo/dam nauiculæ spacio cõtentus in regnũ redijt omni exer/citu perdito? Quis fuit Hãnibali finis: q perterrefaciebat orbẽ? Quis Pompeio? Quis Cesari? Quis deniq; maximis regib⁹ exitus? Ut illud est Horatij: Ad generum cereris si/ne cede & uulnere pauci descendunt reges: & sicca morte tyranni. Sed prætereamus principes: quorũ fortunæ (propter ambitionis obiecta tela) rotant assidue: q̃ crebri sunt huiuscemodi casus ut naufragio corruant opes plurimæ. Nã qui sese cõmẽdat æolo: ducitq; tuta esse sua singula: is haud minus insanit: q̃ si in medijs leonibus decertans cum bestijs faceret sibi uitæ fidẽ. Cõmunissimũ ẽ igit hoc periculorum genus: ut possit iam quotidianũ appellari: fortu/næ uero munera in hominũ potestate nõ sunt: & eo debẽt haberi in precio: quo Terentius uoluit inquiens: Hæc per inde sunt: ac animus qui utit. Qd si sapies ut ante hac feci/sti: semper infirma solidaq; uirtute rem tuã omnem collo/cabis. Nam quas diuitias appellant: ut Aurelius ait: uere non sunt. Bona ea dici debẽt: quæ gloriã imortalẽ pariunt. Scriberẽ ad te plura: si censerem tui potius cõmonendi: q̃ amicitiæ meæ causa scribendũ esse. Vale.

Cyrus
Darius
Artaxerxes
Hannibal
Pompeius
Cæsar
Horatius in sermonibus
Terentius
Aurelius

Synonyma consolatoria p re perdita

Fer æqua mente rem amissam.
Noli desperare meliora transactis.
Ne deijcias animũ propter fortunæ aduersitatem.
Esto bona mẽte in perdita re minime tibi propria.
Nihil amisisse iudica cũ pecunia tibi sublata est.
Cui uirtus suppeditat gloriam: ei fortunæ difficultas lugẽ/da non est.

Imitandi sunt sapientes: qui nullam sibi iacturā fortuitorū duxerunt esse lugubrem.
Sapiētis consilio patient̄ ferēda sūt aduersæ fortunæ tela.
Immoderata tēpestate nullꝰ fortis deiecta mēte iacuit: sed eo fortior factus est.
Cum animi uirtute tolerāda sunt fortunæ bella.
Qui patiētiæ loricā induit fragilitatē fortunæ nō metuit.
Solet animi magnitudo tūc esse præstantior: cū occurrūt pericula grauiora.
Nihil est in aduersitate desperandū prosperitatis.

Titulus quartus.

Consolatoria ꝓ exule familiaris.

Legi tuam epistolam nō minus iniucūde q̄q̄ tū uideris impatientissime ferre: ꝙ extra patriam urbem cogaris exulare. Vbi nam tua solita prudentia nūc latet! Nonne iāpridem intellexisti nihil esse dolendum: qđ neq; famā apud doctos & probos damnet: nec gloriam faciat esse apud superos diminutam! Quis eñ uir bonus est qui non manifesto cognoscat nullo te tuo crimine factū exulem: sed inuidorum delationibus & improborum studijs! Qđ si quo factum id esset tuo scelere: causam exilij tui nimirum dolendam tibi esse censerē. Nam in hominum coronam uenires criminandus & assidue impietatis accusandus: & rei fama quæ in te notāda esset iure ac merito: nec posset ab hominum clarissimoꝝ iudicijs reuocari: nō esset abs te sine tuis lachrymis audienda. Stimularet eñ te cōsciētia quæ ante oculos poneret nefas: qđ patrasses: doceretq; te tuæ culpæ pœnā lucrari: esset intolerabilis exilij pœna: sed intolerabilior certæ cōsciētiæ culpa. Me miseꝝ diceres tecū loquēs qd cogitaui! qd secutꝰ sū! qd uolui: quid errraui! quam pœnam sceleri dedi! ubi patria! ubi penates! ubi solatia! ubi clientelæ! ubi reliquā mihi in urbe suauissima! Omnium memor esses: meritoq; illud Boetij posses in te cognoscere: Infœlicitatum omnium pessimum esse genus se meminisse fuisse fœlicem. At nunc cum intelligas errasse te nihil: sic dices ad te conuersus: Ego nihil commisi sceleris: decepi neminem. Neq; fidefragus dici possū: nec alicuius

Boetius

criminis auctor. Inuidiæ me tela sũt insectata: quam sic Ci/cero diffiniuit: Inuidia est ægritudo alieni boni. Cõmunis est hæc pestis procerum ualitudini paratissima. Nam ut il/lud est Senecæ: feriunt supremos fulgura montes. Nemo me ex patria pepulit: cũ sim ubiq̃ terrarũ atq̃ gentium be/ne: ac cũ uirtute uiuens patriam inuenturus. Neq̃ erat illa patria: quæ nõ mihi: sed scelestissimis pluribꝰ est cõmunis. Cõsiderabis deniq̃ ex maximo fluctuũ turbine in trãquil/lissimũ te portũ peruenisse: hoc est ex summa difficultate susurronũ: murmuratorũ: inuidorũ: detractorum: decocto rum: delatorũq̃: quibus abundat tua patria: in optimum cõuentũ bonorũ ciuiumq̃ præstantiũ profectũ esse. Hæc scio tibi esse perspectissima: nec q̃ ea ignoras ad te scripsi: sed ut in recẽti uulnere amicissimi medici officio fungar: q̃ uel nõ uocatus accedã ad medicandũ. Cura ut ualeas. Cicero Seneca in tragœdia

Consolatoria pro exule familiarissima.

Quod exulem te proscripserint inuidi atq̃ improbi qui/dam: qui tuæ laudis maiestatẽ non poterant tolerare: ne doleas amice optime. Sic ẽm ab illis fieri solet: quos dissi/militudo morũ atq̃ studiorum reddit inimicos. Quõ po/teras illis esse gratus: qui sũt omni uitio polluti? Iure te igi/tur noluerunt secũ esse: quem sciebant scelerum sociũ ha/bere non posse: uiues cum illis & diutius & fœlicius quos istic inuenies tui similes: probos inq̃ & iustos: quorum so/cietas & cõsuetudo poterit omni te semp̱ molestia libera/re. Vale.

Consolatoria pro exule Grauis.

Q̃ exiliũ lugeas: quasi rẽ molestissimam: & quam nequeas tolerare: uolui misericordia q̃si ad te recreãdũ cõmoueri: quippe q̃ nõ possum aliq̃n humanitatis officio non fungi. Cũ ut inquit Terẽtius possim dicere: homo sum: humani nihil alienum a me puto. Docet & nos Apostolꝰ inquiens debere nos gaudere cũ gaudentibus & flere cũ flentibus: & ne humanitatis officium turpe sit: nec gaudium uel fle/tus sine recta ratione. Nam q̃q̃ omnis passio improbanda est: cum contra rationem niti uideatur: tum eo est fœdior: Terentius Apostolus

Terentius
Ciceronis modus
Mediocritas aristotelica
Exilium
Socrates
Cicero
Hercules argiuus
Apollo

quo magis excedit:& nõ obseruat illud Vlyxis:quod apd Terẽtiũ usurpatũ est: ut Ne quid nimis: cogit natura nos aliqñ dolere & cõgemiscere. Non em̃ sumus ferrei:ut nullus in nobis sit sensus:sed in omni re seruandus est modus ille Ciceronis:& tenẽda mediocritas Aristotelica. Nisi frænaremus impetus sensitiuos:& cum ratione moderaretur appetit⁹: certe int nos & bæluas nihil interesset. Sentiunt em̃ & illæ: quæ dulcia sunt & quæ amara: doloribusq atq uoluptatibus inuoluuntur. At in nobis consiliũ temeritati præficit:sobrietas intẽperãtiæ:Innocentia maliciæ:& omnis ratio:sceleribus cũctis. Itaq cũ uel graue ac perdifficile fuisset hoc onus exilij tui: debuisses post diutinas lachrymas cõualescere:& te totũ tibi reddere. Ego igit iam meipsum in mentẽ quietiorẽ traduxi: cognouiq tuã hanc aduersitatẽ: neq lugendã esse: nec aduersitatis cognomẽtũ promereri. Nã sunt qui diffiniant exiliũ:quasi extra solum patriũ. At Socrates cũ quæreret cuias esset: mundan⁹ sũ respõdit: declarat hoc responso: non esse uirũ grauẽ atq doctũ alicuius urbis terminis:regionibus ue finibus circũseptũ:sed in uniuersum orbẽ posse aperta fronte summaq cũ laude progredi. Itaq recte Cicero nõ esse interminadũ illis ait exilium:quibus urbs una circũscripta non esset:sed omnis orbis foret patria. Iure igit Hercules argiuum se dixit:subdiditq:sed omnis Græcia mihi patria ẽ. Qd si recte metimur uitæ nostræ cursus: diligenterq intuemur unde uenimus: quo ue pergimus: intelligere manifesto possumus: nullã esse nobis in hoc orbe patriam. Quod si recte nos nouimus ut Apollo monuit: ex cœlo sumus in terris missi: ut per eas peregrinantes in cœlum deniq rediremus ubi uera est nobis patria. Nonne ubi parentes hominũ sũt ex quibus uerã expectant hæreditatẽ: ibi patriam mortales esse dicunt? Nam & huic patriæ Cretenses censuerunt post superos:nos prima debere iura. Sed deus omniũ bonorum parens est:quos sibi hæredes futuros esse promisit & instituit cohæredes Christi. Eam igit sanctã ciuitatẽ: de

qua abunde locutus est Diuus Aurelius: debemus nobis patriam affirmare: & ab ea ne exulemus: omni cura ꝓuidere. Nec eñ illo exilio uel inuidis testibus uel iniquis iudicijs cõdẽnaremur: sed hoc orbis exiliũ nemo sapiẽs alicuius extimat precij: præsertim cũ apud indoctos nunq̃ magnificati fuerint uiri clari. Exulauit Alcides qui græciam omnẽ sũmis affecerat ornamentis. Eiectus est lacedæmon Lycurgus qui eã tã præclaris legibus instituerat. Athenis pulsus ẽ Solon: qui tradiderat populo iura quæ sequerẽť: Pulsus Alcibiades: male habit⁹ Melciades: male Pericles. Romani uero Romulũ cõditorẽ interemerũt. Camillũ fecerũt exulẽ: igrati fuerũt in Scipionẽ: In Tulliũ: in plærosq̧ alios quorum nomina prolixius esset q̃ utilius dicere. Sed quot uiri præstantes ꝑ deũ imortalẽ habiti sunt extra natale solum præstantiores q̃ domi? Nam Lucius dimissis uolscis: habitus est Romæ rex: Tarquini cognomẽto. Pythagoras uero: Aristoteles & Tullius & Naso & Maro extra domũ primã floruerũt & claruerunt. Cadmus longe e patria Thebas cõdidit. Marius arpinas natus Romæ uir magnus factus est. Nescis raros in patria perfectos eẽ: obstat inuidia: obstat ambitio: obstat competitio: obstant cõtentiones: & cætera quæque quibus uulgus ministris utiť aduersus sapientes. Non est igitur dolendũ tibi quicq̃: nec cẽsendum amisisse te patriã: q̃diu & uirtus te comitabitur: & uirtutẽ fama prosequetur: & famã attinget imortalitas tui nominis: Hæc quotiẽs cogitabis: totiens arbitraberis hoc pacto fauisse tibi superos: & Iouem tuæ rei optime consuluisse. Vale ex Mediolano tertio Nonas decembris.

Augustinus

Hi exularunt

Synonyma consolatoria pro exule.

Ne feras graue exul esse.
Fer æqua mente tuum exilium.
Ne doleas ꝙ urbe careas patria.
Non sit tibi difficile exulare.
Non est extra patriam: cui est uirtus.
Non debes te exulem arbitrari: qui ubique ciuis es.

Patria carent mali:tu uero semper es in patria.
Tolerabilis est tibi exulatio ab inuidis & malignis.
Vbi tibi bene est:ibi patriam esse censeto.
Ne ducas te exulare alicunde:cum tua uirtus nunq̃ possit exul esse.
Fac ut sis animo constanti sic extra urbem honorandus:ut in urbe pollendus fueras.
Tũc te exulẽ duces:cũ fama gloriaq; priuatus uiues.
Patria tua cœlũ est quo uirtus assidue dirigit atq; ducit.

Quintus titulus.

Gratulatoria familiaris.

De prætura Accepi te prætorẽ Florentiæ urbis designatũ esse: qui te ad id muneris delegerũt:nequiuerunt non esse uiri omni laude cumulati.Id ea sum assecutus cõiectura:quod afficiuntur mirifice suæ patriæ. Curauitq; diligenter quicquid ad eius attinet dignitatem & ornamẽtum. Quid enim dignius & ornatius in ciuitate benemerita dici potest: q̃ iusticiæ munus nõ præterire:& eius habere maiestatem ante oculos!Officiũ aũt huius quæ uirtutum moraliũ est excellẽtissima:in te cõsistit imprimis:ut bonus & fortis prætor ius suum cuiq; tribuat: & alios ad uirtutes alliciat ꝓpositis præmijs:alios deterreat a sceleribꝰ pœnaꝝ metu.Q̃tũ aũt in omni tua uita fueris præstãs:æquitatẽq; in oĩ tuæ uitæ actione ducẽ secutꝰ sis:nec nũc explicabo:ne gratulandi loco:ad laudatoriã accedã epistolã. Vnũ ausim affirmare cõsuluisse Florẽtinos reipublicæ suæ nõ temere nec improuide:sed accurate atq; studiose:Eũq; sibi delegisse prætorẽ:cuiꝰ & æquitate maximã utilitatẽ ac urbis amplitudinẽ:& dignissima cõsuetudine sũmã sint iucũditatẽ assecuturi. Scio q̃ oderis nefandos:& q̃ta seueritate criminũ auctores uelis plecti:ut possis iure & merito Cato quõdã censorinus appellari:& nõ iniuria ualeas inter eos cẽsores numerari:quos uerebant etiã ipsi urbis principes. Hoc autẽ tuæ mẽtis institutũ quis nõ nisi insanus põt non unice comprobare!Nam iccirco genus humanũ ad incolẽdas urbes

Cato censorinus

inductã est a ferina illa libertate:qua prius uiuebat inter sil uas:& latibula:ut muniretur mœnibus:& prætoris sagaci tate iusticiæq; defēderet illæsũ. At ubi tu es æquitatis mi nister:ibi esse cēseant Herculē: & qui & mōstra plectat & tyrãnos. Cũ bonis autē q̃ familiarit agis: q̃ human⁹ es: q̃ fa cilis arte & suauitate loquēdi:& grauitate sentētiarũ: & oī deniq; uitæ cursu qui tecum uel publice uel priuate quicq̃ agit:fatet sese Nestorē audiuisse Vlyxēq; cōsuluisse.O igi tur bñfactũ & prudētissime urbi Florētinæ consultũ. Itaq; & Florētinis qui talē sint habituri prætorē:& tibi qui tãtæ præfuturus sis rei.P.sũmopere gratulor: cupioq; nos fieri quotidie fœliciores ut laus utrorũq; ꝓmulgetur. Vale.

Nestoris & Vlyxis facũdia

Familiarissima Gratulatoria.

Gratulor tibi mirifice:q̄ mas tibi natus sit filius:nec tibi so li gratulor:sed & patri tuo uiro grauissimo:& matri fœmi næ pudicissimæ:& cōiugi tue mulieri castissimæ. Scio em̃ uos omnes hac puelli natiuitate lætissimos esse. Nec iniu ria cum & parentis & aui propagationem sobolis cupiant præter cætera Lacedæmoniorũ em̃ & Atheniēsiũ institu to q̄sq; suæ patriæ debet ciues:& quo plures ei gignit:hoc magis est ab urbe laudandus. Et mulier Puerpera q̃ pos sit maiorē assequi iucunditatē:q̃ nacta est cũ peperit! Nam & Aureli⁹ inq̄t: Nulla alia de causa nubat mulier: q̃ ut mat fiat. At auus auaq; q̃ ualēt maiore uoluptate affici:q̃ si sen tiant in successorũ diuturnitatē: sui nominis æternitatē! Iu re igit ex Cornelia familia scimus minore cognomēto nō fuisse genitũ:sed ex Aemilia ortũ adoptatũ esse in Scipio nis domũ:ne genus illud laberet.Idem in Fabiorũ genus scriptũ est.Idem de Octauio legim⁹.Idem de Nerone:Idē de Othone ac plærisq; alijs.Neq; enumerare ē necesse: q̃ to fœliciores alijs sint q ex se natos uidēt nepotes: atq; fili os.Iure igit uobis oībus ita gratulor: ut ītelligatis hoc mu nus æque mihi iucũdũ esse:ac si cœlit⁹ meæ domui cōtigis set. Vale.

De filio nato

Aurelius

Grauis gratulatoria.

Quod tandē tibi fortuna fauere cœperit audiui ꝑlibenter

Cicero
Lactātius
Tullius
Aristoteles
Pythagoras
Plato
Martialis
Iuuenalis
Persius
Virgilius.vi. æne.
Iuuenalis
Iuuenalis in umbricio
Tullius
Horatius
Iuuenalis

Spes enim potest esse bonis in omni re sua: qui mirifice desperabant. Nam ut illud est apud Ciceronē. Cū bonis bene fit: bonis quoq; reliquis bene sperandū est. Lactantius aūt perpulchre docet bona sibi fundamenta uirtutē conie cisse: cū præmia reddebant bonis artibus. Torpescūt eñ ingenia & rigescit mēs bona cū uidet suæ laudi nullū esse locū. Iuxta eñ Tullianum illud: Honos alit artes & omnes ad uirtutes incendit gloria. Pecunia uero & reliq̄ fortunæ bona: quæ uirtuti suppeditant necessarios usus. Et sunt ut inquit Aristoteles: ad exercendas uirtutes instrumenta: si præsto non sunt laboribus iustis: debilitant & eneruantur ingenia. Quamobrē & Pythagoras & Plato & plæriq; philosophi tum suis studijs omnem operā adhibuerunt: cum curis familiaribus caruere. Quare & Martialis iure inquit: Sūt mœcenates: nō deerūt flacce marones. Vnde & illud Iuuenalis: Quod si Virgilio & cætera. Merito igit Persius ait φ si dolosi spes refulserit numini coruos Poetas & poetridas picas cantare credas: pegaseū melos. Nec sine sūma diligentia accuratissimus ille poeta Virgilius ait: Si te fata uocant. Nam auctoritate Iuuenalis illud uerum esse cernitur: Haud facile emergūt: quorū uirtutibus obstat res angusta domi. Hodie uero nemo bonis doctisque donat: at pauperes cōtemnuntur: & q̄tum quisq; sua nūmorum seruat in arca: ut dixit Satyrus: tantū habet & fidei. Quare cū uirtuti fortuna fauet: mirifice gratulandū est & gaudēdū nobis: qui eadem (ut Tullius ait) in causa uersamur: qua & tu olim: uideo aūt similitudinē quādam tuorum cum temporibus meis: ut qn̄ tu post diuturnos labores donatus es tua mercede Idētidem mihi sperandum esse ducam. Cœperam eñ torpescere: existimareque nusq̄ esse uirtutis adminiculū implorādum quippe qui uiderem in illa Horatij tempora incidisse: cū inquit: O ciues ciues quærenda pecunia primū: uirtus post nūmos. Recte igitur Iuuenalis illud: Diuitiarum maiestas & si funesta pecunia templo nondū habitas: nullas nūmorum ereximus aras. Nam ut eru-

ditissime Ouidius cōplexus ē: Crede mihi miseros prudē- Ouidius in
tia prima reliqt. Et sensus cū re cōsiliūq3 uenit. Iacebas in fi- tristibus
mo: ut aiunt: nec tibi succurrere laboranti: nec alijs abs te
auxiliū postulantibus fauere poteras. Itaq3 sordescunt om-
nia: rubigineq3 cōtabescunt: quibus fortuna præsto eē nō
solet. Ita enim ager: & si natura fæcundissim⁹: uberrimosq3
si coleret' fructus pariens: ubi negligit' atq3 desertus est sil-
uescere solet: & emāsuescere: ac adeo arere ut nisi refoue-
atur atq3 stercorizetur: ab eo nihil plane sperandū sit. Nūc
uenit in mentē illud tempus: quo me cum lachrymis non-
nunq̄ ad cōmiseratione prouocabas: & fortunā tuā deplo-
rans quæ foret abiectissima: & meā longe inferiorē tibi cō-
mūnē existimans: a qua nequires adiuuari. Licet nūc ijsdē
uti lachrymis: pro meipso. In hac erga tuam fœlicitatē gra-
tulatione: rogareq3 ne me deseras: nec me iacere diuti⁹ af-
fligiq3 tantopere patiaris. Nam istam in te fortunæ consue-
tudinem: & si fortuna duce collatā uideo esse: prudētia ta-
men tua: uirtuteq3 singulari ductam: & quasi coactam cen-
seo. Est enim in campo satyricū illud: Nullū numen abest Iuuenalis
si sit prudētia: sed te nos facimus fortuna deam: cœloq3 lo-
camus. Iure igit' Cicero Stoicorum sententia fretus. Om- Cicero
nes sapientes inquit diuites esse. Et Plato uoluit uirtuti ad Plato
bene: beateq3 uiuendū deesse nihil. Sed si peripateticorū
nos auctoritas admonet: Eruditissime dixerunt fortunæ
bona ad uirtutes exercendas & amplificandas plurimū af-
ferre adminiculi: & uehementissime necessarias esse. Nūc
igit' memini: me apud ueteres percucurrisse: Pythagoram
Carneadē: Democritū: & plærosq3 alios tunc cœpisse om-
nem operā adhibere philosophiæ: cū & curis uacauere fa-
miliaribus: & rebus affluxere ad uiuēdū necessarijs. Quis
enim quē domestica cogat egestas: in grandiorem pōt ui-
rum euadere! Nō ab re scriptum est: Pectora nostra duas Horatius
non admittentia curas. Tūc & Demosthenes Athenis De- Demosthe-
mosthene fabro natus. Et Cicero arpinas Romæ magnifi- nes
catus est: cū diuitiæ suppeditarunt ocium. Iccirco satyricū Cicero.

Iuuenalis
Boetius

extat illud: quid Tullius: an ne aliud q̃ sidus & occulti miranda potentia fati? Qđ si Boetius in nostra potestate sitũ esse uoluit: qualem fortunã fundare malimus. Luget & ipse tamen suorũ aduersitatẽ temporũ: & fatum inquit est inhærens imobilibus series: qua diuina ꝓuidẽtia suis quæq; nectit ordinibus. Casum aũt diffinit esse inopinatũ rerum euentum. Quamobrẽ: & occurrant oportet in tempestiua: importunaq; mortalibus plurima: quibus & sæpe conculcent: & suffocent interdũ: & rursus cũ dulcia non meminit qui non degustauit amara. Post pharmacũ ẽ ualitudo expectanda: & post tenebrosas ꝓcellas serenissima sperãda tẽpestas. Quare Virgili⁹ ut doctissime cũcta: Aeneã inducit socios hortantẽ dicere cogit: uos & Scylleã rabiẽ: uos & cyclopea saxa experti reuocate animos: mœstũq; timorẽ ponite: forsã & hæc olim meminisse iuuabit. Et rursus paulopost: Per uarios casus: per tot discrimina rerum tendimus in latium. Sedes ubi fata quietas ostendunt: illic fas regna resurgere Troiæ. In hoc tu tempus iam peruenisti: nec in illud incidisti Iuuenalis: Durate: & uosmet seruate Cicadis. Expectationi tuæ datus est deniq; modus & tuarum uigiliarũ solennẽ fastũ es cõsecut⁹. Gratulandũ est igitur tibi mirifice: mihique ac cæteris bonis omnibus sperandum id ocius: quo tua intercessione: tua diligẽtia: tuo erga bonos studio precium simus nostræ sedulitatis impetraturi. Erant uenalia quæcũq; appetebamus: diminui uenditione nihil poterat. Si diuites alloquebamur Sphinges adibamus. Distichũ aut tetrastichũ nõ erat ædendũ Martialis more: ut inde speraretur aliquid. Et lucerna simul & papyr⁹ terebat. Respirarũt: ut uideo: bonæ litteræ: quãdo tibi tradũtur uirtutis præmia. Vtinam hanc fortunæ acessionem in te fortuna accumulet: ut queadmodũ nunc gratulamur tibi: sic instar tuæ progressionis possimus nobis unice gaudere. Fœliciter nũc uiuis. Beatissime tũc uiuem⁹ Eritq; gratulatio hæc eo communior: quo propensius omnes ad uirtutem stimulabit. Nam ut Ciceronis extat illud

Vir. i. æne.

Iuuenalis

Cicero ĩ tusc u. quæsti.

Honos alit artes. Tu bene uale. Ex Mediolano pridie ca/
lendas Decembris.

Synonyma Gratulatoria.

Tibi unice gratulor.
Mirifice tibi gratulandũ arbitror.
Tibi gratulor supra modum.
Nunc tuæ fœlicitati quis non gratuletur!
Nemo est: cui hoc tempore magis: q̃ tibi gratulor.
Haud facile possem exprimere: quãtopere tibi gratulor.
Quanta sit mea in re tua gratulatio: nec prolixiore quidẽ
epistola exprimeretur.
Perinde tuæ gratulor uoluptati: ac si meipsum attigisset.
Tibi uni præ cæteris oib⁹ hac tẽpestate plurimũ gratulor.
Gratulandum tibi esse duco: tam uehementer: ut nihil ad
cumulum addi possit.
Adeo tibi gratulor hac audita fortunæ accessione ut nihil
me uoluptuosius audire potuisse censeam.
Cũ primũ accepi q̃ fœliciter tecũ actũ est: ita gestire cœpi:
& tibi gratulari: ut mei non uidear esse compos.
Q̃ tam ꝓspere tibi successerint omnia: & gratulor admo/
dum: & exulto: quippe qui & mihi & bonis omnibus non
parum esse fructus sperandũ arbitror.
Si uis q̃ tibi gratuler intelligere: q̃ tu tibi gaudeas ꝓspicito.
Tua uoluptas mihi cõmunissima est.

Titulus sextus.

Inuitatoria ad amicitiã familiaris.

In omni humanæ uitæ cursu id præcipue considerandum
esse arbitror: qđ amicitiæ uim complectitur. Id enim ẽ no/
stro generi uehementius necessariũ quo mentes hominũ
ijsdem iungant̃ officijs studiorum: eademq; beniuolentiæ
ui. Q̃ nisi nobis alios amicitia conciliaret: nisi amoris cari/
tate quadam teneremur (ut ita dixerim) irretiti: quib⁹ nos
uel legũ: uel cõsuetndinis uinculis alijs deuinciremus: aut
ꝗcq̃ usui nostro suppeditaturos eẽ cæteros cẽserem⁹. Sed
qm̃ ea ẽ pria qdẽ amicitiæ rõ: ut honestatis cã sibi uniant̃.

Laelius Scipio

animorũ uires. Prima quoq; ac optima ẽ amicitia quæ uir/tutis gratia fundata sit: radices (ut aiunt) perpetuas in fera cissimo solo propagatura. Ad hanc cõsueuere uiri boni se se mutuo inuitare. Quare Læliũ Scipionẽ inuitasse legim⁹ ut se amaret. Hoc exemplo & ipse productus sum: qui tua uirtute singulariq; doctrina pollectus te inuitem: ut me nõ ames solũ: sed pietissime cõplectaris: & sinu foueas. Nihil erit mihi gratius q̃ ut intelligam abs te amari. Ego autem pro mea uirili nõ amabo te modo: quem qui nõ amet: ille saxeus penitus sit: sed obseruabo: quid obseruabo dixi: ob seruo: ac colo pro ea quæ in te uirtus est quouis homine benemerente dignissima: quenq; præclarissimũ uirum re/ferente. Nam quantus sis: totus iam orbis terrarum instar miraculi narrat: cuius splẽdoris tuæq; laudis ptes: ne uide/ar aut assẽtari: aut adulari: faciã in præsenti missas: ad ideq; redibo: quod initio cœpi: nõ esse tibi negligendũ: ut ame/ris: ab eo præsertim: qui & si tibi adiumento non ero: lau/di certe semp ero. Quare fac ut me ames mutuo. Bene ua/le. Ex Mediolano tertio calendas Decembris.

Inuitatoria ad amicitiam familiarissima.

Quãtus sit tuæ uirtutis splẽdor: una eadẽq; omniũ accepi uoce: nec potui: nõ cõtinuo in te diligẽdũ & amandũ incẽ di ac inflammari. Sed quia nihil esset in uita fœdius: q̃ esse in eũ studiosum: qui studio non delectaret alterius: cupio summopere: pari me beniuolẽtia prosequaris. Nihilo sum em̃ tibi posthac unq̃ defuturus: qd' & in mea sit facultate uel opa. Vtere igit' deinceps me: fortunisq; meis æque ac tuis omnibus. Tunc me mihi plurimũ satisfecisse censebo cum tibi ulla in re maxima satisfecero. Sum adeo tuæ de/ditus famæ: ut abs te diligi plus appetam: q̃ quicquid reli/qui uel diuitiarum cupidi uel gloriæ: sibi ducunt ornatius sublimiusq; appeti aut cõtingere posse. Bene uale. Ex Me diolano quarto Nonas decembris.

Inuitatoria ad amicitiam Grauis.

Cicero

Cum reliqua perpulchre ac unice dicat erudite Cicero: tũ

id imprimis amicitiam officij præstantissimi genus ad humani generis conseruationē inuentam esse: quæ similitudine quadā & morum & studiorum septa: & ueluti circūuallata bonos animos deuinciret: atq; tueret. Q2 si Aristotelis testimonio:non secus inter uirtutes iusticia splendet: ac lucifer aut hesperus inter sidera:quid præclarius amicitia:quæ iusticiæ primum atq; præcipuum complectitur & munus & officium! Plutarchus enim ubi uehementius iusticiam laudauit: quæ a Catone diffinita est: Animi habitus:cōmuni utilitate seruata: suam cuique tribuens dignitatem. Hæc dignitas inquit in amicitia solet imprimis distribui: distributaq; cognosci: sine qua nō solū nō uiuerent homines in cœtu:sed etiā uiui ab officio longius distraherentur. Quid iucundius: in uitaq; suauius: & humano generi optabilius:q̄ habere quibus & domi utamur & foris: cum quibusque de nostris cōmentemur uel uoluptatibus: uel doloribus:a quibusq; uel collachrymantibus: uel consolantibus recreemur:atq; reficiamur! Sumus in hoc orbe peregrini. Quid aūt carius esse solet peregrino:q̄ ut comites habeat:cū quibus & itineris sibi sortem eē cōmunē censeat:& de ijs fabulari possit interdū: quæ aut utilitatē afferant: aut difficultates diminuant! Vide quanti sit societas faciēda:ut uel Aeneas iste Troius:quos habebat famulos atq; ministros:appellat socios: Inquit em̄ apud Virgilium. O socij neq; em̄ ignari sumus ante malorū. Q2 si quis dixerit in illis non fuisse uerū amicitiæ genus: quod simulationem dissimulationēq; nō admittit:cū Aeneas simularit illo Maronis carmine. Spem uultu simulat:premit altū corde dolorem:respondetur ijs casibus amicitiæ paratam esse simulandi licentiam cum amicis: quibus amicorum illud figmenti genus conducit:succurritq; necessitati. Nam si patri filius:qui aberat in castris: interemptus esse dicat: cū primū castra dicūtur fugata:gladius paratur quo se iugulet. Q2 si amicus rem dissimulat ad diem:quæ ut Terentius ait:hominibus adimit ægritudinem: eo referabitur in

Aristoteles

Plutarchus

Catonis iusticia

Nota

Virgilius.i. æne.

Virgilius.i. æne.

Terentius

tempore:quo quidē minus moleste feret: patientiusq̧ to/lerabit̃.Has habet & multo plures amicitia uires:qua sub/lata uiuēdi ratio inter homines: corruat est necesse. Solis uiuerent̃ bæluarū ferino quodā ritu:nec cōiugia celebrarē tur:ut ait Plato:nec incolerent̃ in ciuitatibus domus: nec ullis uel legibus uel moribus locus esset. Amicitia hæc ho/mines ut Theophrast⁹ inquit:sua sponte subdidit iuris æq tati:ut q sese inuicē colerēt:honestatē nō effugerēt. Hinc domicilia sunt effecta. Hinc coniugia celebrata. Hinc reli/gioni cœpit opera & industria diligens adhiberi. Hinc affi nitates:agnationes:cognationes:necessitudinesq̧ prodie re. Sed ea ē singularis amicitiæ uis ut Senecæ placet: quæ a uirtute hominūq̧ gloria sibi principium uēdicauit. Alia sunt etiam amicitiæ genera:quæ animorū similitudine so/lent esse munitissima:quibus idem uoluntatis satis est fer/uenti studio. Nam quæ Plutarch⁹ affert amicorū quinq̧ paria Theseū & Pirithoum. Achillem & Patroclum. Epa minundā & Pelopidam. Phythiam & Damonē. Orestem & Pyladē. Addant̃ & his etiā Euryalus & Nysus. Aeneas & Achates:nō singula quidē uirtutis sunt fūdata manib⁹: q̄q̄ ad uirtutē omnia tendunt. Aliis em̄ fuere generis pro/pinquitates. Aliis ab ineuntibus annis consuetudo. Aliis aliud quidē in causa. Quare cū ætate sit amor inueteratus Nec omnis amor laudandus est:cū turpia interdum amē/tur a malis. Quid si feruentius longe: q̄ a bonis honesta? Q̄q̄ ego non appellem bonos illos: qui uel honesta non ament:uel cū amare cœperint:nō perseuerent. Est em̄ cō/stantiæ pseuerantiæq̧ laus cū in omni ratione bene consi/derata ut Demosthenes ait:optima: tū multo laudabilior in amanda uirtute:a qua pendet honesti omnis ratio ac di sciplina. Sed non insipide quod ab Homero usurpatū est: Poeta dixit:geminorū mater amorꝝ. Et a ueteribus Cupi/do cæcus pingitur:quippe a quibus declaratum sit: sic ad turpia colēda mētes obscœnorum allici: ut ad honesta ue/neranda clarorum hominū inuitantur animi: sed cū aman

Plato

Theophra/stus

Seneca in epistolis

Amicorum qnq̧ paria

Demosthe/nes

Ouidius in fastis

Cupido

tur quæ mala sunt: cæcos amatores fieri. Quota ndē hæc omnis epistola tendit: quo sum deniq; puenturus huc profecto: ut intelligas: ut primū de tua doctrina: de tua morū ac uitæ innocentia: de tua in omni re gratia factus sum certior: cœpisse me tibi adeo dicari tota mente: ut facilius uitæ cessurus sim: q̄ huic meæ in te obseruantiæ. Cupio autē non fieri uox clamantis in deserto: cui nusq̄ respondeatur ut illud est Liuij. Opto abs te mihi responderi: mutuumq; Liuius meū hoc esse amandi genus: sine qua quidem conditione amicitia dici nequit: cū eam diffinierit Plato: quandam uo Plato candi respondendiq; cōuenientiam. At Boetius animorū Boetius concordantiā: at Xenophon uolūtatis conformitatē. Itaq; Xenophō tunc esse ueram nobis comparatā amicitiam duxero: cum uocanti te mihi respondebis: cū æque me prosequeris diligentia: cum me obseruabis: ac te obseruo: cum nil uoles quod ego nolim. In his ego nusq̄ sum tibi defuturus. Nihil quod ad tuam amplificandam attineat dignitatem: uel omittam uel prætermittā. Deerit mihi prius uita: q̄ amandi tui & uoluntas & industria: in omniq; re: quā meo queam præstare ingenio: mea diligētia: meis fortunis: tibi obsequendi: cui quotiens in negocijs quibusque maximis & difficillimis ab me satis esse cognouero factū. Mihi totiens gratulandum esse: non secus ducam: ac si maximā sim fœlicitatē consecutus. At fac contra: ut & me ames & nō indignū me uel amore uel cōsuetudine tua existimes. Ad hāc te primus amicitiam inuito: quam mihi negaturum esse te non arbitror: cum & in tua sit fundata præstātia: & in tuis sit laudibus radices propagatura. Nulla enī e mēte mea te delebit obliuio. Nullus te meæ memoriæ surripiet casus: Nulla temporū intercapedo. Nulla locorū interualla. Tu⁹ omnino sum: tibiq; deditissimus. Bene uale. Ex Mediolano tertio Nonas Decembris.

Synonyma inuitatoria ad amicitiā.

Cupio plurimū abs te diligi.
Inuito te: ut me ames.

Facit me tua uirtus amicitiæ tuæ cupidiſſimum.
Tanta eſt tua doctrina ut a te in amicum admitti uehemẽ-tius appetam.
Cogit me tua doctrina tui amoris eſſe ſtudioſiſſimũ.
Tunc ego me fœliciſſimũ eſſe ducam: cũ me amabis.
Quid eſt ꝙ aſſidue religioſius deprecer ſuperos: q̃ ut tibi carus ſim.
Tãtifacio tuas laudes: ut ſi me nõ indignũ beniuolẽtia tua cẽſueris: me ſis habiturus perpetuũ præconẽ tui nominis.
Ego tibi afficior plurimũ: ſed ad te meo reſponderi ſtudio poſco.
Nihil expecto diligentius: q̃ ut tibi me iunctum conſtan-tiſſimo amoris intelligam genere.
Si me amabis nõ ſolũ amando non me uinces: ſed inuitatꝰ uenies in amicitiam: non ultro.
Facio plurimi amicitiam tuam: qua ut me dignum cenſeas te unice rogo.
Da mihi mutuo: ut te amem.
Fac me cognoſcam tibi non iniucundum.
Si uis amari: ama: dixit Seneca: qđ ut in me ſerues obſecro maximopere.
Reſpondebis & tuæ uirtuti pariter: & amori erga te meo: ſi numero me cõiunges tuorum amicorum.
Facies rem te unice dignam: ſi me amabis a quo mirum es amatus in modum.
Ne diffugias inuitatus amicitiam meam.

Titulus ſeptimus.
Supplicatoria familiaris.

Affecit me tuus hic ſeruus non cõtumelia ſolũ: ſed iniuria. Nam cum peterem: ne in tui finibus agri excedendus mi-hi fieret iniurius: ea fuit & pertinacia: & inſolentia: ut cum plurimis in me cõuitijs non deſtiterit ab inſtituto. Nequi-ui non ſupra modum admirari: cum apud te ſit enutritus: qui & humaniſſimus omnium eſſe ſoleas & æquiſſimus. At uideo quid inter liberũ ac ſeruũ interſit: quãtũ Scytha

referat a Romano. Itaq; non tam quæro de nequicia uer/
næ: q̄ potius te supplico nolis hāc illatā esse nobis iniuriā.
Qđ ut te non iussisse fieri censeo: sic te contrario imperio
continuo reuocaturum arbitror. Res est certe non magni
precij: nec cuius utilitatē multifaciam: sed ne uel tu uir op/
timus uiolare me uelle uidearis: qui soles bonorū omniū
defensor esse: uel hæc hælua sese in suis difficultatibus abs
te adiutū iri: credat. Ad hæc aūt: hæc si pars agelli meis hif
ce prædijs diminueret̄: aditusque p hāc ad reliquas fieret
eius campi partes: non posset: nō esse mihi detrimēto ma/
ximo. Quæ libera est possessio: pararet sibi eo pacto serui/
tutē. Id q̄ te deceret: procurasse opera tui seruitute consi/
dera. Sed quid ea in re sum longior q̄ solo nutu impetratu
rum me sciam! Oro te igitur atque rogo: ne feras hunc ho
mūtionem cuiq̄: imprimisque mihi uiolentū esse. Bene ua/
le. Ex Mediolano pridie Nonas decembris.

Supplicatoria familiarissima.

Agitur in urbe tibi patria mea causa: nec abiecta quidem:
nec precij mediocris. Sunt aūt primates illi ciues tui tales:
ut ex re sua donent nihil: ex aliena plurimū rapiant. Ex qui
bus cū eo mihi lis est: qui solet esse omnium pessimus: liti/
umque obseruātissimus. Ego uero ut me perpulchre nosti
nihil difficilius ago: q̄ lites. Maloque interdum de fortuna
usuque meo non nihil cedere: ut pace uiuā: q̄ anfractu cau
sæ: dubioque litis euentu rem alienā uel usurpare: uel quæ
rere. Scio q̄ graue feras: cuiq̄ iniuriā fieri: q̄que sit mēs tibi
ab omni uiolētia quidē aliena. Te igit̄ unice supplico: des
ad eos: cum quibus mihi agitur: litteras: quibus eos horte/
ris: malint quod æquū est arbitrio amicorum assequi: q̄ cau
sidicorum astutia iniquitateque per uim: quæ ad se nō atti
nēt cōsequi: ad eos aūt: qui sorti tenēt leges ac arbitriū: cō/
mendaticias scribas: ut me foueāt in ijs: quæ iusta sunt. Be/
ne uale. Ex Mediolano Nonis decembris.

Supplicatoria grauis.

Cum dedeceat uirum bonum quicq̄ turpe prosequi: tum

imprimis illud: quod in postulanda supplicandaq; re turpi
itum atq; locatũ est. Hoc em̃ pacto se turpissimũ quisq; pa/
tefacit: & quasi pestiferũ morbũ euitandũ ab omnibus: cũ
Plato non solũ est ipse malus: ut improbat Plato: sed inuitat ad
Seneca maliciã alios. Nam ut ait Seneca. Perinde quidẽ est: allice/
re quenq̃ in perniciẽ: ac orare: ut iniuria fiat. Quid si plus
peccat: qui corrũpit ad iniquitatẽ aliquẽ: q̃ qui corruptus
est! Is em̃ allexit hũc ad transigendum crimen ipsum: hũc
animi pturbatio p pecuniã: aut aliud corruptele genus co
egit imemorẽ ac improuidũ esse sui. Quãobrem & christi
ana sapiẽtissima fuere uerba: Maius peccatũ habet qui me
Cicero tradidit tibi. Q̄ si ab amico postulatur aliquid: ea Cicero/
nis est amicitiæ lex habẽda semp ante oculos: ut ab amicis
non nisi iusta petantᷣ: amicoꝝ causa dũtaxat honesta fiant
Si a principe uero supplicatᷣ aliquid: debet illud obseruari
Agesilaus Agesilai qui dicere solebat: Eadẽ a diis & principibus orã/
da: si qui constituissent exorare: ut nulla censendũ est nos
duplicitate: nulla fraude posse nos circũuenire deũ: ita ni/
hil debemus a regibus quærere: qđ nõ omni ex parte præ
Heroditus clarum sit atq; iustum. Sunt (ut inquit Herodotus) ipsi pri
cipes: naturæ in terris simulacra: tantũq; cæteris existimã/
dum est: eos præstare uirtutis omni genere: sed imprimis
iusticia: ut nihil durius auditu sit ipsis: q̃ si quid accipiunt in
iusti quenq̃ appetere. Vt mulier pudicissima fert piniqua
mente quicq̃ audire: quod turpe sit: ruboreq; per pudorẽ
conficitur. Ita princeps bonus nequit non excandescere:
Augustin⁹ si quid iniquum ab se posci audit: Vt luxurioso inquit Au/
gustinus castitatis uerbum est offensio: iniquo uiro recta
uia: sic optimus rex turpitudinis mentionem execratur: &
qui supplicat iniusti quippiam: summopere hunc exosus
est. Poscenda igitur sunt honestissima: cum ab omni homi
num genere: tum ab iis in quos tanq̃ in numina sunt om/
nium expectationes: omnium conuersa lumina: ut ipsi ad/
Psalmista monentur a deo: referẽte Psalmista: Diligite iusticiam qui
iudicatis terram. Ita qui ab huiusmodi iudicibus quicq̃

appetit:nõ nisi:& quæ deceant uirũ bonũ appetat:& quæ ducat a bono pricipe præstãda sibi:ne si quid supplicet ali ud:una supplicatione labor frustra tempus triuerit. Sup plicãsq; tum nihil impetret:tum & iratum sibi principem reddat. Hæc ego quotiens mecũ animo uolutaui clarissi me princeps:totiẽs abs te quicq̃ poscere: sum deterritus: ne forte mea causa mihi nimis indulgerem: nec satis intel ligerem:essent ne quæ supplicaturus accedebam:impetrã da. Nã ut Aristoteles docet:Omnis malus ignorãs. Appa rentis em̃ opinione boni decipiuntur q̃plurimi: qui cum uehementius errant:sibi honestissimã esse causam opinã tur. Nũc aũt ubi manifesto cognoui rem meã talẽ esse: ut audẽter sit mihi tuũ sperandũ auxiliũ:nec ambigo:te mihi fauturũ in re clarissima:nec mihi subuerendũ esse arbitror Cũ fratri meo:lis esset amplissima Romæ: uideretur q; sũ ma quadã a nescio quo sacerdote lacessitus iniuria: decur rit ad põtificẽ maximũ: eiusq; obsecrauit sanctitatẽ: ne qd iniquitatis pateret a suis patrari præsidib9. Acta trãsactaq; sunt plurima:in idq; tandẽ est deuentũ ut fratris aduersari us ad te causam eam omnẽ deferri tulerit non iniqua men te:sed ea (ut dixit clanculũ cum amico) sententia: ut existi maret:te facile plurimorũ litteris inductũ se fore:in id iu dicandũ:qđ cupit. Vide q̃ iniquus sit ut nõ modo rem ma lam ab eo speret:qui princeps est & optimus & omniũ in nocentissimus:sed etiã famã de te iam turpem audeat dis pergere ac disseminare. At mihi cui notissimũ atq; apertis simũ est: q̃ uel in ipsis ꝓmissis: Agin te illũ præstes qui cui dam instantius dicenti:at promisisti! Promisi quidem ait:si istud iustũ est:sin iniustum:locutus sum:non promisi:nihil uel nunc uel alias uidetur:abs te quærendum accuratius: q̃ quod æquum non uideatur solum:sed etiam sit. Suppli co te igitur unice: ne quid ille suæ temeritati confisus ia ctabundus de me audeat:per iniquitatem superato: se ia ctare. Non qui petam: in eum quicq̃ iniuria parari: sed ut prætori cæterisque tuis magistratibus iubeas:nihil hac in

Aristoteles

Agis

causa:p cuiusq̃ preces atque cõmẽdationes fieri:ut sola sit honestate satis:nec tabularũ stet̃ figmentis:nec causidicorũ maleficijs:nec impiorũ uel minis uel pollicitationibus. Hoc aũt ipsum nõ orarẽ:si tu tibi iudicandi locũ seruasses. At cũ in alterius ex ꝓdominis tuis causã hanc traduxeris manus:uereor:ne quid:nõ dixerim minus ĩnocẽter: minꝰ fiat modeste:sed sit aliquis Pericles:qui & manus habuerit & oculos abstinentes. Supplicandum esse duxi:præcipias sic rem meã prouideri:ut queri nõ possim. Bene uale. Ex Mediolano octauo Idus decembris.

Pericles

Synonyma supplicatoria.

Supplico sis mihi adiumẽto.
Expecto auxilium tuum.
Cupio te fauere meæ causæ.
Nihil est ꝙ plus appetam:q̃ auxilium tuum.
Mea causa tuo solo cupit adiuuari consilio.
Cũ tuus in me cõueniret fauor:nihil est mihi defuturum.
Habeã te modo propitiũ:postulabo hac in re nihil aliud.
Ex omnibus quæ sunt usui futura in hac re mihi te præcipuum aduocatum oro.
Supplicatio mea omnis in te conuersa est.
Mea oĩs salus a tua salute pẽdet:quã assidue ĩ me aduoco.
Pluris te solum facio q̃ cæteros omnes:& in meũ fauorem obsecro.
Posco diligentius:ut mihi succurras.
Vnũ est qd᷑ cõtinue superos p̃cor:ut mihi sis adminiculo.
Nulla est oratio mea uehementior:q̃ ut in meam te rẽ cõferas adiutorem.
Si fuisti cuiq̃ aliqñ moriger: ac obsequiosus: esto in meam hanc causam officiosissimus.
Officium hac in causa tuũ experiri constitui.
Cum habeas me tibi deditissimũ: tu quoque meis ausculta precibus.
Supplicationẽ hanc omnẽ in meã admitte cõtrouersiam

Titulus octauus.
Suasoria familiaris.

An sit pegrinandum

Cupis ab me scire: de tua profectione ad exteras nationes quid censeam. Ego ut summatim rem amplissimã pstringã tibi suadeo ne diuertas a proficiscendi tuæ nobilissimæ instituto mentis: nec ea dubites adire tolerareq; quibus isti liuiduli: q̃q̃ propinqui: te deterrent. Nam q̃d aiunt te mollissime domi uiuere: parataq; istic ad uoluptatẽ omnia tibi foris defutura: istuc ipsum te ad istud iter accingat ne torpescas inter sirenes: neu coruorũ illecebris contabescas. Non eñi ad somnũ: gulam: uenereq; nati sumus: sed ad labores atq; sudores: ut gloriã immortalẽ consequamur. Delitiæ quas illi dicunt: illorũ sint proprie: qui bæluarũ instar: ut Cicero pulcherrime cõplexus est: quantum adest quantũ præsens est: probant: paululũ admodũ præterita considerantes aut futura: Verum qui uidet antecessiones temporũ rationeq; metit' omnia: Vlixem imitat': de quo dixit Homerus. Calentẽ dic musa uirũ: qui mœnia Troiæ post euersa suæ. Et mores hominũ multo℞ uidit: & urbes: ut Horati⁹ retulit. Quid animo nobili ac magno digni⁹ est ducendũ: q̃ ut uniuersum mundũ unam esse ciuitatẽ existimet ut Socrates ait: At in ciuitate quis uiuit: qui nolit singulas eius partes sciscitari: Facis humanissime si uisurus orbis terras atq; nationis in diuersas urbes terra mariq; pficiscaris. Nec te deterreat ulla rerũ locorũ ue difficultas: cũ multa te magis captura sit rerũ assidue uidendarum delectatio. Q̃z lætus eris deinceps domũ rediẽs: cũ ea quæ uideris diuersa parentibus socijsq; serie quadam: ut historicus enarrabis. Identidem Ptolemæus factitauit: qui rerum plurima℞ usũ didicit atq; docuit: & astrorũ motus: & regionũ diuerticula. Bene uale. Ex Mediolano septimo Idus decembris.

Cicero

Homerus de Vlyxe

Horatius

Socrates

Suasoria familiarissima.

Vt pacẽ cũ fratrib⁹ firmes: ais esse q tibi dissuadeãt. Nec te quidem amãt illi: nec semetipsos. Vt nihil utilius corpi: q̃ si

Pax seruanda cum fratribus

f

Salustius
Christus

cũcta mẽbra singulari pace bona cõueniant. Ita cõcordia: ut Salustius inquit: minimæ res crescunt: discordia maxi mæ dilabũtur. Imitemini o discordes animi: Christũ pacis largitorẽ: inquientẽ: Pacem meam do uobis: pacem relinquo uobis. Q2 si pietas genus ipsum ad beniuolẽtiã cogit: omnis est impietas exagitanda: quæ uos uobis rebelles reddit. Nõ possunt igit' esse uiri boni qui te distrahũt a pace: tibiq3 dissuadẽt officiũ pacis. Ego nedũ suadeo ut pace cũ fratrib9 uiuas: uerũetiã oro atq3 obsecro malis cũ pace decem: q̃ discordia mille: cum illa quiete tueri queas. Hæc nec iquietus tibi cõparare: nec cõparata seruare. Bene uale. Ex Mediolano sexto Idus Decembris.

Suasoria grauis:

Omnis suadendi ac dissuadendi ratio & argumentatio in de nascat' opus est: ut & utile & honestũ quod eligit' cæterisq3 præfertur intelligẽdum sit. Omnem eni incõmoditatẽ atq3 turpitudinẽ euitandam quis nõ esse ducit: nisi mentis egenus ac ab omni humanitate uehementer abhorrẽs

Plato

Q2obrẽ cũ Plato rogaret': quid nã sibi uideret' idipsum turpe cũ utilitate cõiunctum? Potest ne inquit cũ morte uita

Cicero

cõiungi: aut unda cũ flammis? Cicero uero & si uoluit posse illã utilitatẽ appellari: quæ ab honestate disiuncta foret: cum Panætio tamen sentiens aliquid dicit utile uocari qd' turpissimũ foret: ut lucri gratia turpem aut sordidũ sequi

Theophrastus

quæstũ. At ut Theophrastus expresse cõplexus ẽ. Honestas omnis ea est: quã primã sequi debet: qui uersat' in consultando: mox eã utilitatẽ: quæ ab honestate nascit'. Nam

Aristoteles

Aristoteles triplicia inquit præmia uirtuti comparata: diuitias: honorem & gloriam. Nunc quærimus hæc ne tibi

De igressu religionis

comparanda sint: qui religionem es ingressus? Dissuadentes isti negãt te qcq̃ esse lucratum: amisisse uero plurima: qui cum diues in mundo fores: diuitijs cesseris: cum honoratus apud principes: quasi non notus in religione uerseris: cum gloriæ perpetuæ diues: nũc eius non paup solũ sed egenus: sed mẽdicus. Audi: q̃ ego ab istis dissentiam

tibiqꝫ quibus rationibus ut ꝑseueres in delecta tibi sanctis/ Augustinꝰ
sima uia suadeã. Hæc uita ut Augustinus inquit: uere con/
siderãtibus non est uita: in qua duæ nos assidue torquent
ægritudines. Platonis ille: timor & dolor: ut qñ bene sit ti/ Plato
meamus: cum male aũt doleamus. Diuitias aũt hasce in ar
gento: auro: gẽmisqꝫ constitutas: docet Tullius non optan Tullius
das neqꝫ bonas existimãdas: quarũ augẽdarum nõ modo
nos cupiditas assidue premit: sed etiam metus amittenda
rũ. Qꝫ si uita nõ est: cur in mũdo uiuẽdũ? Si diuitiæ nõ sunt
cur optandæ? An ut Harpyias: quas rapacissimas dicũt ob Harpyias
scœnasqꝫ uolucres induamus? At cum mali sumus: expur/
gandũ nobis uetus fermentũ: Apostolus nos admonuit Apostolus
ut fiat in nobis noua cõspersio: reijciendã inq̃ ueterẽ illam
spumosam mucidãqꝫ uoluptatis libidinem: ineundãqꝫ ueri
tatis uiã: ꝑ quã nobis bonæ ueræqꝫ diuitiæ cõparant᷑. Non
dixerim: ut cũ Aurelio loquar improbãdũ argentum atqꝫ Aurelius
aurũ: quæ creauit deus: nulla est dei creatura dãnanda: sed
inuehendũ in hominẽ: qui dimisso creatore conuersus est
ad creaturã: ut illud dauidicũ extat: Simulacra gẽtiũ argẽ/ Dauid
tum & aurũ. Nam & diuitiæ & reliqua fortunæ bona per/
inde sunt: quod Terẽtius inquit: ac eius animus: qui ijs utit᷑ Terentius
Iure ab Aristotele instrumẽta sunt ad exercẽdas uirtutes Aristoteles
existimata. Qꝫobrẽ & philosophiã difficilem sine rebus ad Pythagoras
uiuendũ necessarijs Pythagoras & Anaxagoras dixisse ꝑ Anaxago
hibent᷑: & Iuuenalis ait: Haud facile emergũt: quorum uir ras
tutibus obstat res angusta: domi. Sed cũ in mundo nõ ni/ Iuuenalis
si ad ꝑfruendas uoluptates his utant᷑ diuitijs: ut Titium il/ Titius
lũ præ se ferãt. Aut ad ambitionẽ ut Ixionis Sisyphiqꝫ non Ixion Sisy
sint dissimiles: aut ad exaggerandum coaceruãdumqꝫ pe phus
cuniarum cumulum: ut Tantali uideantur & Phinai. Cer/ Tantalus
te Diogenis est adhibenda ratio ut pecunias malimus per Phinaus
dere: q̃ ab ipsis perdi. At cum ista religio: quam tibi dele/
gisti: ueras inquirat diuitias: a falsis migret: ut Ambrosius Ambrosius
monet. Ditior istic eris multo: q̃ unq̃ antea futurus esses
Nũc tãq̃ nihil habẽs: & omnia possidens Christiano docu/ Christianũ
mẽto: cum nihil habeas: nihil tibi deerit: ut ille se iactabat. documẽtũ

Terentius
Cicero.

Teretian⁹. Nihilo egebis. Nihil appetes: & pecuniæ usus cupiditas: & uoluptas instar erit Ciceroniani præcepti: ut nihil tibi sit magnificentius: q̄ pecuniā negligere cum non habeas: cū habeas ad amicitias liberalitateq́ conferre. Ditissimus es ergo factus ista tua procellosissimi nauigatione pelagi: & adeo quidē diues: ut paup esse non possis. Possides em̄ ea: quæ nequeant naufragio: incendio: rapina: ullo ue tibi deficere calamitatis genere. De qb⁹ quidē illud Biantis uni⁹ ex septē Græciæ sapiētibus recitat: Omnia mea mecū porto. Ditissimi sūt: quorū deus custodit thesauros cū nō nisi ubi thesauri sunt: thesaurizantiū corda firmētur. Q̄ si in deo gazophylaciū est: cor quoq́ ad deū directissimū procuratorē ac tutorē sibi cōparauit: qualē nemo decepturus: nemo superaturus sit. Honores autē quos eras habiturus in mundo: quos in hac religiosa uiuendi lege ac uita es habiturus. Poteras ne illic aliud quicq̄ assequi q̄ magistratus? q̄ cliētelas? q̄ ad summum aliquem principatum? At q̄to hæc in religione consequi clariora possis: ea multo quidem præstantiora: in mundo nō nisi per inuidiā: p corruptelas: per simultates: ambiendo: donando: mētiendo: quisq̄ dignitates asseqt? Nā ars prima regni est: ut inqt Tragic⁹ Seneca: posse īuidiā pati. Hinc gladii iugulāt: uenena interimūt: pditiones: delationesq́: quæ oriūt: atq́ oē flagicii gen⁹. Et ut eruditissime dixit Ouidi⁹. Fili⁹ ante diē patrios inqrit in ānos. Pudorq́ omnis atq́ fides ac pietas penit⁹ fugant. His honoribus qui deniq́ potitur: assidue cruciatur: uenenumq́ in auro bibit: cuius mens nunq̄ conquiescit: & peccatorū afflicta cōscientia: ut inquit Tullius: & augēdæ dignitatis cupiditate. Hi sunt ait Apostolus: quos habui in derisum. Hi sunt ait Iuuenalis: qui metuūt: & ad omnia fulmina pallent. Hi sunt Danaidū illarū simillimi: quas perhibent: urceolis perforatis haurire lympham apud inferos: frustraq́ assiduo labore defatigari. Sūt ne honores illi uirtutis inq̄ præmia: testimoniaque fœlicitatis Aristotelis sententia: quibus acceptis miserior est homo q̄ antea? Hono-

Bias

Seneca

Ouidius. i. metamor

Tullius
Apostolus
Iuuenalis
Danaides

Aristoteles

res & ueri quidem & optandi sunt: quos ex religione consequeris. Si religiosus nō haberi modo uolueris: sed etiam esse. Præfuisses illic iudicandis corporibus: istic animorū arbiter fies. Vide q̄tum inter corpora & animos intersit. Partē mundani principatus illic fuisses adeptus: partē istic cœlestis regni nācīscere. Ad reges illic tibi adit⁹ patuisset: istic deū optimum maximūq; semp: cum uoles: alloquere. Nunq̄ ad eū tibi accessus intercludetur. Quid si ab iisdem regibus petiisses multa: quæ non impetrasses: a deo nihil frustra postulabis. Quid si duras: quas inquiunt fores: calcibus interdū centies pulsasses prius q̄ semel aperte forēt! Quid si quæsiuisses plurima: inuenisses uero nulla! Istic aūt uerba Saluatoris tibi fidē faciūt: Petite & dabit' uobis: pulsate & aperiet' uobis: quærite & inuenietis. At gloriā quā eras in mundo habiturus: an eam quæ inanis est: quam definiuit Augustinus esse uelle uincere: ubi meritum nō est! Posses ne panis noīe: aut saxo panis loco pasci! Quid potes igitur eam existimare gloriā quæ uera nō est! Dices ueram diffiniri ab eodem gloriam: bonā de alicuius uirtute. ut Plato etiā uoluit: cum fama noticiam: aut testimonium aliquorū de nostra uirtute bene sentiendū! Quid id est: nōne quod & prius! Possunt enim & falli homines & fallere. Possunt id opinari: de aliquo: id sentire: id dicere ac laudare: quod non est: Vagat' ea fama: iactat': perreptat orbem: Radices certe nullas propagabit. Vera est ea gloria: quā beatorū iuncti numero consequent': quæ per opera fidei ad caritatē perducta nihil fucati sibi componit. Nihil ficti præ se fert. Nihil palliati suæ præponit laudi. Gloriari licere in domino docent sancti: & in infirmitatibus ac erūnis: ut Apostolus docet. Ea est uera gloria: quā quærunt sibi q patientia: tolerantia: mansuetudine: constātia: pietate: innocentia: īmunditiæ debellatione: discriminū mundanorū supatione: cœlū aliqn̄ cōscendunt. Hāc tu tibi cōposuisti: uiamq; sanctissimam per quam imaculatus incedas: monente Psalmista: Beati imaculati in uia. De qua pro seipso

Christus

Augustin⁹

Vera gloria scd'm Platonem

Apostolus

Dauid

locutus est Christus inquiens. Ego sum uia: ueritas: & uita. Vitam igitur uiuentiũ delegisti: ea prætermissa: quæ morientiũ erat: in quã ait Gregorius. In hac uita continue morimur: & sicut aqua labimur. Nequit eñ aliud esse q̃ mors cũ sit infernus: dicente propheta. Descendit in infernũ uiuentium: Et rursus. Dilatauit infernus os suum. Illic in assiduis uersabere periculis: siquidẽ nõ imperite scripsit Maro: Noctes atq; dies patet atri ianua ditis. Et iterum: Facilis descẽsus auerni: & Diogenes: undiq; dixit iter ad inferos. Istic aũt quies tibi comparabitur: suadeo tibi ergo ne ab instituto: cuiusq̃ dissuasione diuertas: nec arbitreris ullũ te uiuendi genus salubrius æternitati quærere potuisse. Bene uale. Ex Mediolano. v. Idus Decembris.

Gregorius

Dauid

Vir. vi. æne.

Diogenes

Synonyma suasoria.

Suadeo tibi ut discas.
Ne qđ iter aggressus es deseras: te hortor.
Abs te peto diligenter: ut ab instituto nõ discedas.
Nihil arbitror quærẽdũ tibi magis: q̃ ut ista ĩ uia pseueres.
Te unice obsecro: ne desistas ab incœptis.
Fac si te amas: ut quæ aggrẽssus es diligenter psequare.
Tolera (te rogo) singula: quæ quidẽ reliquis difficilia uideantur: ut psistas in pposito.
Ne leuitatis simul accusere: tibiq; rectã adimas rationem: esto in instituto constans.
Imprimis tam hoc tibi suadeo: q̃ quod maxime.
Q₂ acriter firmeq; tibi hanc rem suadẽdam arbitrer: haud possem p litteras declarare.
Id apprime tibi consulo: ut nõ reuoces qđ pposueras.
Et si multi dissuadeant hoc tibi: ego tuæ laudi hoc tamen uideo maxime profuturũ.
Crede suasioni huic meæ quæ tui nominis est capacissima
Mea omnis exhortatio ẽ: ut ne discedas ab hoc animi tui decreto.
Vnũ hoc præcipue te rogo: ut pseuerantia nullã hoc in negocio uirtutẽ esse tibi necessariã magis opinere.

Hæc est suasio in te mea:ut firmus sis in proposito.
Cupio te plurimũ i hoc:qđ es aggressus assidue ꝑseuerare

Nonus titulus:
Dissuasoria familiaris.

Et si ꝑdifficile uidetᷣ esse factũ cum suasus est aliquis ei dis/suadere:cũ tamen ratione gubernentᷣ homines:nõ solo sẽsu nihil arbitror factu facilius q̃ si quid argumentis: ueritateq; probetᷣ:illud dissuadere posse quo fuerat persuasum. Est em̃ & suadẽdi & dissuadendi lex eadẽ: ut declaretᷣ :qd utile ac honestum:quid contra damnosum & turpe sit. Tibi suasum est:ut bellũ aggrediare cum possis pace uiuere: At ego bellum tibi dissuadeo: a quo magis abhorrere debent homines:q̃ ab eo:qđ est ab hominũ natura disiunctissimũ. Quid ab homine disiunctius:humani sanguinis profusione! Quid ei cõueniẽtius:atq; cõmunius uita! Nam ut Homerus declarat:bella nõ nisi coactis inuitisq; uiris intercipiuntur ut uiuatur in pace: testimonio Tullij. Quobrem & apud latinos a bæluis dicuntur bella:quia bæluarum dimicatio periculosa sit. Bella dixit Artaxerxes ineunda: ut uincatᷣ:uictoria quærenda:ut triumphetᷣ. Triũphus expectandus ut ocietur. At quis ꝓhibet sine bellis ociari: dixit Horõtes:aut dimicatᷣ propter gloriã aut ob imperiũ. Neutro tibi nunc est contẽdẽdũ. Inglorius hoc adires bellum aduersus longe te inferiorẽ:& cũ eum tuo subdidisses imperio:plura multo præliando consumpsisses : q̃ uincendo quæsiuisses. Ergo id tibi : nõ utile sed detrimentum fieret: non honori cederet:sed dedecori. Posset em̃ Ouidianum illud aduersarius iste de se dicere. Non tam turpe fuit uinci: q̃ contendisse decorum. Magnus es & dux præstans: atq; prudentissimus. Verum illius memineris: qđ Alexander Philippi regis filius inuitatus ad cursum pedestrem in olympiadẽ:non esse sibi currendũ respondit:nisi cum regibus. Dissuadeo tibi uehementius bellũ istud: & ut tuæ dignitatis amplificandæ cupidissimus:ita tuam omnem execror turpitudinẽ. Crede mihi:qui tibi deditissim⁹sum:nõ

Bellũ dissuadet
Homerus
Tullius
Artaxerxes
Horontes
Ouidius.
Alexander

decere te opus tã abiectũ. Bene uale. Ex Mediolano quarto Idus Decembris.

Dissuasoria familiarissima.

Nihil est: qđ tibi dissuadeam magis: q̃ quod incœpisti. Audiui eñ te minime litteris ob quas obsequendas istuc profectus es: operã adhibere: nec religioni rursus ut debes incumbere: sed per urbẽ assidue uagari comitibus illis sociꝰ: qui & impudici sunt: & insolẽtes. Id q̃ te deceat: non te latet: modo te audias: & te tibi uendices: ut Lucillum admonet Seneca. Quid eñ est fœdiꝰ: q̃ aliud de se polliceri atq; ꝓfiteri: aliud sequi? Tu religionẽ professus: tu doctrinã pollicitus spem maximã de te parẽtibus dedisti. Harum rerꝫ pessima iecisti fundamenta: ubi promissa deo castitas: ubi contẽptus mundi: ubi libidinũ detestatio. In his omnibus cõsequendis omnẽ constituis curam. Dissuadeo id tibi uehementius ni te malis famosum: q̃ laude dignum. Q̃ꝰ si me audies: & si te nũc neq̃tia cogit flectitq; ĩ scelera: intelliges aliq̃n: cũ mente fies pacatiore: fuisse meã hanc omnẽ dissuasionẽ tibi quidẽ opportunam: ac unice utilem. Vale Ex Mediolano iij. Idus Decembris.

Seneca

Dissuasoria Grauis.

Vt ñ uacet uenationi.

Factus sum amicorũ litteris certior: eam te in sententiã: nescio quorum nebulonũ: adhortationibus suasum deuenisse: ut uenationi uacaturus in urbẽ ire non constitueris. Id ego dissuasurus de siluis nõ nihil eoq; uiuendi genere contendam prius: q̃ ad urbanas descendã uoluptates. Quid inter siluas inueniunt ij: qui eis delectant̃: qđ laudare possint? Num apparatũ rerꝫ: aut urbiũ splendorem: aut uirorꝫ consuetudinẽ: si quæris apparatũ habitandi. En tibi foueas: & latebras fetidas: marcẽtes: fimo putridissimo plenas; ut Hesiodus inquit: Siluestrem feritatẽ olentissimã. Si reliquum: uide sub arboribus hyeme lutũ cœnosissimũ: aut niuosam glaciem quã uel ipse feræ non secus: ac pestẽ euitant. At æstate puluerẽ pegrinos suffocantẽ: muscas & earũ oẽ genꝰ molestissimũ oĩbus: ijs præsertim: q uersant̃ in

Hesiodus:

uenãdo. At splẽdor qualis: lucorum quæris: an nemorum! utrunq; siluæ nomẽ est. Luci a nõ lucendo dicti sunt. In his dicũt Poetæ aĩas heroũ habitare: credo hãc fuisse causam: qm̃ ꝓpter asperitatem loci raro quisq̃ illo ꝑueniat. Incultus est lucus: spinosis arbutis densus: dumis creber: ut qui eo deuenit aut in leporẽ uertat̃: aut quã teneat ad inde regre diendam uiam: nõ intelligat. Nemora uero a pascendo di cta: quæ cultiora tenet: ad pastores attinẽt: aut septa pasto rum: aut ea quidẽ ferarum signa: quib⁹ ꝑ uestigia canes dis cant earũ ꝓcessum. Vis in nemoribus quiescere: tecũ scæ nam affer: uel ad umbram captãdã in ardoribus solis liby ci: uel ad hyadas sub Arctoo tẽpore uitandas. Inquire ĩ iis fontes: Parata est tibi Dirce: paratus Pegasus: parate Hip pocrine. Vndas habebas a bibulis bobus ac armentis cæ teris: necnõ ipsis uariis ferarũ generib⁹ tam ornatas: ut fe cem te bibere posse uideas: si tandem sitieris: ut in illud Er minii peruenias. Mori malo: q̃ fœdari. Ad esum aũt in tẽ pore: mora fraga: pomaq; durissima & acerbissima: quibus nedũ defatigere mordendis: a gustu uero stupescas: uerũ etiam ita stupescas dentibus: ut nequeas tuæ fami satisfa cere. At uirorũ consuetudo quæ imprimis est inquirenda uiro: cum sit: ut Plato dixit: Animal sociabile: qualis illic est ac quãta! Magna ꝑfecto numero: ut numerari ñ ualeat ex cellentia: ut recitari non possit. Numerus inq̃ nullus: aut si quẽ uideris: ut Iuuenalis inqt: est rara auis in terris: nigroq; simillima cygno. Pastor tamen is ipse rarissimus erit: aut tui simillimus: qui uenet̃ atq; frustra tempus terat. Poteris ne aut nullius: aut pastoris delectari cõsuetudine! In nullo desiderabis assidue queq̃. In uenatore cupies nullũ: cũ Se neca ipso Ciceroneq; testibus: animalia eõdẽ uiuentia ci bo sese mutuo oderint. Cũ quib⁹ de actione uitæ aut rerũ plurimarũ doctrina: aut de contemplandis loquere numi nibus! Aliud em̃ horum: aut omnia simul eos sequi: aut de eis cõmentari debẽt inter sese illi: qui uirorũ appellatione se uelint exhibere dignos. Adhibebis tecum cõmentãtes

Dirce
Pegasus
Hippocrie
Erminius
Plato
Iuuenalis
Seneca
Cicero

de mansuetudine ac facilitate ursos: de castitate ac pudicitia quidem apros: de prudētia damas: de simplicitate uulpes: de animi magnitudine ceruos: de fortitudine lepores de sciētijs robora ipsa: quæ possint adhuc Dryides & Semnotheos Gallorū: & primos hoīes duro de robore natos: & forte columbas afferre Iouis: quæ respōsa dabāt. Quid si tecū illic Actæon suam miseriam fabulet᷑? Aut Arcas suā calamitatē cum matre Lycaonica narret: aut Calydonius aper aut Herculei⁹ ille; Iouis ue Dictæ⁹ Taur⁹? Quid si Dianam offenderis: & cum ea tot nymphas cōpareris? Quid si occurreris Hippolyto: ac Parthenopæo, Cambysæq; ac Meleagro? Credes ne illos tibi fauturos: q tuæ simillimam artem exercuerūt? At cōtra q̄ iucūdius est in ciuitate uersari: nec uelle tibi sapere soli. Qui sunt in urbib⁹: quid habēt apparatus? Quid ornatus: regias nō solum domos lucullinas illas quarū in Apolline tot milibus cū cæsare parabat᷑: ubi aulea sunt: & attalica singula uasaque cœlata ex Corinthijs opificibus huc aduecta: ut abacum eē putes ex Asiæ regibus collatum ad Pompeium. Nihil hic īmundi: omnia splendidissima. Famuli Ganymedes Asiæ inq̄ flores. Ancillæ formosissimæ uenerem ipsam redolentes: de quibus illud a Iunone dictū existimes: Sunt mihi bis septē præstanti corpore nymphæ. Quicqd gula possit appetere moderata quidē & incōtinēs hic reperit᷑. Quicquid uel ægrotis iucundū esse solet: uel multomagis bene habentibus. At cætera prætereo: quæ uel ad hominis ex omni genere uitæ necessaria sunt: uel ad uoluptatem comparata. Quid illud est: ꝙ uerseris inter homines: cū quibus ualeas omne trāsigere uiuendi: ac bene quidē uiuendi munus? Aut eīm res est quæ consiliū postulat. In urbibus uersant᷑ labeones uirginij: Sæuolæ: aut quæ cōmentationem poscat familiarem: hic affines: aut domesticam: hic parentes: aut leuem: hic socij: apud quos nec obscæna quidē sint nec turpia: aut grauē: hic uiri consulares: Catones: Fabricij: Curij. Quid ꝙ homines in urbe uides: non bæluas? Quid cum omnia

Iuuenalis

Hi siluis & uenatiōib⁹ opam dederunt

Quæ magnificētia in urbibus

uideas:ut optas:& ambis quiet⁹ es: nec corpus defatigas nec mētē! Istic uel iuga Cynthi uel Cithæronis adeas uel ossæ:nunc molossis laxandis canibus:nunc Cretæis huc illucq; cursitas:nunq̄ loco stas int̄ discrimina uersat⁹ ea cuncta quæ morietibus in solitudine sunt parata. Quid quod ubi te fulmineus oppresserit aper:uel imanis compresserit ursus:si diē obieris:urna cares: cœlo illo uirgiliano tegeris! Virgili⁹.ij. Q̄ si per id temporis facilis ut ille inquit erat iactura sepulchri: nunc tamē est perdifficilis: cū sacra sint omnia dicata sepulturæ. Quid q̄ uiuus etiā si redierit:qui cum feris pugnat in testem non admittit̄! Eam enim conditionē subit quam gladiator:quem quantū ueteres improbarent: docet improbata Neronis atq; Domiciani uita:qui gladiatoribus delectati proposuisset munera. Q̄obrem & Iuuenalis Gracchum illū haud minus turpem ducit: qui lustrauit mediam gladiator harenam:q̄ qui cornicini nupserat: pro mōstroq; pariter scribit: qđ mœnia tuscū figat aprum. Veteres illi uenationi uacantes bellis præludebant:ut & draconi libyco: qui Atlantidum custodiebat peruigil mala: prælusit Hercules cū hydram expugnauit ut Cyr⁹:Alexāderq; futuris præludebat prælijs. At tibi nō est proposita Martialis uiuēdi uia. Poti⁹ es Apollineus:at Apollo dices: Phythonē int̄emit:sagittariusq; uocat̄ ab Orpheo:cur nō eū imiteris:quē sequeris: uerū ille semel uenator: tu uero semp. Eū decuit:te dedecet. Est dādū:ut Seneca ait sapiētissim⁹:aliqđ interuallū aīo. Et ut inqt Cicero: sūt adhibendæ studijs int̄missiones:& rursus ad ea reditus. Si bellaria utereris uenatione:aut holeribus:nō dissuaderē:ut exercitatione corpis mēs ipa recrearet̄. Sed cū uehementissime cuiq; uiro graui placere possit:ac debeat Terētianū illđ. Id arbitror apprime ī uita utile:ut ne qd nimis. Dissuadeo tibi supra modū siluas:& ut ab urbib⁹ absis:qb⁹ præferas solitudinē. Bene uale. Ex Mediolano pridie Idus decēbris.

Virgili⁹.ij. æne. — Iuuenalis.ij. Satyra — Prima satyra — Draco liby. — Martialis — Phython — Orpheus — Senica — Cicero — Terentius

Synonyma dissuasoria.

Dissuadeo tibi uehemētius:ne id assequaris te hortor.
In hāc rem adeundam te dehortor maximopere.

Ego te plurimũ rogo ut ab hoc abstineas.
Cupio te mirũ ab eo te abhorrere negocio.
Quod minime tibi faciendũ existimẽ: hoc unum est.
Caue supra modũ id facias.
Id si feceris qđ es aggressus: pœnitebit te tandem.
Videbis te deniq̧ sensisse pessime: si hoc prosequeris.
Nihil est qđ sis maiore odio cõmemoraturus: si mihi non credis dissuadenti: q̄ ꝙ nunc temptas.
Fac ut animo rem istã e mente deleas.
Hoc quod ꝓposuisti uehementius tibi dissuadeo.
Dissuasionẽ meã si negligas: pœnitebit te negligentiæ.
Ne credas hoc ab me tibi ꝑ inuidiam dissuaderi: sed ꝓ maxima erga te mea beniuolentia.
Crede amori in te meo: dissuasionem in hac causa fieri tibi ab me maximam.
Nihilo plus aliquando lætus eris: q̄ si qđ te dehortor non prosequeris.
Cum intelligam quid te dedeceat: hoc opus ne suscipias hortor.
Dehortatio mea oĩs iccirco fit: ut ab his abstineas quæ tibi sunt plurimũ aliq̄n: ni abstineas: obfutura.
Nulla me cõpulit ad hoc tuo instituto dissuadẽdũ: nisi qđ expresse cognoui: magnæ tibi fore turpitudini.

Titulus decimus.

Domestica de proprio statu familiaris.

Si uelim de meo statu reddere te certiorẽ neq̧ possem id breuiter scribens efficere: nec si possem: omnia tuto me cẽserem litteris commendare. Nam in hac mea nauigatiõe: quo uitam hanc alio uocem: quã nauigandi nomine: tam sum acriter ad nauseam usq̧ ꝑturbatus: ut quid me continuerit: haud satis intelligam. Deniq̧ sereniore sumus cœlo melioreq̧ aura in portũ perducti. Cum primũ in urbem uenimus: in inuidias incidimus: undiq̧ uexabamur: undiq̧ mordebant nos atq̧ torquebant aculeorum multa genera. Tũc ego factus sũ mihi sapientior atq̧ tolerãtior. Posui

mihi ante oculos Scipionē:qui post deletā Carthaginē in iudicium repetundarū accersitus est. Posui multo pri⁹ Camillū:qui exul factus est. Posui multo antea Romulū qui cæsus est. Et inter tot uiros summa laude dignos existimaui mihi ferendā æquiore animo inuidiā: quæ tanta laude insignes uiros fatigarit & oppresserit. Demū Fabium illū q̄q̄ in re satis dissimili:imitatus cunctando mihi reconciliaui maliuolos:inuidos:& susurrones:tantaq; & apud pontificē maximū:& apud purpuratū hunc chorū & auctoritate ualeo & gratia: ut deesse mihi possit nihil. Domi meæ bene habēt ex familia singuli:hocq; dūtaxat macerantur: qđ te nō uident. Si hic esses omnes præ læticia gestirem⁹. Quid supest:nisi ut huc eas! Sed tu ad nos humiles: uir tā tus haud ires:nisi magnū te aliquod munus cōsecuturum existimares. Id nostra in facultate non est. Vale ex Mediolano Idibus decembris. Scipio Camillus Romulus Fabius

Domestica de proprio statu familiarissima.

Cupis ab me scire:quo in statu res mea sit:hæc paucis accipito. Valeo ut Virgilius inquit. Vitamq; extremā per omnia duco. Nā ut Claudianus inquit:pauperies me sæua domat:dirusq; cupido:sed tolerandus amor:nō toleranda fames. Hinc me premit:hinc cruciat egestas. Quo me uertā haud satis accipio. In amore parum mihi spei cōstituendū. Nam marmor & adamantē amo: sed cogor amare: fatisq; traducor. Ditari non expecto. At utrunq; cupio: utroq; careo. Q̃ mala sit mea uiuēdi conditio:nunc tenes. Non postulo:ut me adiuues:cū aliud nequire etiam te sciam:aliud nolle. Vt es mulieribus hostis:ita quidē perauarus: uerū hoc posco quod negaturū te mihi nō opinor:ut quotiens oras superos:roges me prospiciāt:mihiq; prouideāt ut nō amem nec egeam. Id si faciūt mecum ipsis affinitatem cōtraxisse censebo. Bene uale. Ex Mediolano. xix. calendas Ianuarij. Virgili⁹. iij. æne. Cladianus

Domestica de proprio statu grauis.

Quæ sint negocia mea:quoq; in loco sit domesticus mihi

Plautus

ſtatus:cupis ab me ſcire:id & ſi nō uno:ut ait Plautus: uer/bo perſtringere poſſum:quo breuius tñ potero atque ſuc cinctius complectar. Scis me diſceſſiſſe Mediolano maio rem mihi gratiā apud exteros quæſiturū:q̄ domi conſequi poſſem. Nam cū iſtic iam cœpiſſent illius inſidiæ inter no/ſtros ſacerdotes & monachos cōflare ſeditiōes: q grauiſſi mus eſt hominum inimicuſ. Aliiqque cœpiſſent albis:ac aliij uacare nigris ſimultatis hoſtijs:malui eorū cedere litib⁹: q̄ inter undas:igneſq; uerſari. Nā ut eſt ibi deus: ubi pace in eius nomine uiuit̃: Ita cenſendum eſt illic eſſe dæmonem malum ubi diſcordiæ pullulant:delationibuſq; ac murmu/ribus:fraudibus ſtudetur atq; dolis. Quid eſt em̃ iniquius inquit Socrates ꝙ Plato refert: q̄ qui peregrini ſumus in hoc orbe neſciamus quiete frui? Diſcedens iſtinc igit̃: ſum huc miſſus huic monaſterio præfuturus. Curaui primum oī diligentia:qđ Lycurgus lacedæmonios admonuit:exē/plo morū:ac uitæ declarare:quæ uellē a reliquis obſerua/ri:ut Chriſtiano documento:queadmodū ego faciebam: ſimilit̃ & hi religioſi:quos mea hæc prælatio meæ cōmēda uit fidei:facerent. At qm̃ in his erat quædā ferina potius:q̄ humana libertas:qua cœpant omnino fieri inſolentes: ac equi min⁹ obtēpantes fræno:me primū domitorē. Magna tē aliquē præſtiti:mox omnia cumulatiſſime cogitans: alia ſū uia ꝓgreſſus:ut Baſili⁹ nobis præcipit. Nō eē feras quæ dire ſūt ſtatī exaſpādas:ſed leniēdas aliq̄ntulū:ut pedetēti māſuefactæ ſuccumbant. Ita quoſ uidi ab obediētia:hūilita teq; penitus diſtractos:& in quos præceptū Ariſtotelis de plātis nō poſſet obſeruari:ut ad oppoſitā curuaturā trahe rent̃ hūanit̃:lenit̃q; allexi. Factū ē aūt ut cū eēnt exoſi me: meāq; noſtræ legis obſeruantiā a qua iam abhorrebant:ut non ſolum interminati ſunt mihi necem:ſed aliquando ꝓ/curarint. At ego & minas nō metui: & perſeuerare ī bene conſideratis non dubitaui. Siquidem Apoſtolus & ærum/nas pati & calamitates: & omne crucis genus nos docet: ꝓpter nomē dñi. Et Saluator ipſe beatos inquit qui pſecu tionē ferūt ꝓpt̃ nomen ſuū. Si gloriæ ueræ cupidi fortiter

Socrates apud Platonem

Lycurgus

Chriſtus

Baſilius

Ariſtoteles

Apoſtolus

Chriſtus

dimicamus: est nobis in cœlo parata copiosa merces. Ad hæc aũt debem⁹ existimare nos ꝓmissione dñica beatos: si psecutionẽ ꝓpter iusticiã patimur. Quid aũt iusti⁹ ẽ q̃ ꝓuidere: quæ publicã afferant cõmoditatẽ atq; dignitatem? Nam si ut Aristoteles docuit: bonũ q̃to cõmunius est: tanto præstabilius esse: constat eiusdẽ instituto: quo sicut omne propositũ est in ꝓposito sic omne oppositũ est in opposito: malũ id etiã qđ est cõmunius maiorẽ afferre criminationem: maius deferre detrimẽtũ. Curabam igit̃ pro mea uirili: ne quid monasterio meis humeris de mandato deesset: uel ad utilitatẽ uel ad dignitatẽ: uel ad obseruationem officij nostri. Eo minus prævalebã in malã illorũ dissuetudinem: quibus eram ꝓpter opera inocẽtiæ nõ odio modo sed lapidandus. At uidebat inuictissimus hic dux: uidebat eñ frater optimus: humanissimus: atq; doctissimus Octauianus: qua ꝓcederem uia: curq; reliqui essent mihi infensi: Placebã principibus: placebã curiæ: placebã ciuib⁹ cunctis præter eos fortasse: quos cum primũ cognoui præesse custodes ecclesiasticos redditibus atq; causis: æque ac solent oues lupis cõmendari: ex officio mali ministerij reieci atq; repuli. Demũ cura mea factũ ẽ: ut hic locus monasterij possit iã religiosorũ cõuẽtus appellari: cũ antea nescio quid ei minus cõueniret: q̃ qđ apud Psalmistã legit̃: Cõciliũ impiorũ. Q̃si nõdum ad id est ꝑuentũ: ut uiuat̃ q̃ obseruãtissime at saltẽ eo ꝑuentũ est ut minus studeat̃ libidinib⁹. Ac uacetur diuinis officijs: & aut sponte: aut inuiti omnes ieiunijs incũbant atq; uigilijs. Nõ me amplius terrẽt: sed a me terrent̃: q dicebant me instar passeris: quolibet exanimari nutu. Probãt hi principes mirifice castigationẽ hanc meã: admirãturq;: ut qui uel in seipsos fierẽt aliq̃n itẽperãtes: nõc uni fraterculo tã obtẽperẽt timide atq; uerecũde. Sed nõ sine summa diligẽtia: maximisq; sum hæc laboribus assecutus: atq; assidue ꝓsequor. Fuit interdũ mihi de uita dubitãdũ. At ego ꝓposuerã mihi Platonici illud: generosũ decere: aut pulchre uiuere: aut pulchre mori. Quid sumus in hoc orbe corpuscula: quibus undique discrimina parata

Aristoteles

Psalmista

Plato

Seneca
Apoſtolus

ſunt. Nec ut uult Seneca. Tm̄ ſe quiſq̄ tuet̃ in facie: ne ter/go mors im̄ineat. Apoſtolus uero piculorũ multitudinẽ: magnitudinẽ atq; uarietatẽ nõ ẽ auſus deſcribere. Quare ſi ex ijs piculis in illud inciderã: quod ipſe noĩat in falſis fra bus: malebã interire: q̄ int̃ pſeudo ꝓphetas numerari. Aut

Saluator

ferre ut in hũc cõuẽtũ illi cõueniſſet: a qb⁹ Saluator admo nuit cauendũ: q cũ uterent̃ ouiũ ueſtimentis: intrinſecus eſſent lupi rapaces. Hinc ſpero me laudẽ apd̃ homines & deũ cõſecuturũ: ut mea uigilãtia & caſtigationis aſſiduita/te intrepidaq; mẽte: medicinã huic morbo tam ſalubrẽ cõ parari. Nũc habes quid hactenus egerim atq; quid agam: ut tempus foris nõ terã perperã: nec ocia cõſũmam neq̄:

Vita ſpecu/latiua & ac/tiua

Nũc uideo quietiorẽ eẽ Mariæ uitã: quã dñs ꝓbauit opti/mã ptẽ ſibi delegiſſe: quæ nõ auferet̃ ab ea. Marthæ uero cõſuetudinẽ ſollicitiorẽ ac moleſtiorẽ eẽ. Sed certe in agẽ do uerſati minus quieti ſunt: pluribuſq; periculis ſubditi: ſed quibus ut opinor: ſit maior merces expectanda: ſi du/rant nec frangũtur: nec mutant̃: nec loco mouent̃. Ne dũ enim ſibi proſunt: ſed multis. Hoc mihi cõſtitui uitæ gen⁹ ut nedũ in cõtemplando uerſer utilis mihi: uerum in actio ne uitæ pluribus alijs futurus non inutilis. Labores erũt ꝓ penſioreſ: ac & præmia ſunt exiſtimanda fore digniora. Iu ſtus eſt enim deus: diſtribuitq; pro ea ꝓmiſſione: qua per ora prophetarũ locutus inquit: Iuſtus ut palma florebit. Et alibi: Vincenti dabo edere de ligno uitæ: quod eſt in para diſo. Et deinceps: Qui uicerit hunc conſtituã quaſi colum/nam in paradiſo. Bene uale. Ex Mediolano. xviij. calẽdas Ianuarij.

Synonyma domeſtica de proprio ſtatu.

Ego cũ meis bene ualeo.
Res hic meæ meliuſcule habent.
In hac urbe nihil deficit mihi quod appetam.
Vt illud eſt Terentij: cũ nihil hic habeã: nihil mihi deeſt.
Si quæris: quid agam: ocioſe uiuo.
Hic ego laboro ad laudem.

Nullum in hac urbe ocium mihi frustra teritur.
Assidue defatigor ad laudem consequendam.
Omnes uigiliæ meæ sũt in laboribus constitutæ.
Quæro mihi omni diligentia immortalem gloriam.
Valeo ut aiunt & corpore & mente.
Nequit suis acerbissimis ictibus me fortuna prosternere
Sunt qui me perterrefaciant:ut desistam ab instituto.
Non commoueor:perturbor ue cuiusq̃ minis.
Sum animo ad omne decus constantissimo.
Sunt angustiæ mihi maximæ:sed spes optima.
Faciunt ac fingunt in me inuidi multa nihilo tamẽ obsũt.
In mea mihi tolerantia fides est talis constituta:ut factur⁹ sim quæ decreui.
Ego iam:ut illud est comicum:in portu nauigo.
Res mea est omnis tuta.
Principes hic habeo meæ laudis peramicos.

Titulus Vndecimus

Commotiua ad pacem familiaris.

Eo fungar officio: quod Saluator nos docuit:inquiens: In quamcunque domum intraueritis dicite: Pax huic domui. Quamobrem & Romani templum cõstituere pacis ut apud Iuuenalem est:ut colitur pax atq; fides. Quinetiã Plato quod usurpauit Tulli⁹:Pacem atq; concordiã duo dixit rerum publicarum fundamẽta. Vos igit̃ humanissimi principes hortor ad pacem. Satis pugnatum est. Satis cruoris effusum. Satis admissum iniuriarum. Cedãt (Tullio suadẽte) arma togæ. Quid bello terribilius! Quid pace mansuetius! Quid armis horribilius! Quid quiete iucundius! Quid hominum interitu peius & naturæ magis inimicum! Quid conseruatione humanæ uitæ naturalius:ac in ciuitate magis expetendum! Pacem instituit deus pro tutela humani generis. Bellum immisit ĩ mentes hominum dæmon malus:ut persequeretur omni astu mortaliũ animas:non ut quibus dominetur: inquirat (Augustini testimonio:) sed cum quibus in æternum damnetur. Diligite

Saluator
Iuuenalis in umbricio
Plato ut est apud Tulliũ
Tulli⁹ in epi
Augustinus

pacem uiri boni:diligite pacē p deum immortalem:uos oro:inuicemq christianum præceptum insecuti uos diligite: sicut & patrem suum uos dilexisse inqt dominus. Bene uale:Ex Mediolano decimoseptimo calendas Ianuarij

Commotiua ad pacem familiarissima.

Quam egre feram bellum hoc uestrum:haud possim breuibus expedire. Pacem uobis colēdam opinor:quæ semper est dimicationibus præferenda. Quid prælia uobis afferunt:laudem ne? At nulla est pugnandi laus:nisi cum in pace stari nequit. At uos quis negat pace uiuere? Aut dignitatis amplitudinem: commodioresq diuitias? Consu- Rhiphæa nix mitis æs assidue nihiloq proficitis magis q̄ nix rhiphæa in Vulcani Siculi rogo euanesceret. Irrident uos omnes finitimi:dicūtq ferocitatem uestrarum mentium hoc uobis iniecisse stimuli:ut quiescere nesciatis: Hoc si bellum apd' exteros gereretis:intolerabile uideret'. Quale cēsetis existimari:cum gerat' inter uos propinqtatis strictissimo genere coniunctissimos? Accusant hoc consilium uestrū tam iniquum omnes boni. Rogo uos:ut paci consulatis:ut decet. Bene ualete. Ex Mediolano xvi. calendas Ianuarij.

Commotiua ad pacem Grauis.

Si quæruntur antiquiora quidem sæcula:uetustior longe Cicero in officijs pax est:q̄ bellum. Si ratio inquiritur:nihil est formidolosius prælijs:nihil amabilius pace: Paci dixit Cicero:quæ nihil sit insidiarum habitura:mea sententia semper consuletur. Et rursus intercipiēda sunt bella:ut uiuatur in pace. Plato At Plato nihil se bellorum a deo naturaq cōstitui uidisse Ouidius.i. metamor. dixit:pacem autem utriq constitutā. Ouidius uero Naso postea q̄ chaos poeticū ascripsit illud:ut unita declaret eē quæ & conseruant' & conseruant:ait:dissociata locis con- Hesiodus cordi pace ligauit. Pacem Hesiodus docet a dijs pcreatā: bellum autem a gigantibus. Quamobrem & humanū genus nulla inuenit natura præliandi arma:sed usu gentium Virgi.i. æne sibi tela indies ingeniose compauit:cui ut ē apud Maronē furor arma ministrauit:faces & saxa:& interdum sudes

præustas At bellū: qđ ex inferis ꝓdijt inuidiæ auariciæq; coniunctū adeo uiris bonis est inimicum: ut uel ipsis auctoribus noceat. Nam si pugnare primi cum superis ausi sunt uel apud Siculos illi: qđ pulcherrime poetæ fabulant̄: uel in Phlegæa ualle: quibus Hercules succurrit cū Pallade: superati sunt cōtinuo: subditi: interempti: Anceps ē semper exit⁹ belli: cū in eo plurimū Plutarcho & Vegetio testib⁹ fortuna dominet̄. Bello sordescūt oīa: Inculti sūt agri: Siluescūt uineta: Sanguine sudant cāpi: Nullis in rebus ruris urbis ue remanet suū decus. Oia corruūt: omnia delabuntur. Ad pacē rident coloni: Crescūnt iumēta: uniuersa insuper & pecora cāpi. Vide q̄ sit pace delectat⁹ Psalmista in quiēs de hoīe: Oia subiecisti sub pedib⁹ ei⁹: oues & boues uniuersa insup & pecora cāpi. Minuisti eum paulominus ab angelis: gloria & honore coronasti eum. Nō inquit: subiecisti tela: enses: scorpiones: balistas: nec in his eū uoluit coronari: sed in ijs quæ pacis sunt & cōcordiæ: q̄bus coalescunt oīa: quæ sūt usui nostro necessaria. Partim animalia bruta Demosthenes ait ad arandū homini tradita: partim ad uescēdum: ꝑtim ad uestiēdū: oia ad hoīm usū: nulla uero declarauit ad pugnandū: q̄q̄ hodie multi uolunt armenta dici ab armādo: ut tergorib⁹ boū: equorūq; fiebāt apud ueteres arma. Ego uero ab arando dicta puto. Quo tēdo patres conscripti ut intelligatis: quanti rear pacē: concordiamq; faciēdā esse. Pax a priscis præsertim Orpheo Prosopopœia facta: fide comitata describit̄: læta q̄dē ann⁹: diutius scilicet obseruata: quæ lætos reddat populos: in q̄ fiat qđ promittit̄ atq; dicit̄. Bellū monstrum est informe igni gladijsq; circunuentū: mœstum & iuuenile: quod et nup sit inuentū iuuenum furoribus: & nihil obseruet fidei: omnia uiolet: omnia cædat: cogatq; mœrore oēs informes fieri. Paci Phœbus præest comosus: formosus: uates: sanctus. Bello Mars terrific⁹: galeat⁹: hastat⁹: deformis: impi⁹ Siquidem recte Lucanus inquit: Nulla fides pietasq; uiris: qui castra sequuntur: quæ quidē castra illic esse duco:

Phlegæa pugna
Plutarchus
Vegetius
Psalmista
Demosthenes
Orpheus
Phœbus paci Mars bello
Lucanus

ubi castrorum sunt effectus: rapina: uiolentiæ: prædæ: rui-
næ: calamitates: depopulationes: deuastationes: erũnæ.
Proh deũ atq̃ hominum fidẽ: põt ne homines adeo eẽ im
Thucy mites: & ut efferi sint magis: q̃ implacabiles feræ! Inter eas
dides ut sententiam complectar Thucydidæ: quam Iuuenalis in
Iuuenalis se traduxit: quæ suo generi obsit. Quis leo leonem iugu-
lat! Quis ursus ursinos interimat fœtus! Quæ tigris inte-
rimit tigres! At hominibus hoc iam est uitæ genus: hic lau
dis usus: hæc gloriæ querẽdæ gratia: ut sese dilaniẽt præli-
is: suũq̃ cruorem premant musti loco. A prælijs & pudor
fugit & religio: quibus sublatis quid homini supersit: aut
uirtutis: aut spei: non intelligitur. Quot enim pudore con
tinent: qui ratione contineri non põt! Quot deum colen
David tes eundem metuunt: iubente Dauidico uersu: Initium sa
pientiæ timor domini: qui mali hoc sublato metu fierent!
A uobis O patres: quis ingessit discordiæ faces! Quis coe-
git hoc tabo fedari! Qui docetis præcepta pacis: estis bel-
ligeri! Qui admonetis populos & ad pacem ac concordi-
am adhortamini: eam profugitis! Qui debetis exẽplo ce-
dere cunctis innocentiæ: humilitatis: paupertatis uolunta
riæ: ac cuiusq̃ uirtutis: allicitis usu uestro cæteros ad uitia!
Videte ne deus hoc ferat: ne irascatur: ne uos in furore ar
guat. Consulite paucitati dierum: quibus nihil est firmius
obitu. Considerate quid auctor pacis a uobis petat: q̃q̃ si
tis in eum auari pacis: qui suo cum interitu consuluit paci
nostræ: cum iam cœpissemus acriter expugnari. Ad pacẽ
concurrite patres: ad pacem optimam: frugiferam: homi-
numq̃ in omni genere altricem: sedulamq̃ tutricem. Pax
Musæus hæc ea est uirgo: quam Musæus ille non doctus minus: q̃
antiquꝰ describit eẽ nudã: albã: & oliuã manu ferẽtẽ: Quip
pe quæ nuda simplexq̃ nihil habeat simultatis: nihil sediti-
onis admixtum. Alba uero pura sit & immaculata. Ferat au
Pallas inuẽ- tem oliuam abundãtiæ signũ: qua fouent omnia uitæ no-
trix oliuæ stræ necessaria: cum & inuẽtrix oliuæ Pallas Athenas sta-
tuisse dicat: urbẽ nõ solũ ad uiuẽdũ optimã. sed ad omne

studiorũ gen⁹ præstantissimã. In bellis discunt hoies sæuire: furere: insanire. In pace uero docent̃ bonos mores: rectas disciplinas: beneq͡ʒ ac beate uiuendi rõnem. Quid ex bello nõ iniquum: ubi Phœnissis uersibus Cæsar usus perhibet̃! Si uiolãdum ius est: regnandi causa uiolandum est! At in pace illud habet̃ Homericũ: qđ sic interpretor. Pace homines uiuunt: peperit quæ sola quietem. Bella fremunt: si uero animæ sternũt̃ & ossa incipiunt albere solo. Sed pace iuuant̃ in studijs populi. Nihil est in pace malignũ: in bellis sine fraude nihil. Pax optima leges instituit: moresq͡ʒ bonos: At bella nefanda decreuere dolos: quib⁹ est uiolentia parta. Hisce uerbis satis esse duco: ut uos a discordia contineatis: & ego uos ad pacem concordiamq͡ʒ cõmoueam. Quæ uobis tũ usui cedet: tum amplitudini. Bene ualete. Ex Mediolano. xv calendas Ianuarij.

Tullius in officijs

Homerus

Synonyma cõmotiua ad pacem.

Ego tibi suadeo pacem.
Tibi plurimum dissuadeo bellum.
Cupio te ad pacem cõmouere.
Vt pace uiuas te horror uehementius.
Nihil abs te plus appeto: q̃ ut a bellis abhorreas.
Fac si me amas: ut pace quiescas.
Consule si sapis: togæ potius: q̃ armis.
Si uis habere p̱ q̃ optime: præficias tibi pacem.
Nulla res tibi cõstituẽda ẽ accurati⁹: q̃ ut in toga uerseris.
Sit tibi pax præferenda bellis.
Fuge prælia: occurreq͡ʒ quieti.
Tam est pax tenẽda: q̃ bellum execrandum.
Dilige pacis ocium: ne subeas bellorum anfractus.
Pacem adhibe tibi cõtubernalẽ poti⁹: q̃ bellum conuiuã.
Phœbum tibi præpone ducem quietis auctorem.
Martẽ profuge: rerum tuarum imperatorem.
Mineruam tibi magis coniũge q̃ bellonam.
Quære semper pacem quæ facit omnia florescere: q̃ prælia: quibus omnia sordent.

Omni cura pacis incũbe studijs: quibus omnia læta sunt.
Attentissime tela pelle ac militiã: cuius ui omnia lugent.
Esto uirorum socius: quos ad pacem inuitant singula uitæ commoda.
Noli bæluarũm uestigia sequi: quæ semper dimicant.
Totiens euitabis belli curas: quotiens tuæ tuorumq; saluti ac incolumitati consules.

Titulus.xij.

Cõmotiua ad bellum Familiaris.

Et si uidet̃ q̃ plurimis bellũ ab humanitate alienũ: ego non arbitror: omne bellandi genus idem esse. Si tueri enim se ipsum natura duce licet: ac uim ui repellere: docẽt populorum omnium leges ac iura: Si rursus: cũ neminem lædere iubemur: continuo subdit Cicero: nisi lacessiti simus iniuria: illud certe bellũ iustũ est quod ut nos immunes tueamur: suscipimus. Id enim uel animantia muta sequunt̃ ui naturæ: ut uel ea quæ ad præliandũ nõ sunt idonea: dimicare cogant̃: defendendi sui corporis causa: qđ si non defendunt interdum: robur tamen omne uimq; in sui tutelã exercent. Nam uel ipse leo quẽ Aristoteles: Albertus: Pliniusq; natura describunt non omnino ferina: si põt hominum insidias & tela uitare fugiens: uitæ potius incolumitati fugiens consulit: q̃ eius bellans in dubio furori. Non ego te cõmoneo ad bellũ: quia uel ipsis te uelim immitiorẽ esse feris: sed ut indẽnitati seruias urbis tuæ: tuorũq; clientiũ. Quis est: q nõ intelligat: te nihil humanitatis officijq; prætermisisse: ut pace uiueres cũ hisce tuis fratribus? Maluisti de tuo condonare: q̃ de re illorum quicq̃ diminuere. Fuere assidue bellatiores: q̃ ocij qetisq; cupidiores. Neq; dedisti bellãdi causas: neq; eos inuitasti quidẽ ad pugnã: Ipsi sunt ĩpetuosius adorsi. Commonuisti: rogastiq;: & es demũ interminatus: si te ꝓuocarẽt ad arma: Irriserunt: neglexerunt: ac te penitus duxere nullius esse precij. Hoĩes habes atq; deos tuæ benignitatis testes: & ut iuitus in hoc prodeas bellũ: sed q aut cedas fratribus: rẽq; amittas oẽm

Cicero

Aristoteles
Albertus
Plinius

aut pugna te defendas. Itaq; te para: in idq; castrorũ accin ge: quæ fauore terrarũ cœliq; sint futura faustissima. Bene uale. Ex Mediolano. xiiij. calendas Ianuarij.

Cõmotiua ad bellum familiarissima.

Audio tibi litem intercipiendam esse cũ tuis tutoribus il/ lis: qui debebãt esse patres. Lis ipsa priuatũ esse bellum a Scæuola iurisconsulto diffinit᷑. Bellandũ est igit᷑ tibi: hoc agendæ: determinandæq; genus causæ: qui uelint: impro bent: ego te laude dignum duco. Hinc & iniuriam: qđ ho nestos decet omnis atq; bonos: propulsabis: & patrimo/ nium tibi obliguriri non sinas perperam. Fac ut bono sis animo nec cuiusq̃ preces audi: nec minas expauescas: ni/ si uel ijsdẽ precibus alliciant᷑ hostes tui: uel minis prius de/ terreant᷑: & pace malint rẽ tuã tibi restituere: q̃ raptam ar/ mis: uiq; fraudare. Scis quid dicam. Me admitte consulẽ: q te amo: scioq; quid te deceat: quid ue dedeceat. Bene ua/ le. Ex Mediolano: xiij. calendas Ianuarias. Scæuola

Cõmotiua ad bellum Grauis.

In omni re intercipiẽda: finẽ esse diligẽtius animaduerten dũ Aristoteles docet. Si quidem res ipsæ tum a fine deno/ minãdæ sũt: tũ etiam bonum appetũt: in quod omnia di/ rigũt᷑. At hoc præcipuum uoluit esse hominis: Plato: ut de ligat ratione: summoq; consilio: quid constantissime: pati/ entissime: tolerantissimeq; prosequatur. Nam ut illud est Ciceronis: præstat nõ incipe: q̃ ab inceptis turpiter desiste re. Bella suapte natura dira sunt: discordiæ difficiles: simul tates odiosæ: factiones abhominãdæ. Vitupant᷑ inter pri/ uatos rixæ: inter amicos dissidia: ũt illđ extat Terẽtij: Vale ant q inter nos dissidiũ quærunt: inter necessarios iurgia: inter oẽs dissensiones: cõtumeliæ: conuitia: quæ sunt oĩa diuersa bellorũ genera. Sed in omni facinore bellico illud deteri⁹ minusq; ferendũ: quo simul & res offendit᷑: & di gnitas læditur: & uitæ finis attẽptat᷑. Hic neq; fides seruat᷑ nec fœdus; nec pietas. Quamobrẽ Romani fuere minus aliqñ mansueti in pœnos fœdifragos; in Numantinos; in

Aristoteles
Plato
Cicero
Terentius

Epyrotas:q̃ uel in Asiaticos uel in latinos:uel in ipsos de/
niq; Schytas quib⁹ primi bellũ intulerunt:coegerũtq; se/
se ab illata quidẽ iniuria tueri. Nã ubi bellum infert͛: & id
omni acerbitate præliandi:quis arguet͛ de scelere:qui pro
pulset:nõ inferat iniuriam! Quis autem accuset͛ excessus:
qui multo reddiderit etiã peiora:q̃ acceperit:si quidẽ non
numero pñt inferri uulnera:neq; mensura! Reddendũ es/
Terentius se par pari docet Terentius in Thaidẽ:qđ eam mordeat.
Iuuenalis.i. satyra Reponere se uelle dicit Iuuenalis inquiẽs: Nunq̃ ne repo
nam! Identidẽ sibi factitandũ declarat Tullius dicens: Ti
Tullius bi Romæ:cũ ueneris:reponã. At centũ pro uno interdũ
Theophrastus reddunt Christiana monitione:qui uolunt Theophrasti
disciplina:agros fertiles imitari. At q̃ iuste te cõmoneam:
ut a bellis hisce aduersus hos fratres detractores: atq; cor/
rosores nõ desistas:hic uide:ꝙ qui te oppresserũt:assidue
indurescũt in re tua nõ reddenda:in tua calamitate coacer
uanda:in tibi nõ parcẽdo. Sunt iccirco facta inuentaq; telo
Quintilian⁹ rum diuersa genera:ut Quintilianus affirmat:ne homies
cæderentur:sed se defenderẽt aduersus crassatores:& ini
quos. Quod si tuendi sui corporis defendendæq; rei no/
Psalmista his ẽ licentia: quis neget omnẽ iniuriã in aduersarium reij
ciẽdam! At mihi uindictã:& ego retribuã inquit dominus.
Apostolus Et nolite Apostolus ait:æmulari in malignantibus:neutrũ
ex geminis hisce præceptis negligendum opinor. Iniũria
rum anim⁹ magnitudine perturbatus omnino sedand⁹ ẽ:
Vir.vi æne Nec ij sunt audiendi:qui nihil habẽt mãsuetudinis:nemini
parcunt:nec obseruant poeticum illud: Parcere subiectis:
sed dissipant & euertunt omnia: discuntq; potius a malis
esse mali: cum licet:q̃ a bonis fieri boni: cum decet. Verũ
ubi aut res ferro defẽdi põt:aut recuperari cũ esse utrũq;
faciendum:nemo suadet:null⁹ præcipit. Quod si æacida
rum animo digna sententia iudicatur a priscis illa Pyrrhi:
Pyrrh⁹ apđ Ciceronẽ in officijs Nec aurum deposco. nec in precium dederitis: qua tan/
dem in re quæ ad se minime pertinebat ullo iure: aperuit:
non cauponantes se:at belligerãtes sequi uelle:quid illos

deceat: qui tuentes rem suam armis utantur opus est: aut ad ea se accingant: ut rem ablatam iniuria: iure recipiant. Arma sacerdotũ rationes: Augustino teste sint: & oratio/nes: Precentur pro incolumitate: pro dignitate: pro ipsa deniq; uita illum: qui nullis est seductus illecebris mundi: nullis pterrefactus periculis: nullis distractus oppressusq; uulnerũ doloribus: quominus gen⁹ seruaret hominũ in p/petuã mortẽ corruentiũ. Vt autem ille mortem nostram: quod nos docet ecclesia christiana: moriẽdo destruxit: & uitam resurgẽdo repauit: sic nos misericordiæ semp ope/ra prosecuti: nõ ferro debem⁹ iniuriã ꝓpulsare: sed suppli cationibus ac omni facilitatis genere: ut potius hostes in sñiam nostrã flectam⁹ lacbrymis: q̃ inflammem⁹ aduersus nos acerbissimis minis. Arma nostra prima præcipuaq; nõ diffiteor hæc esse ut deũ in adiutoriũ nostrũ festinantem aduocem⁹: ut Dauiticum extat illud. Et ubi deus ꝓ nobis: quis contra nos: & domin⁹ adiutor meus: & ego despiciã omnes inimicos meos: At arma secunda sunt rõnes: qui/bus prius nitendũ est: ut Terentius præcipit: Omnia pri/us experiri: q̃ armis cõtẽdere. At hic ipse: abs quiuis ho/mine iussit ubi opus foret: bñficium implorandum: Si fe/rent̃ ea uulnera: quæ maximã populo pararẽt utilitatẽ: ex pedire dicendũ arbitrarer: ut un⁹ moreret̃ ꝓ populo. At cũ & res amittit̃: & uita sine cuiusq̃ alteri⁹ utilitate: q̃ ipsius oppressoris: siue ullius detrimento alteri⁹: q̃ oppressi: eni tendũ est omni uia: ut occurrat̃: succurraturq; calamitati. Volucribus natura dedit rostra: leuissimosq; interdũ acu/leos quosdã: a quib⁹ diffugerẽt: qui cuperent iis obesse: ut id generis conseruaret illæsum. Vide q̃ sit existimandum nobis diligẽtius consuluisse: qui hoĩes sum⁹. quorũ uita est utilissima: mors aũt pniciosa singulis: Quod si cunctorum est natura cõseruatrix hominũ: multomagis eorum: qui & sibi sunt & reliquis adiumẽto atq; decori. Duco id quidem & scm̃ religiosũ: argumẽtis disciplina: incusando: accusan/do: p oẽ desẽsionis mãsuetæ genus tueri uos decere. Sed

Arma sacerdotum

Ecclesia

Dauid

Terenti⁹

Lapbitbæ cũ reliqua ꝓficiãt nibil : ad bellũ uos accingite: nõ ebrioꝝ
Centauri Lapbitbarũ atq; Centauroꝝ more: nõ Martiali uia furiali:
nõ probris: non cruoris effusione: si aliter fieri poteſt : ſed
Heſiodus q̃ boneſtiſſime: ut docet Heſiodus feciſſe ſupos quibus cũ
minis rõneq; ſatis nõ fuit : gigãtes illos telis cæleſtium con
foſſos reddiderunt. Formicas tñ imitamini quæ mordent:
ne pereant. Vale. Ex Mediolano. xij. calendas Ianuarij.

Synonyma cõmotiua ad Bellum.

Eſto bellãtior q̃ oppreſſior.
Ita te tuere armis: ut non pereas.
Nullum prætereas teli genus: ut ſis immunis.
Ad te conſeruandum illæſum : uel bellum tibi iuſte ſuſci-
piendum eſt.
Nibil eſt omittendũm: ut non ſis iiuria laceſſitus.
Omnia tibi ſunt armorum genera procuranda: ne pereas
Adbibe tibi & uires: & uim : & arma potius : q̃ & re priue-
ris & uita.
Nibil tibi negligatur: qđ ad tuam poſſit pertinere tutelam:
Fac ut uel rem bellis expiare: ne qcq̃ boſtes tibi ſurripiant.
Ego te ad bellũ cõmoneo: quoniam nequis pace uiuere.
Cũ quiete ſedere tibi nõ liceat domi: ſis in caſtris inquietꝰ.
Sũt iccirco tibi ſubeũda caſtra: quia domi te reqeſcere ne
Bellis inſta: qđ ratione tibi nõ datur. gant.
Ad arma diffugiendum eſt: cũ uerba rõneſq; non ſufficiũt
Eumenidas ſequere: ſi te pbœbus fugit.
Martem adbibe tibi ducem: ſi Minerua te ſpernit.
Nõ commouere te ad arma: ſi uiderem ſatis eſſe conſilijs.
Tela ſuſcipe auxiliaria: ſi uides rõnẽ tibi fauere non poſſe.
Si legibus nequis: armis pugna.
Cornus tibi iactetur bellax: ſi laurus pacis: muſarumq; fau-
tix nibil prodeſt.

Titulus. xiiij.

Poſtulatiua rei certæ familiaris.

Equũ babes: ut audio: ſingularẽ robore ac ſpecie: ut iã Bu-
Bucepbalꝰ cepbalus Alexandri macedonis ille uideatˀ: aut Geminoꝝ

Cyllarus. Est talis: ut te multomagis dicatur efficere bello strenuũ: q̃ sis uel natura uel usu. Quod ego uero delecter equis nobilibus istiusmodi: non ignoras: q̃q; soleant esse mea quæq; tibi cõmunissima etiã nosti. Nihil habeo tantũ: qđ ꝓ ueteri nostra cõsuetudine tibi nolim esse dedicatũ. Cuius quidẽ rei picula nõ semel abs te facta sunt: meq; semp & tui amantiorẽ: & erga te liberaliorẽ inuenisti Nec ea quidẽ adduco in mediũ uerba ut exprobrẽ tibi quicq̃. Es eñ gratissimus omniũ & beniuolentiæ tenacissimus: Verum ut memineris: non arbitrari me posse: te quicq̃ eẽ negaturũ. Haud te latet in quã inopiã sim redactus: postea q̃ ab hostibus sum supiore anno supatus. Nunc autẽ iaceo quasi mancbus: ut Iuuenalis inquit: & extinctæ corpus non utile dextræ. Nam ut peritissime dixit Ouidius: Crede mihi miseros prudentia prima reliquit. Et sensus cum re cõsiliumq; uenit. Nunc audent in me debacchari: q me prius uerebant̃: & inter pedites stipendium mihi statuendum: dicere: ne peream: quasi misereantur mei. Quod si equum ad me tam egregium dederis: & apud deũ & apđ homines officiũ fœnerabere. Non reddã nunc uel preciũ uel mercedẽ: sed ne dubita: fore me unq̃ immemorẽ bñficij. Bene uale. Ex Mediolano. xi. calendas Ianuarij.

Cyllarus

Iuuenalis

Ouidius

Postulatiua rei certæ familiarissima.

Librum accepi te possidere: cui par in Italia nullus extat. Plinium inq̃ correctissimũ: qui eum & rarus & nusq̃ inueniat̃ alibi: q̃ apud te: potes dominus unicæ uoluptatis appellari. Nam quantũ Plinio debeamus: quis ignorat! Hic ut plurimarũ est disciplinarũ auctor: sic nullius artis imperitus. medicinam prosecutus est: naturæ arcana rimatus: res paucissimis admodũ notas prosecutus. Quoq; nobis est utilior: sua sic expressit tẽpora: ut neq; Iuuenalem: nec Martialẽ: nec Quintilianũ: nec Suetoniũ: nec Corneliũ: nec aliũ quẽq̃ ex ea tẽpestate: nec mores historiasq; rerũ illis tẽporib⁹ gestarũ intelligere ualeamus sine Plinio. At si mendosus est: ut a nullis adhuc librarijs emendatus: qđ

De Plinio & ei⁹ laude

prodeſt ſemiuiri corp⁹ quaſi monſtrũ intueri! Quid cum muto ſurdoq; loqui! Quid cum eo cauſam agere: qui quidem eſt omnium difficillim⁹! Quamobrẽ ſi æque poſtulo: ſi nõ iniurius tibi ſum: ſi rem non admodum perdifficilem abs te oro: ut exorari hanc ſinas: te rogo atq; obſecro. Iubeq; de me tibi ac pollicere qđ uelis. Bñ uale. Ex Mediolano. x. calendas Ianuarij.

Poſtulatiua rei certæ Grauis.

Sẽtẽtia phi/loſophorũ. Qui poſtulant res magnas atq; amplas: non niſi maximos debent & ampliſſimos adire uiros. Ii enim ſolent: ut reliqui: ſe digna tradere: cũ philoſophorũ ſententia ſit: decere quẽlibet ſeſe uireſq; ſuas in officijs metiri. Quãobrem

Cicero — & Cicero inqt: Hominẽ occidat: qui tua opera uti uelit. Et

Alexander — Alexander ille magnus: cum egregiũ argenti auriq; pondus Philippo neſcio cui barbaro dono dediſſet: incuſareturq; quod magna tradidiſſet barbaro: quibus eſſet indignus. At ego Alexandro: reſpondit: mun⁹: dignum dedi. Quo aũt mortalibus reliquis principes antecellunt: q̃ ui maieſtateq; donandi: quod poſſint bonis bñfacere! Reliquis. eñ uirtutib⁹ a multis priuatis interdũ æquant̃: nonnũq̃ ſupantur

Cyrus — Cyr⁹ apud perſas: & Cæſar apud noſtros dõãdo ſibi glo-

Cæſar — riam immortalem quæſierunt: factiq; ſunt apud poſteros clariſſimi. Hac officiorũ exhibendorũ gratia perꝓpinqui ſumus ſuperis. Donat enim deus: largitur: concedit quæ

Deus — poſtulam⁹ ab eo: nõ ſolum benemerentes: ſed ab illo: qui clæmens eſt: qui miſericors eſt: qui pius eſt: neq; ſecundũ ea quæ facimus: ut Apoſtolus inquit: ſed ſcđm miſericor-

Apoſtolus — diam ſuam ſaluos nos fecit. At uel ipſe deus nonne uotis hominũ: oblationib⁹: decimis: primitijſq; placat̃: non qui egeat: ſed qui hominũ uelit mentes in donãdo cognoſcere! Itaq; tũ illud ſacrũ exodicum extat: Non apparebis in

Exodi. 23 — conſpectu dñi uacu⁹. Et illud Maſonis: Munera crede mihi placant hoĩeſq; deoſq;. Placat̃ donis Iuppiter ipſe ſuis.

Ouidius — Quamobrem & ĩ ipſos perſarum principes idem ſolebat obſeruari: ut occurrerent populi tam publice: q̃ priuatim:

singulis suis regibus afferentes pro suis facultatibus mune ra. Hoc autē inter magnos interest atq; paruos: q regum ac dei exemplis intuemur eē factitatum. Nā Artaxerxes nō minus læta fronte iucundaq; mēte perhibetur aquam sibi a uillico oblatā in agro sitienti accepisse: qui nihil ha beret aliud: quod donaret: q̄ quicquid præclarius atq; rari us persæ cæteri ditissimi quidem illi tribuissent. Christus uero in magorum muneribus non admisit serius offeren tes thus atq; myrrham: q̄ qui aurum traderet. At reges in subditos sunt ea munificentia liberales: quæ possit ac de beat uel regia dici: uel regalis iudicari. Deus uero nihil do nat qđ non maximū sit censendū: quippe qui non ignorat quibus egant homines: quod nos ignoramus. Itaq; non in iuria Socrates admonebat non esse a diis illud postulan dū: aut hoc: sed quæ nobis sciret profutura: Quā sententi am complexus Iuuenalis: si quid tandē certi supplicat': po stulandum consuluit mentem sanam in corpore sano. He rodotus uero Halicarnaseus pro Cleobi ac Bitone matrē pientissimam religiosissime docet supplicasse ut iis de' lar giretur: quæ uideret eis magis esse conductura: quæ deus sciret: genitrix ignoraret. Itaq; dei fili' Saluator noster hu manā indutus carnē: cū orasset patrem: ut amaritudinem auferret sibi crucis: si possibile esset: subdidit hō: ut hanc facultatē ac difficultatē omnem diuino consilio iudicioq; submitteret: Veruntamen nō quemadmodū ego uolo: sed quomodo tu. Qua quidem & christiana: & gentili ad monitione distract': & si non debeo petere certum aliqd cum tamen hodie uita sit nobis aliter cōparata: aliter & ap tius supplicandū: & certius aliquid postulandū esse duco Nam licet tu pontifex maxime deus sis nobis in terris: ge rasq; christi officiū: es tamen homo: qui ut Tullius inquit: uel prudentissim': uel sapientissimus in mentibus hominū atq; multorū necessitatibus: potes falli atq; errare. Quare mea quidē est detegenda ualitudo: ut Boeti' docet: si me dicantis operam expecto: uuln' est detegēdum. Ego iam

Artaxerxes

Christus

Socrates

Iuuenalis

Herodotus

Saluator

Tullius

Boetius

dudum & litteris adhibui omnē operam: & uitæ curā habui modestissime: imprimis & ut doctus aliquando: & bonus: & adhiberi possem & esse: tum uero: ut quæsita fortunarū ui atq; fauore: cōmodius quirem atq; liberius incumbere studijs. Videt̄ enim uiuēdi acerbitas atq; difficultas plurimū obesse bonæ hominum in studēdo agēdoq; uoluntati. Quamobrem illud Terentianum hactenus me ꝓhibuit mihi desperare. Cum non potest id fieri quod uis: id uelis quod possis: illudq; spem cōstituit optimam: quod apud Naronem: O passi grauiora dabit deus his quoq; finem. Nūc ubi & laboraui iamdudū in uita: & familia meis humeris a patre grauis ē relicta: & patrimonium est debilissimum: & eo pacto a studijs distrahor per familiaria negocia: & a negocijs per studia: ita ut neutris satisfaciens nihil efficiam: ad tuam decurro sanctitatē: quæ me adiuuet: mihi meisq; uiuendi uiam aperiat. Quid certi postulo? de re quæris: uel de genere? ut sis in me officiosus: ut quoniam religioni sum ascriptus: tantum in me conferas beneficij: quantum non mea quidem merita: quæ aut nulla sunt: aut minima: exigunt: sed tua munificentissima solitaq; largitio impartitur. Vacat hic diui Ambrosij abbatia: uacant alia quædam ecclesiastica: Delige quod malis: meq; tua exorna gratia. Eo pacto & meos ex orco iam semineces in lucem reuocabis: & me procurabis inter uiros non ignaros aliquādo numerari: qui me tuæ beatitudini totum dedico. Valc. Ex mediolano. ix. calendas Ianuarias.

Terentius

Vir. i. æne

Synonyma postulatiua rei certæ.

Rogo librum hunc mihi commodes.
Ne rem hanc mihi neges: te obsecro.
Cupio uehementius id mihi tradi.
Plurimum appeto: tuum equum abs te consequi.
Laboro solum: ut hoc mihi dono des.
Omnis mea cura in hac re consequenda sita est.
Fac si me amas: ut rem postulatam ad me mittas.
Si meꝰ es: ut ostendis: nihil excipies: quo minus hoc me

ornes munere.
Credo abs te amari:ut dicis:si rem petitam mihi das.
Afficies me uoluptate incredibili:cum in hoc mihi donan/do nihil omiseris.
Quod abs te cupio:ne producas in spem uanam.
Esto erga me tam in hac re liberalis:q̃ ego erga te forem.
Obserua in re parua:quam postulo: talem in me diligen/tia:qualem in te multo in maioribus obseruarem.
Cura ut intelligam te in hac re postulata nõ min⁹ liberalẽ: q̃ in reliquis antehac semper fueris.
Peterem hoc abs te uerbis prolixiorib⁹:nisi te munificum natura cognoscerem.
Tam es solitus esse liberalis:ut in hac re certa postulata nihil dubitem.
Quoniam a te pendet mea salus omnis:hoc quod oro:fac ut exorem facillime.

Titulus.xiiij.

Communis amicitiæ causa familiaris.

Ea debemus amicis singula:ũt Plutarchus docet: quæ no/bis ipsis. Propterea uoluerũt Lycurgi leges:ab amicis uel ditissimis in amicorum caueri causis:nisi cum ijsdem diui/tib⁹ eæ causæ propriæ crederentur. Agit istic Curius cau/sam:qui mihi supremo est amicitiæ genere coniunctissim⁹ Ago causam hanc egoipse:cum nullo sit a me diuisus ille. Afficitur is iniuria. Ad me pertinet. Iure in eius agitur cau/sa: Ad me attinet. Quid nam suum ille scit esse: quod mihi cõmune uel ipse diffiteatur: uel ego nõ affirmem? Te igi/tur rogo uehementius ut amicitiæ communem hanc esse causam ducas:nec a Scipione Lælium separari posse:nec a Curio Ludouicũ. Sum⁹ animis ita coniuncti: ut animus ab Aristotele coniunctus dicit' esse corpori:ut lætanti conlæ/tet':& dolẽti cõdoleat. Communem mihi uitã cum eo cõ/paraui:cõe uiuo fatum:communẽ quoq; subirem mortẽ. Tu me amas:hũc ama. Tu me foues:hũc foue. Tu me ui/des:huc uide. Nihilo differimus alio:q̃ facie. Vultus ẽ idẽ:

Plutarchus

Leges Lycurgi

Aristoteles

Vult⁹ scd̃m Tullium quem a uolendo definiuit Tullius dictum esse signum ap parēs in facie: secundum animi uotum. Vnde illud extat

Ouidius.2 metamor. Nasonis .Heu q̄ difficile est:crimen non prodere uultu. Mente non dissimili:pari studio:paribus officijs etiam cu/ pimus fungi:nec alius cuiusq̄ est muneris particeps: cui⁹ alter possit expers appellari. Superest ut in eo me totū eē ducas.Bene uale.Ex Mediolano.viij.calendas Ianuarias.

Communis amicitiæ causa familiarissima.

Iniuria lacessitus est a conciue tuo Marcantonius amicissi mus meus.Communis amicitiæ causa fecit hāc iniuriam: nō ad me minus attinere q̄ ad illum.In illo enim ego sum: facitq; firmissimum hoc & uerissimum amandi genus: ut neq; ab me absit ille:nec ego ab illo abesse possim. Debet qui est iniurius uindictam dubitare.Is iniquus certam ha/ bet:quam expectet propediem:putetq; non esse nos mē/ te tam abiecta:ut ulcisci hanc nequiciam nesciamus.Facie mus id quidem:& maiore multo mensura.Commune sibi odium suisq; comparauit omnibus & meum & amici: hoc est duorum ingenia: uno spiritu: duorum tela:uno ictu: quod ut eum admoneas:te plurimū oro:ut intelligat: q̄d egerit Bene uale. Ex Mediolano.vij. calendas Ianuarias.

Communis amicitiæ causa:grauis.

Trito illud Græcorum uerbo a nobis usurpatum est: ut amicorum omnia sint communia Quamobrem inter eos interdum contēdi uisum est de morte quā uterq; sibi mal/ let:ut amici succurreret uitæ:qui fuere apud ueteres com

Cicero in officijs Phythias Damon muni amicitia cōiunctissimi.Nā cum Phythias & Damon amicissimi quidem illi ad Tyrānum Siculum cōuenissent a quo alter esset neci destinatus: peteretq; ut se ire domū sineret:testamentum æditurum:ordinaturumque nego/ cia domus suæ:pro eius reditu alter cauit:ea lege ut si non rediret pro eo cederetur. Miratus paulopost tyrannus eius reditum ad paratum interitum: ut amicus uiueret: necnon utriusque contendentis uoluntatem moriendi ne periret amicus: nihil magis optauit:q̄ ut tertius illis

annumeraret:quorum omnes erãt cõmunes causæ. Eodẽ fere contẽdẽdi genere:amicũq; sibi præferẽdi cognitus est apud Dianã illã Turicam:cui a Thoane uiro Ephiginie solebat alter ex hospitibus immolari:cogniti sunt Orestes & Pylades:ac seruatus uterq;. O iucundissimum amicitiæ genus:quod neq; lætos deserit:nec mœstos: nec magis uitæ cedit:q̃ morti. Quid si potius in luctu ac rerum acerbitate uerum cognoscitur cõmunis amicitiæ fundamẽtum ac robur:q̃ in exultando! Nã ut Sappho: in aduersis optimi sunt amici. Nã prospera semp amicos habent. At ut Seuerinus ait: Qui cecidit:stabili non erat ille gradu. Vos in eũ estis religionis nostræ sacerdotẽ ac theologũ inuecti: omniq; hunc contumelia iniuriaq; insectati:qui ut uir doctissimus est:atq; omni probitatis: innocentiæ:integritatisque genere splendidissimus:sic mecũ ea coniunctissimus amicitia:ut cõmunia mihi ducam huius singula. Iniuria non est hic igit' unus a uobis lacessitus:at & ipse cum illo mihi' propriam illatã iniquitatẽ esse duco. At qui despexistis eũ talem ac tantum:cõtemnetis & me pariter: nec a me magis uobis esse censebitis metuendum:q̃ ab ipso timueritis. At quod primũ est:occurrat uobis Virgilianũ: At sperate deos memores fandi: atq; nefandi. Nec existimetis:quia nõdum uos plectit:oblitum uos esse Christũ. Nã ut Valerius ait: Lento gradu ad uindictã sui diuina procedit ira. Tarditatemq; supplicij grauitate cõpensat: Verum & homines nos haud censeatis tã esse uel rationis expertes:uel humanitatis:ut nesciam⁹:nolimusq; docere q̃ inique tulerimus: & infensi feramus:ut inulta hæc remaneat iniuria. Cõmunis amicitiæ causa:uitã meã & rem omnẽ in hoc uindictæ genus debere me conferre:nõ nescio: at contra scio mihi oẽs defatigandas propinquitates: ut eis sim adiumento: qui uel mihi profuere:uel amico:cuius cõmunem causam semp ago. Quod si id non seruaret':frustra pro ulciscenda Patrocli morte:apud Homerum æacides se prælio insecutioniq; asciuisset Hectori:a qua iureiurando iratus in Aga

Orestes Pylades

Sappho

Boetius

Virg.i.æne.

Valerius

Homerus

memnona se abdicarat. Illorum qui cõmunẽ amicitiã tam diligenter obseruarũt: & ego uestigia imitatus nihil omissur⁹ sum: quo minus hanc in amicum illatam iniuriã æque ac in meipsum ulciscar. Rẽ habes qui contra sentis. Ex Mediolano. vi. calendas Ianuarias.

Synonyma cõmunis amicitiæ causa.

Amici mei causa mea est.
Omnia quæ amicus sentit: ego sentio.
Nihil ad amicum attinet: quod ad me non pertineat.
Quicquid amicus sentit: ego experior.
Si quid amico accidit: mihi euenit.
Amico iucunda: mihi sunt uoluptuosa.
Fac ut amico placeas si uis placere mihi.
Nihilo mea mens differt ab amico.
Quæuis amara mihi: sint amico prius.
Cor meum cum amici corde coniũctum est.
Nulla sunt in amico: quæ non sint in me pariter.
Difficilis æque sum in amici luctu: ac in meo.
Cum de amici commodis & incõmodis loquor: de meis me loqui crede.
Nulla cogitatiõe uel in re minima sum ab amico disiũctus.
Nihil est tã mihi mecũ: qđ ab amico sepatũ esse uelim.
Quod me curare quis uelit: faciat ut amicus curet.
Cui me⁹ ẽ amicus fautor: is me sciat sibi futuꝝ adiutorẽ.
Nulli est uel patris tam cara causa: uel filij: q̃ mihi quæ mei sit amici.
Nihil inter ueros amicos est non mutuum.
In amici uita: mea quoqꝫ stat uita.
Ab amici pendet incolumitate imprimis mea salus.

Titulus. xv.

Iocosa de se familiaris.

Ego nihil unq̃ pluris feci: q̃ ut graues & modestos honore: sic leues & petulantes aliquo afficerem incommodo.
Hesiodus — Sic em̃ me admonet Hesiodus epigrammate suo dicens: Vt grauis atqꝫ bon⁹ titulis iactatur honestis. Sic malus assi-

duis constet & ipse iocis. Eo enim pacto ut Plinius docet: Plinius
boni ad uirtutes alliciunt: mali a uitijs deterrent. Cum ho
die noster ille theologorum simia in iocularium patrum inci
disset: iamq; supra modū se iactaret: ad meq; conuersus au
deret de theologicis subtilissimis uelle contendere. Quis
nā dixi O cucule noster futurus est arbiter: ne diem inglo
rius terā? Percunctantibus qui astabant: plærisq; bonis pa
tribus: cur eū cuculun appellassem: fabulam satis iocosam
dixi: Cuculus ausus est cū philomena uelle de cantu: mu/ De Cuculo
sicaq; certare. Coacta illa in certamē descēdit: Asinus dele & philomēa
ctus est iudex: quippe qui primus illac transierit: quia pri/
mū transeuntē iudicem delegerūt. Audiuit hic auricula/
tus utrunq; canentē: Philomenā modulis ad æthera uolan
tē: cuculum suo illo incōcinno cuculatu in idem semper se
flectentem. Tandem sic cēsuit: Ego te philomena tot gar/
ritibus usam non capio: hunc intelligo: qui latine cantat &
apte. Hic meo quidē arbitrio te supat. Hac fabula dimissus
ē cōfusa simia nostra. Vale. Ex Mlo. v. calendas Ianuarias.

Iocosa de se familiarissima.

Si quid agā: quæris: dormio. Nā inter assiduas hic sum ne/
bulas: nec lux est ulla interdiu: nec cum quibus cōmenter
de re ulla: inuenio socios. Fratres meos a somno uix pos/
sum excitare. Credo mundum ruiturum. Dormio: ut me
dormientē mortis dolor minus afficiat. Ad hæc autem ne
mortuorum me inuadant cadauera solū. Nam cum adsint
oēs in cellulis: ego quid solus contra tot luce functos aude
rem? Quid quod eo magis mihi dormitandū est: quod hic
insurrexit frumenti caritudo maxima? Itaq; ne sæpius pa/
nem quæritemus: qui negatur assidue: dormim9. Quod si
ad me scriptur9 es quippiā: fac ut eam expectes diē: q̄ nos
Aplus uocet: inquiens: Hora est iā nos de somno surgere: Apostolus
cū hacten9 Christū audiam9 dicentē: Dormite iā & requie Christus
scite. Nā & uos piter omnis dormire cōiector: nihil ad nos
mittētes litterarū. Ex Mediolano. iiij. calendas Ianuarias.

Iocosa de se grauis.

Cum uellem ad te grauiter quicq̃ scribere: tũ occurrebat iocosa de me materia. Distrahebar a scribendo: sicque me cum ipe dicebã: Ad uirum grauem iocos scribam! At quo pacto grauis esse iocando possim! Tum redibam in mentem: cũ meminissem: & Ciceronẽ de cauillandi: iocandiq; gratia satis eleganter locutũ: & Demosthenem apud Græcos idem factitasse: & plærosq; uiros doctissimos summam laudẽ iocando cõsecutos. Quid est em̃ aliud iocus (unde cauillum & facetiæ predeunt) q̃ genus quoddam & artificiosum & urbanũ: quo uel mores alicuius cum modestia accusant: uel frænũ inijcit insolẽti: uel inter amicos & pares aut nõ multo dissimiles ridẽdi materia nõ ꝑcaciter exhibet. Nã qs te fili accinxit ensi dicẽs Tullius: & risum cõmouit: & magnã multorũ sedauit animoꝝ pturbationem. At quid illud apud Græcos de duplici. D. D. in oraculi sorte inuẽto: quo uolebãt aliqui scriptum interpretari: Dominaberis Dionysi. At ioco dictum: delyras Dionysi: omnem in Dionysij uim ac mentẽ sñiam pendentẽ reuocauit! Prætereo Terentianũ illud inurbanũ. Tute lepus es: & pulpamentũ quæris. Ad me uenio: qui cũ nuꝑ in corona uirorũ essem clarorũ: allectus sum ad iocandũ a nescio quo: quem & si: ut Virgilius ait: fama obscura recondit. Est tñ ea & auctoritate apud multos principes & gratia: ut nõ sint eiꝰ responsa: quæq; in eũ rñdent: negligẽda. Is em̃ in nostros sacerdotes inuectꝰ: dicebat eos edaces: uoracesq;: ebriosos: libidinosos: & hmõi confectos uitijs. Ego respõdi: qđ in Petrũ Aplm̃ dictũ phibent: Loquela tua te manifestum facit. Rogãte illo: qd dixissem: Idẽ alijs cõplexus sum uerbis dicẽs. Qui de terra est: de terra loquit. Percũctante rursus illo satis litterarũ ignaro: quid dicerẽ: mutatis iterũ uerbis eandemq; secutꝰ sententiã subdidi Virgilianum illud. Nauita de uentis: & rursus eo molestius instante quid dicerẽ: in illud Satyricũ incidi. Tractant fabrilia fabri. Cum autẽ omnino uellet uulgi more latinius ac communius ab me exprimi: quid demum uellem: sic ego. Cõstituit Gãmarus

Cicero. Demosthenes

Tullij iocus

Græcorũ D. D.

Terentius

Vir. v. æne.

Euangelista

Christus

Virgilius

Horatius

cum uulpe de cursu certare: dicẽs ad currendũ se paratissimum cum olympionicis posse contẽdere. Vulpes irridebat primo gammarum bestiolam admirata: mox instantem audiuit. Sed cũ iam cursus decreuissent spaciũ a quodam riuo: in quo erat gammarus educatus: ad alium usq; riuum: in quo fines erant prati: per quod currere cõstituerant: subdidit gãmarus ipse: currere cum uulpe non uelle: nisi eã sibi tanto præponeret interuallo: q̃tum eius uniuersũ cõplecteret corpus. Nolente uulpe: quæ satis esse dicebat cõtentione: uel sine hoc pluri. Gãmarus instabat hoc uelle: ut maiorem assequeret uictoriã. Tandẽ eius importunitate cõmota uulpes cõditionem accepit: Spacium designatũ est: & extendentis caudã uulpis totũq; ad bene cõmodiusq; currendũ corpus pilũ accepit caudæ gãmarus: ex quo penderet: qđ illa præ pilorũ multitudine non præsensit. Mox dato signo: a carcerib⁹ ad calcem (ut aiunt) uulpes gãmarum leuissimũ ꝑtulit caudæ pendentẽ: cũque se conuolueret: ut eũ quẽ existimabat adhuc esse in prima linea: irrideret: is sese prostrauit: & ictu caudæ uulpinæ in proximũ finitimũq; reiectus est riuum. Clamante autem illa: ubi nam es o bælua: respondit is: ubi tu o fera? Conuoluens ad illum se uulpes: illis est usa Psalmistæ: Hoc est mirabile in oculis nostris. Potes & tu fortasse bñ ac leuiter currere: sed cursoris certe faciẽ non refers. Hac fabula irrisus est ille mihi: qui uellet alios quasi uir grauissimus accusare: cum nihil haberet in se nõ leuissimum. Titubare cœpit ipse. Alios cœpit risus non mediocris. Rem habes. Vale. Ex Mediolano. iij. calendas Ianuarias.

Fabula de Gãmaro & Vulpe

Psalmista

Synonyma iocosa de se.

Ego mihi iocando non indulgeo.
Nihil prætereo: quod ioci sit.
Cum desunt alij: sum in meipsum iocosus.
Habeo quid iocer: uel in memet.
Cunctos iocis adeo.
Neminem sine iocis prætereo.

Tam mihi sunt facetiæ multæ:ut eas nõ possim obliuisci.
Nullius rei facilius:q̃ cauillandi memini.
Non prætermitto cauillandi rationem.
Mordeo multos iocis.
In plærosq; iocando ueritatem exprimo.
Magna mihi est de facetijs cura.
Adhibeo præter cæteram maximam facetijs diligentiã.
Et si res graues nunq̃ obliuiscor:iocosas tamẽ nõ reijcio.
Græcos imitor:q̃i cauill' maxĩam uim eloquẽtiæ statuerũt.
Habẽt ioci nescio quid mordacitatis urbanæ.
Facetos ego uiros plurimi facundos duco.
Cupio in omnibus iocis uti non indecoris.
Video plurimũ ꝓdesse facetias: si nihil habent scurrile.
Iocosos homines maximi facio.
Supra facetos uideo nullos hodie in precio.
Cauillorum audio legem antiquis usurpatam.
Plurimum iocis oblectari uideo cunctos.
Ad facetias omnes intueor modestas inclinari.

Titulus.xvi.

Iocosa de alio familiaris.

Accepisti an nondũ quidẽ nostri Curij facetias! At ego tibi hominis omnẽ uolo laudem notam esse. Est ut illo utar Hieronymi:non minus in cauillando:q̃ in accusando pronus. Vt Curius est:ita nomine suo dignissimus:cui nihil ꝓbari potest sceleratũ. Is ubi nescio quem intueretur bonos omnis irridentem assidue in Curium iam risum apparasse: hunc uocauit in hominũ coronã: conuentũq; non paruũ: atq; ait. Scis ne bone uir:cur canes latrent:illo respondente:quoniã fament: subdidit: male sentis: at quoniã eorum hoc fert & usus & natura. Verũ intelligis: quare infantes a laruis defleant uisis:dicente illo: quia lac nõ habẽt:quod emungat: addidit:nec id quidem bene:sed metuunt a bestijs sibi formidolosis. At tenes:cur leone uiso asinus rudiat: illo referente :quia metuit: nec id quidem bene: sed quoniam paratũ uidet regem: a quo possit uorari: natura

Hieronym⁹ Curius

id facit non metus. Quid annuerent hæc problemata: po/ stulanti respondit: posse in eum conferri singula: qui con/ suetudine naturaq; canis semper latrat: nec quid in quenq̃ loquat᷑: cõsideret: eum uero non audere quicq̃ apud larua tum loqui: cũ uideret bestiã hunc esse: qui laruatum se ho/ minem diceret: quasi simiam: irrisorem cœlitum: ipsi uero posthac se suiq; similibus uisis: quasi asino: apud leones ru/ diendum assidue: nec prohibendũ ei quidem sua sentẽtia loquacitatis: fatuitatis: scurrilitatisq; precium. Risere Curij grauissima & commodissima cuncti. Vale. Ex Mediolano pridie calendas Ianuarias.

Iocosa de alio familiarissima.

Petrum nostrum scis esse inuersum: nolui conuersum dice re: ut cauillo uti liceat litterarũ mutatione. Factus est enim noster monachus: uouit: ut ait: se nunq̃ peccare in seipsum: ea ut opinor mẽte: q᷑ suã cupiditatem fraudabit nũq̃. Ani mi se rõnem habiturũ constituit: hoc est q̃tũ anim⁹ reddat uoluptatib⁹. Bonus est totus: nã cognomẽto dicit᷑ bonus. Quis eo melior: qui se non negligit? Teipsum audi: ad Cu/ rionẽ scripsit Tullius. Id obseruat hic noster: præter se ne/ minẽ audit. Per infamiã (inquit Apl'us) & bonã famam: id istud curat: sibi parat infamiam: suis reliquis uiris optimis bonã famã: Totus (ut uno cõcludã uerbo) ioc⁹ est: qui ne/ dũ alios (ut in se iocent᷑) cõmoueat: uerumetiã in seipsum ipse iocari nõ desinat. Vale. Ex Ml'o calendas Ianuarij.

Tullius

Apostolus

Iocosa de alio grauis.

Ois humanæ uitæ rõ: quæ pro uirtutis consuetudine sit in uenta: ut inquit Lactantius: non nisi cum uirtute coniun/ cta censenda est. Cauillis autem & facetijs qui uti sciunt: plurimumq; (ut Plinius de Martiali ait) habet salium: quasi condimento suauissimoq; ad panẽ obsonio munitus acce/ dit: cũ enim inueniant᷑: qui mordere alios suis ineptijs ap/ parati neminẽ metuunt: sed & inurbani sunt in cauillando & scurriles: ut mimi solent in scænis: aut ad mensas parasi/ ti. Iocosi uiri docti sunt: a quibus illi cogantur resipiscere

Lactãtius

Plinius

Polybius

aut non assidue furere:ut ait Polybius. Mutius igitur hic noster:quē appellamus aliquando mutū:non est tibi nunc appellandus mutus:neq; rursus loquax:sed eloquēs & iocosus. Nam cū esset in corona curiæ: a qua neq; milites ab essent:nec sacerdotes:nec principes:inuasit eū stultus ille nebuloque Pasinus:quē palatinū scurram:ut Iuuenalis Paridē Pantomimū uocat:merito sumus uocaturi: petijtque quid nā esset:cur rideret non nunq̄:sæpenumero uero fleret. In pte respōdit Democritū imitor & Diogenē:qui eius cemodi fuissent. Quare petijt ille: nō in uniuerso at in pte imitaris? Quia illi subdidit:aut hoīm ineptias omniū ridebant:aut inanis opationes:uoluptatesq; :quibus merguntur:lachrymabāt. At mihi nō omniū ridendorū dolendorū ue labor adhibet: sed illius dūtaxat conuentus: in quo uerseris. Risum eñ ab ijs nō cōtineo: qui tuis oblectentur insulsissimis salibus: ab ijs gemitus mihi ministratur: qui quicq̄ in te conferunt adiumenti. Quē me dixit ille: credis esse? Non credo respōdit:at scio certo te canis simillimum qui aliquibus adulat:ut edat. Es enim edacissimus colax: in aliquos latrat:qui eum uerberibus ab se pellunt:ut tu in eos soles mordendos esse diligentissimus: qui te quidem indignum appellant:in quē uel munera perdant uel cœnæ. Esto canis:sim ait: Quid deīde? Simia dixit. Quare me simiam? Quia cū neq; hūanitatis habeas quicq̄: nec officij: nec loquare:nec audias:qualē Albertus eā esse descripsit: faciē tamē hominis præ te fers:dētesq;: at nutus bestiolæ: & ut Iuuenalis ait:Es fraterculus ille gigātū. Hisce iocosissimis:sed uerissimis quidē uerbis obmutuit ille: tamdiuq; siluit:q̄diu risimus oēs. Mox ad astantes conuersus:minime pudebit me inquit cœnare propterea. Vide qualis ē uterq;. Bene uale. Ex Mediolano. iiij. Nonas Ianuarias.

Iuuenalis de diogenis & democriti risu

Albertus

Iuuenalis in crispino

Synonyma iocosa de alio.

Est hic uir iocosissimus.
Dicit hic omnia facetosissime.
Nihil hic loquitur iniucunde.

Est in hoc homine plurimum salium.
Ex huius uerbis assidue ioci pullulant.
Nullum est huius sine cauillo uerbum.
Abundat hic in omnibus uerbis iocandi condimento.
Vt hic est facetosissimus: sic & urbanissimus.
Quo pacto nihil immodeste hic ꝓfert: sic iocis ad rẽ utitr: & personas cõmodissime.
Ex hoc homine loquente inter amicos: plus hauris salium: q̃ ex alio ineptiarum.
Nunq̃ hic facetus esse solet inurbanus.
Quid est quod hic sine summa ratione cauilletur!
Qui hunc mordet insipide: ab hoc mordetr sapidissime.
Ad huius uirtutes reliquas accedit: quod est unice facet?.
Eam hic habet in iocando gratiam: ut nullius accusatione castigari debeat.
Tanta est huic in cauillis modestia ut nihilo excedat.
Quis hunc dicat mordacem!
Omnibus bonis huius facetiæ placent.

Titulus.xvij.

Seria de se familiaris

Nisi laudẽ ueteri accepissem Romanoq; uerbo: in ꝓprio sordescere ore: seriũ nescio q̃d atq; graue de me scriberẽ. Accessit huc noster commilito: qui regentis hic titulo conductus ad docendũ esset: Arbitratus est se Pythagorã philosophãdo cẽseri. Scotũ ipsum sapientiæ nodis enucleandis. Sæpenumero in illud ꝓuenit Ciceronis: ut & superbũ se declararet: qui nihil responderet: & cõtumeliosum: qui male respõderet: uelle plus sapere: q̃ oporteret: aduersus Apl'i præcepta. Vbi plurimum hæsitatũ est utrinq;: & apd' hũc qualẽ sese in nos patefaceret: & apud nos: qualem existimaremus: tandẽ cœpit se iactare: neminẽq; sibi philosophũ: aut theologũ dicere parem in uniuerso terraꝝ orbe: nos uero iudicamus hũc malos educasse clientes: a quibus non laudatus seipsum iactaret. Interea & in me fremebat: qui sibi nõ deferrẽ q̃tũ uellet. Ego tũ palã eã honorabã: tum

Pythagoras
Scotus
Cicero
Apostolus

priuatim: ut sese ipse uinceret: frustrareturq; spe sua. Cupiisset em ab me contẽni: ut dissidij cãm inueniret. Tãdem se se leuissimũ apuit: hinc abijt: assidue sibi arrogãs multa: me paratũ inuenit taciturnũ: supbus humilẽ: loquax elinguẽ: ebriosus modestũ: gulosus continentem. In ieiunijs: in uigilijs: in canonicis horis est cognit⁹: qualis esset. Hæc grauitas mea. Bene uale. Ex Mediolano: iiij. Nonas Ianuarias.

Seria de se familiarissima.

Iam dudũ egi cũ Lucio litem: sed ita quidem: ut non litigasse: at potius disputasse uidear. Egi enim unã cãm nec probris unq̃ contẽdi: nec iniuriarũ ullo genere. Si quid ex candescebat: nihil ad contumelias respõdebã: nihil ad minas: hoc dũtaxat: cũ resipisces: hãc exues mentẽ: nunc tui non es cõpos: tibi non obtemperas: perturbata loqueris ratione: Rabies eũ aliquãdo furorq; uidebat̃ inuadere: lingua nutu: oculis: gestuq; totius corpis loquebatur. Eo eram in petulantẽ minus exasperatus. Risu cogitabã hũc opprimi Cũ pacatiore cerebro quiescebat: tũc argumẽtis a me uincebatur. Vale. Ex Mediolano pridie Nonas Ianuarij.

Seria de se Grauis.

Nihil arbitror in uita digni⁹: q̃ in serijs assidue grauibusque uersari causis: quæ (Salustio teste) ut homines p se laudãt: ita semp ad uirtutẽ inclinant. Quis enim in re leui uersatus assidue (ut Basilius inquit) potest esse haberiq; non leuis! Nã qui de terra est (ut Christianũ est illud) de terra loquitur: tritoq; apud Hesiodũ græcorũ dicit̃ uerbo: auẽ garritu nosci. Grauitatem iccirco ueteres in Catone laudant: leuitatẽq; in plærisq; sermonis uitupant. Mihi nup id contigit: qd̃ neq; sperabã: nec expectabã ut quidam me hypocrita nõ temptauerit solũ sermone immodesto: sed coegerit: q̃ sit serius sermo meus: aperire. Cum prædicaret enim: & ad eũ conuenirent plærisq; uiri boni & simplices: & fortasse famæ cupidi: ego uero minime: publica me cœpit insectari prædicatione: illa solita hypocritarum seruata clausula: se mei misereri: quẽ uideret hostẽ esse uerborum dei:

Salustius
Basilius
Christus
Hesiodus
Cato

qui nunq̃ ad audienda præcepta Saluatoris accederẽ. Ad huius eo die auditoriũ accedens: priusq̃ e pulpito descen/ disset: hæc sum pcunctatus: ut diui Thomæ remedio usus publicũ hunc accusatorẽ: publice docerem accusandum. Quæro bone uir dixi: Nũ deus ipẽ sis? Eo se deũ negante: subdidi: Quænã igit' lex docet: qui ad te non audiendũ ac cedit hæreticũ esse? Quoniam ait: Ego hic sum qui loco do mini loquor. Vbi mandatũ dixit? Quis te pcuratorẽ insti/ tuit? Ego ne tibi credam: quẽ contra sunt omnia dicta? Te/ mulento sobrietas: Ignauo sollertia. Furenti prudentia: Im perito doctrina est contraria. Quis te in his uirtutibus cre/ dat recte loqui qđ nescias? Venitq; in mentẽ Iuuenalis car/ men. Loripedẽ rectus derideat: æthiopem albus. Et rursus Quis ferat Gracchos de seditione quærentes? Debet ut Chrysostomus docet: a nemine posse incusari: qui accusat alios. At ille obmutuit: nec quidẽ ausus est ad ea responde re: quæ addidi ad eius uitia: Seria fuere omnia hæc a do/ ctissimis iudicata. Bene uale. Ex Mľo Nonis Ianuarij.

Thomas.

Iuuenalis in 2. satyra

Chrysosto mus

Synonyma seria de se

Nihil est mihi seria oratione carius.
Grauis sermo cunctos decorat.
Qui sapit sermonis dignitatem: in sententiarum crebrita/ te sitam iudicet.
Orationis laus omnis in serijs esse debet composita.
Si uis loquens omnibus esse iucundus: grauis esto.
Nemo se cuiq̃ grauitate uerborum ingratum existimet.
Abhorret ab oib⁹ oratio nõ grauis: at seria cũctos delectat.
Quis est tam alienus ab omni doctrinæ genere: cui graui/ tas: pondusq; uerborum non placeat.
Nemo tam rudis est: quẽ nõ delectet plurimũ oratio seria
Iocosa nutriunt aures: at grauia mentes.
Animis hominum sermo serius esca quædam est: omne ui uacissimum afferens nutrimentum.
Oratione graui maximopere lætor.
Tam est mihi uoluptuosa oratio seria: q̃ quod maxime.

Cum in uerba peruenio grauitatem præ se ferentia: nihil inde me facile detrahit.
Sum rebus uerbisq; serijs deditissimus.
Seria quæq; in epistolis me sibi ascripticium asciscunt.

Titulus.xviij.

Seria de alio familiaris.

Quam sit noster Curius grauis in omni re sua: uel eius sermo manifesto docet. Est enim totus serius. Disceptauit nūc de diuinis publice in clarissima theologorum corona. Quis possit (uel si centum habeat Homeri: quas Persius replicat linguas) describere: q̄ omnia dixit serie. Credidit aduersarius hūc cauillis mordere: nūc Mercuriū ægyptiacum uocans: nunc Colossum rhodium: nunc circulum ad tabernam. Hic tulit iniurias: uerbis respōsa reddidit q̄ grauissima: eo illi turpius esse: qđ loquacior ab elinguibus superaret᷑. Tandē in id deuentū est: ut interminatus fuerit aduersarius. At Curius: q̄ grauissime dixerit: non iniuria constituisse iuscíuile: opus esse facto ubi uerba non sufficerent. Propterea sibi cedendum duello: non contentioni. Dic ille inquit: si nō cedis: Imo nihil hic ait: cedēdo taceo: ne te cogā: ut Terentius uoluit: Ex stulto insanum reddi. Cognouerunt Curij grauitatem omnes: illiusq; leuitatem. Bene uale. Ex Mediolano. viij. Idus Ianuarij.

Persius

Mercurius ægyptiacus Colossus rhodius

Terentius

Seria de alio familiarissima.

Voluissem: affuisses cum hic noster Curius compulit nos suā grauitatē supra modū admirari: aduersus petulantiam Marcantonij: cuius contumelijs afficiebat᷑ assidue sua in lite: fuit ea uerborum seriorū modestia ut nil grauius dici queat. Ille maledicebat: hoc semꝑ benedicente: Ille hunc stultum uocabat: hic eum sapientem: Sic tandem: Si tua istæc sermocinatio sapientis est: mea stulti: quæ contraria tuæ. Vale. Ex Mediolano. viij. Idus Ianuarij.

Seria de alio grauis.

Curius noster uir grauissimus: & si nunq̄ aut fecit quicq̄ nō permodeste: aut cogitauit nō prudentissime: aut locutus

est non serio quibus uirtutum generibus reliquos huius ætatis superauit omnis: nunc tamē ea & cogitauit: & dixit & fecit: quibus seipsum superauit: ut illo utar Isocratis. Nā cū in hac urbe delectus fuerit prouinciæ monachorum nostrorum præses: aduocauit primū in consilium ex omni ordine ministros atq; custodes: habuitq; orationem & copiosam & elucubratā diligēter de ijs omnibus: que deceat illos obseruare: qui uitā religiosam delegerunt. Hac autem paucis complexus est: quibus ordo noster teneať uotis: tātasq; tū castitatis: tū uoluntariæ pauptatis: ac obediētiæ laudes protulit: ut incredibile dictu sit. Nam & ab Aristotele declarauit has esse institutas leges uitiorū fugādorū: qui uirtutem distinxit in continentiā uirtutē: & heroicā: & christiano exemplo id apertum est: cum non permisit se Saluator temptatus a spiritu in incontinentiam delabi: per panis oblationem in summa fame: nec in superbiā: per hortationem: ut se deijciēs ex pinnaculo speraret ab angelis in manibus suscipi: nec in auariciam: per regnorum omniū promissionē: si cadens adorasset eum. Addidit & illud Iohannis: quicquid esset in hoc orbe: aut in castitatem esse carnis: aut uitæ superbiam: aut oculorum incontinentiam. Proptereaq; religiosum aduersus ea mūdi pericula debere sese ascribere castitati: obedientiæ: paupertati. Mox in hæc explicanda descendit: execratus libidinem supra modū: quæ cæcū sequereť ducē: cū qua esset omnis immunditia: omnis turpitudo. Supbiam uero illam fuisse docens: quæ coegit primos spiritus in abyssum cadere. Auariciam pari modo illinc originē duxisse a qua fiunt homines immanes in pecunia optanda: quā ut inquit Cicero: Nemo sapiēs cōcupiuit: & Sophocles dicit: Auri cupiditatē abiectione mentiū gigni. Deinceps ubi consulto cum patribus multa cōmentatus est ad religionem pertinentia: cunctos adiuit conuentus: alios puniuit peccantes: alios castigauit errantes: aliosq; ad uirtutes (ꝓpositis etiam præmijs) inuitauit: ea uerborū grauitate: ut admirati sint oēs: maluerintq;

Isocrates

Christ⁹ temptat⁹ a diabolo

Iohannes in sua canonica

Superbia

Auaricia

Cicero

Sosphocles

huic obtemperare: uel acriter uerberanti: q̃ alteri uel hu/manius mitiusq; cogenti. Vide q̃tum inter hominẽ hunc huiusq; cuncta seria: & alios aliquando acerbiores (sed le/uiores) intersit. Bñ uale. Ex Mediolano. vi. Idus Ianuarij.

Synonyma Seria de alio.

Certe hic uir est grauissimus.
Hoc uno quis magis serijs delectatur!
Est in hoc tanta grauitas: ut nihil nõ loquať serio.
Tanta est in Curio uerborũ ac sententiarum copia: ut ad/mirabile sit.
Verborum ac factorum hic pondere ac mensura cunctos superat.
Nihil ab hoc profertur insipide: nihil immodeste.
A nulla grauitate abhorret hic noster.
Est huic oim in serijs & cogitãdis: & dicẽdis haud inferior
Vt cogitat hic omnia mature: sic facit consulto.
Temeritas & insolentia dicendi agendique Curio est pro tinus inimica.
Prudẽtissime Curius cuncta rimať: & consultissime pficit.
A Curio tam abest leuitas: q̃ ab insanis grauitas.
Cum Curio nulli stulto quicq̃ est cõmercij.
Tanta est huic cũ sapientia familiaritas: ut ab ea nullis ui/tæ suæ partibus possit disiungi.
Curius cum est in agendo prudentissimus: tum in dicen/do grauissimus.
Vtinã oẽs qui serijs delectanť: Curij similes fierent.
Si res publicæ Curij similibus manderenť gubernandæ: fœlicissime semper essent.

Titulus. xix.

Imperatoria familiaris.

Et si nõ dubito: uos milites huic ædicto continuo fore ob/temperaturos: nec multis arbitror opus esse ad eos adhor tandos: qui fuere semp mihi obsequentissimi: ut adijciam tamen calcar equo sponte cnrrenti (ut Euripides dicit) uo/bis impero: ut ad diem constitutam in castris cum impedi

Euripides

mentis iam sitis. Dies autē erit. xij. calendas Aprilis. Martis enim fauore fræti: qđ ueteres factitarunt: bonis procedemus auspicijs. De uictoria nobis: ac hostilium fortunarum præda nobis ē nihil dubitandū: cū infirmi sint illi: nobis autē nihil ex his desit: quæ inquit Cæsar ad oppugnandos hospes necessaria. Nam & militū numero ac præstantia illis antecellimus: & gloriæ cupiditate: quæ in omni adeundo discrimine plurimū ualet. Facit enim ultra cætera quæcꝫ militum præmia hæc nobis proposita immortalitatis merces: nos ad omne facinus magnū & memoriabile pronos. Venite igit̄ iussu imperatorio: nec nisi uelitis meam indignationē in uos experiri: ullo pacto desistatis. Valete. Ex Mediolano. v. Idus Ianuarij. Cæsar

Imperatoria familiarissima.

Non ignoratis: ubi castramentari constituerim: & ad quæ nos oporteat accinctos esse. xij. calendas Aprilis dies est designata: qua prodeatis in castra. Quā uos deceat obtēperare imperio: non nescitis. Ad hæc & paratissimos uos esse duco: & unice promptos. Itacꝫ nihil opus est: pluribus hic certare. Fierem in dicēdo longior: si crederem uos esse ad obediendum difficiles. At ut seruet̄ militaris ordo: uobis impero: ne quid excipiatis causæ: cur non ueniatis ad designatā diem. Itacꝫ uobis gratiam meam ad ueniendum dico. Valete. Ex Mediolano. iiij. Idus Ianuarij.

Imperatoria Grauis.

Multæ sunt in impatore causæ: quas nequeūt ij cognoscere quos obtemperare decet: nec oīa sciscitari. Nam ut ait Alcibiades: quæ uidet impator: ipse tenet. Xenophon autē ille philosophus & imperator: alia eē dixit in imperatoribus: alia in militia. Quāobrē & Agesilaus fœlices ait esse milites: quibus imperator ediceret agēda: cōsilia uero nō nisi detegeret in tpe. Scio quid mihi cū hoc hoste designato sit agendū: & q̄ facile possim hūc supare. Nā quæ quattuor debeāt in impatore iueniri: q̄ egregie possideam: nō ignoratis. Nec me iacto: sed uos mea laude in hanc & alias Alcibiades Xenophon Agesilaus

expeditiones animandos esse reor: cum non abesse ab me rei militaris scientiam uideatis: nec uirtutem in prælia̅do: nec auctoritatem in rebus gerendis: nec fœlicitatem in ꝓsequendis: quibus perfectum imperatorem Tullius extulit. Contra uero his fere omnibus carere nostros hostes: uos non latet. Habent nescio quid plus diuitiaru̅. At nos animos eo maiores: corpora eo fortiora. Sunt locis munitissimis. Omnia uincit dies Obsidebimus si ij fortes habent muros. Quid non domat obsessio: ut inquit Cornelius! Obsidioni succumbunt omnia: ut Plinius est arbitratus. Venite uos modo ad diem co̅stitutã: nec si a me acerrime non uultis mulctari: quicquid inueniatis causæ: quo minus ueniatis. Laborabimus fortasse non nihil. At ut illud est Agesilai: Laboris difficultatem spes uictoriæ consolabitur atq; recreabit: ex qua ꝓcedet & merces & gloria. Vos me tenetis. Venite continuo. Ex Mediolano: iij: Idus Ianuarij.

Tullius

Cornelius

Plinius

Agesilaus

Synonyma imperatoria.

Impero ut continuo huc eatis.
Ite in castra imperio meo.
Ne desitis imperatoris uerbis.
Audite hac in re me imperantem.
Hæc est res quam uobis imperator edico.
Præfigo uobis imperatoris gratiam.
Imperatorio uobis hoc præcipio iure.
Facite ut no̅ deficiatis imperijs meis.
Si non exequimini: quæ imperaui pœnitebit uos errati.
Vbi non parueritis imperio meo: subibitis pœnam.
Præstate uos in obedie̅do difficiles: si uultis imperatorem iratum experiri.
Quando nihil ex imperatoris præceptis omiseritis: co̅ducet uobis sumopere.
Deerit uobis apud me nihil: si nihil ex imperijs meis neglexeritis.
Si cupitis a me co̅seq plurima: difficiles uos nu̅q̅ imperijs

meis exhibete.
Estote in ijs quæ uobis impero paratissimi.
Ex præceptis meis despicite (si sapitis) nullum.
Adhibete diligentiã omnẽ in ꝓsequendis: quæ impero.
Sola obedientia: uos in omnem euentũ imperatori q̃ com mendatissimos faciet.

Titulus.xx.

Minatoria turpis familiaris.

Cũ nõ soleãt rõne feræ coerceri: sed minis: ut Alchmæon inquit poeta: qui ferina sũt natura: eodẽ uidenť esse cohibendi castigationis genere. Qꝫ sis ab humanitate distractus o bæluarũ non leo solus: sed elephas: cũ ignores ipse: cæteri non ignorãt: ausus es o temerarie in me debacchari nihil ex ijs omisisti: quæ ad meũ dedecus attinerẽt. Scis esse me ijs & diuitijs & clientelis: ut nihil effugere discriminis ualeas: qď te subire cõstituam: Caue igiť: q̃tũ potes: & tibi cõmilitones istos tuos lenones: ac reliquũ nebulonũ gen⁹ tuo adiũge lateri. Tuebiť te nullus ordo: ne tandem in meos concidas laqueos. Curabo te asinũ bipedẽ ad necẽ usqꝫ deuerberari. Porcũ aũt in cryptis assidue cœnosissimũ: in cloacis abdine in lucẽ hoim ꝓdeas ꝑpetuũ: & patriæ dedecus: & parẽtũ. Iamdudũ tumuisti uentre isto abdomine suffarcinato: nec minus temulentissimis uerbis: q̃ ebriosissimo sensu in omne scelus ꝓlapsus: neqꝫ hoĩes metuisti: nec deũ esueritus: Omne facin⁹ licere tibi attẽptare duxisti: quia nemo te furentẽ correxit: nemo te impudentẽ castigauit. Posthac aut obibis: aut fies mea castigatione minus petulans: minus insolens: minus bestia. Quid qď te audes mecum uelle conferre! Quid qď neqꝫ te metiris nec tua: q̃ uilis es officio: q̃ turpis fama: q̃ in omnium oculis ignobilis: atqꝫ degener! Huic audaciæ opus est me correctore: ut pro illo Hieronymi: Qui loqui nescis: discas aliquando conticescere: cum tibi sit lingua in frusta cædenda: uita uero & spurca & intolerabilis. Ex Mediolano pridie Idus Ianuarij.

Alchmæon

Hieronym⁹

Minatoria turpis familiarissima

Fac ut intelligas bestia: q dispare certemus uoto. Tu nullius estimationis: ego aliquis in eorũ numero: q habẽtur in precio. Tu uir neq̃ qui rem semp agis perperam: ego sine consilio nihil. Habebis meo iussu mercedẽ & dictorũ meorum simul & factorũ. Nam dignus es mercennarius tuo precio: qui nihil dicas ueri: nihil non iniqui. Debaccharis in bonos ois: idq; tibi euenit usu: qđ Simijs: quæ quo magis in altum prouehuntur: eo pudibunda magis detegunt. Dicis ostensurũ te medium: ut Iuuenalis ait: mihi reliquisq; digitũ: qui tibi comminantur. Potes id & soles efficere. Quid si & nates detectas ostẽdes? At feres meritũ ob stulticiã. Quod si te non piget errati: pœnitebit acceptæ pœnæ tibi debitæ Ex Mediolano. Idib⁹ Ianuarij.

Simia

Iuuenalis

Minatoria turpis grauis.

Quãq̃ clarorũ hominũ minæ turpes esse nõ possunt: cum a celebri uiro: ut Cleobolus Lyndius inquit: nihil uel dici: uel fieri turpe quæat: non possum non tamẽ obscœnitate uerborũ uti in te inuadendo. Quid autem est aliud intermiari: ut placuit Maroni: q̃ uerbis inuadere? Tu nihil uel omisisti: uel prætermisisti: quod ad meam turpitudinem attineret: q̃uis ea quoq; turpitudo dici nõ ualeat: quæ bonũ uirum: quicq̃ falso disseminat: ut Augustin⁹ docuit dicẽs: De bono turpe quicq̃ fictum non durat Nec turpe quidẽ est: quod non nisi turpibus fidem facit: nisi omne quod a turpibus prodierit: turpe uocetur. Sed nisi resipiscis: ex capro asin⁹ fies: Caper est eñ hyrcus sine testib⁹: cuius coniunx est multorum usuraria At asini solẽt siluis onusti sæpe domũ duci. Vehere tu quidẽ hac sarcina militari prædit⁹ in quã me uidisti cloacam: in quem tam impudice locutus sis? Num ne tibi uideor dignus: in quẽ insanias? At ego tibi pharmacũ curatoriũ sanitatis procurabo: aut illã cædi tibi studeo uenam: de qua Iuuenalis: O medici mediã pertundite uenam: & de qua Persius. Nec enim mihi cornea fibra est. Caue tibi neq̃ bestia: ut satyrico utar uerbo. Di-

Cleobolus

Maro

Augustin⁹

Iuuenalis

Persius

cent aliqui:nõ esse te murem leonis ira dignũ:aut cyricem aquilæ furore puniẽdum. At ego nullũ excipio plectendũ qui me lædat. Nũq̃ enim castigarent insani: si uiuerent ho die qui Periclis atq; Socratis patiẽtiam aduersus maledicos maleficosq; laudabãt: Irridentur nũc qui nõ ulciscuntur iniurias:iniustiq; ducũtur: qui eo tolerantiæ genere alios ad idem inuitant criminis. Ego te cogã in Syllæ pediculare incidere morbũ: & in insomnia ei⁹:in insomnietatemq; Marii de q̃ errãt:q cẽsent Iuuenalẽ sensisse cũ inquit Exul ab octaua Marius bibit. Ego tibi uitã esse tedio studebo: ut miserrim⁹ omniũ tibi ipsi sis odio:nec a tuis quidem adiuuari ualeas. Ex Mediolano. xix. calendas Februarias.

Pericles
Socrates
Sylla
Marius
Iuuenalis

Synonyma Minatoria turpia.

Diminuetur tibi lingua nostra opera.
Curabo ut nequeas esse loquax.
Afficiam iniuria te non dissimili.
Ab me non inferiorem accipias pœnã: q̃ feceris iniuriam.
Custodi diligẽter tibi testes:ne castoris fias similis.
A mea uigilãtia tibi summopere cauẽdum est.
Nihil debes studiosi⁹ aĩaduertere:q̃ ne pœnã stulticiæ feras.
Aequissimus censebor: cum te pro tua in me malignitate plectam.
In te unum omni odio insectandum ero sollertissimus ac unice intentus.
Omni opera tuum interitum:aut summam aliquam turpitudinem examinabo.
Ero in te puniendum curiosissimus.
Nunq̃ in te summa quadã iniuria cõficiẽdum:cõquiescã.
Adhibebo in tuã pniciẽ oẽm pro ingenio diligẽtiam.
Nulla me cognosces in re die noctuq; acutiorem: q̃ in exitio tuo summa quærendo cura.
Tunc me tuis defuturum incommodis insectatorẽ crede: cum ignis coire cum unda sciet.
Cupio ut intelligas dum uiuam: deesse mihi acrimoniam uiresq; in te odio persequendum non posse.

Fac ut immemor tui sim prius q̃ tuas obliuiscar iniurias : & te non plectam.

Titulus.xxi.

Laudatoria familiaris.

Terentius Curius noster omni laude cumulatus illud famæ genus consequi potest:de quo Terentius inquit. Homo perpaucorum hominũ : imo nullorũ: dignissimus est Curij nomine. Is enim de quo tantam omnis historia mentionẽ facit Plutarchus Plutarchi testimonio uir fuit:ut frugalissimus (& ea quidẽ Cicero frugalitate :quam Cicero uult omnẽ complecti uirtutem) sic æquissimus fuit : si eius responsa & Sannitibus & alijs facta diligentius considerent. Quid si a diligẽti per omniũ rerum sibi agendarũ curã Curius cœpit appellari? Tu uero tali tantoq; patre natus:ne degeneres : cura non in hoc minus sis:q̃ in omni probitate :innocentia: prudentia fuerit ille Curius. Video ingenij tui acrimoniam : memoriæ præstantiã:doctrinã iam pene paternam: aliaq; tum naturæ:tum industriæ munera:quibus genitorem si non superas:æquas certe. Quibus si non respõdes augenda laude quæ nuper in tuo nomine iecit fundamẽta : certe delaberis:nec quo pacto resurgas inuenies. Grauis est in te commota hostiũ omnium expectatio : quibus sis uiribus: ut de Tullius Curione dicit Tullius : qua uia sis patri futurus non dissimilis. Sed quid ego ea in re dubito quicq̃? Generosa semina in hortis crescunt suis. Pater tibi fuit unicus in Italia scientiæ splendor: Tu quidem ab ineuntibus annis bonis litteris deditissimus : Censendum est tibi deesse nihil posse: quo sis apud posteros ĩmortalis. Quod ut cõmodius consequaris:me non habes inferiorem cæteris : qui tuis laudibus æternitatem scribendo patrẽ : quod assidue facturus sum. Bene uale. Ex Mediolano.xviij.calendas Februarias

Laudatoria familiarissima.

Non ero in dicẽdo longior. Vidi quæ scripsisti singula. Sũ tuum acumẽ admiratus. Eloquentiam uero tuarum epistolarum tanti feci ut nullius possim efficere pluris : uel ue

teris:uel noui. Admisces tot in scribēdo sētentias:tot cum sentētijs testimonia:tot cū testibus argumēta: ut legendo alliciar ad existimandū ex te flumē profluere uerborum. Quid autem minus scabrum: minus perplexū: minus ui/le! Omnia in tuo stilo uidentur antiquitatē redolere. Ad/de quod es humanissimus: non supbis tua laude: non tu/mescis. Quo tibi maior est gloria:eo tu minus(ut multi so/lent)insolens:minus elatus:minus iactabūbus. Dij tibi for tunēt nomē:quo dignissim⁹ es:Me habes cui qđ tantus sis & habearis:es stupori fere incredibili.Bene uale. Ex Me/diolano.xvi.Kalendas Februarias.

Laudatoria Grauis.

A triplicibus fortunæ corporis atq; animi bonis: uoluere Peripatetici laudādos eē uiros: quos hac in parte Cicero secutus est: cum cæteris sit omnibus Platonem imitatus: qui duplicibus dumtaxat cōtentus erat: internis ac exter/nis:at fortunæ:nec in animo:nec extra animū diceret: sed ab utrisq; aliena. Quā hæc oia sint in hoc nostro patre: at/tendite p deum imortalē o fratres uiri eruditissimi:ac reli/giosissimi: ut cognoscatis manifesto: q̄ nobis in huius dili/gendi cura cōsilioq; sit gaudēdū. Est primū (ut a leuiorib⁹ ad grauiora quæram⁹ progressum)ea generis nobilitate: quæ in Italia possit inter primas nūcupari. Nā si florē hui⁹ hodiernæ Italiæ debemus existimare insubriā: & agrorū ubertate & urbiū amplitudine:& soli dexteritate: & uiro/rū præstantia. In insubria uero Mediolanū ciuitas ea est: cui similis in toto nō inueni𝔱 orbe terrarū uel populi mul/titudine:quā Suidas scripsit populosissimā: uel rerū ad ui/tam hominis:dignitateq; necessariarū:certe hic eo nobili/or est:qđ Mōdella familia cretus:& generosa est & ātiqua in ea urbe domo:parētib⁹ cretus optimis:clarissimus: Insu briūq; pricipibus sp iucūdissimis: de qbus (ne in illđ incidā Senecæ) Aliena iactāt:qui gen⁹ suū laudāt:hoc prosequar qđ apđ Iuuenalē est. Cuncta licet ueteres exornēt undiq; ceræ atria:nobilitas sola est:atq; unica uirtus. Nam & si est

Peripatetici
Cicero
Plato
Insubria
Mediolanū
Suidas
Mondella
Seneca
Iuuenalis

generosissima stirpe sat⁹: si natura in huius uniuersum cor/
pus fuit liberalissima: si nutrimētum & educatio huic plu/
rimū profuit: multo plus tamen laudādus est ab animi bo/
nis: modestia in adolescentia: diligentia bonarū artiū in iu/
Vir. vi. æne uentute: prudētia in senectute hac uiridi: ut illud est Vir/
gilij. Sed cruda deo uiridisq; senect⁹: cæterisq; in omni æta
Epaminun das te uirtutib⁹: quibus aut supauit maiores suos: aut illorum
attigit laudes. Prius cœpit laudari continētiæ: q̄ scire pos/
Hagesilaus set: quid foret cōtinētia: ut d' Epaminūda: & de Hagesilao
a græcis scriptum phibetur: assidue religioni tam uacans
Aristoteles & castitati: ut insensatior (ut dicit Aristoteles) nusq̄ uacan/
tes uoluptati: q̄ mundior aut abstinētior soleret apđ soci/
os appellari. Mox in mūdi cōtemptum sese induebat eo:
quo nunc pāno: tum quia cōstituisset Franciscaster esse: tū
quia iam elegātiæ hostis esset. Pluribus hunc argumentis
omnes propinqui ab ea distrahere uitæ uia nitebant: Hic
assidue ut summæ solēt cautes: annosissimæq; arbores: in
concussus ac illabefactus loco moueri non poterat: se sibi
natū imprimis inquiens: sibi uelle satisfacere. Si quis illud
Academia adducebat Academicū: non solis nobis nos natos esse: at
patriæ: parentibus: & eiusmodi reliquis: hanc eorū esse ui/
tā dicebat: qui in agendo uersant: non amiciendo: non in
poliendo. Intrinseca hæc suo posse quemlibet ingenio de/
bereq; curare diligēter quæ ad animū fœlicitatemq; cōpa/
Theophra stus randā pertinēt: ut Theophrastus inquit: Extrinseca uero
nullis a sapientib⁹ pendi: nostro ne: an alieno fiāt admoni/
tu. Quid qđ neminem audiuerit: nulli auscultauerit: nemi/
Ouidius ni obtempauerit ut religionē non sit ingressus! Ouidianū
illud ad hortātes usurpans: Nitimur in uetitū. Quāob/
Scipio rem iam admodum adolescens præfectus est Thaurisco
Alexander monasterio: ut de Scipione: cui iuniori longe ante senato/
rios annos demandata est respublica: & de Alexandro
Macedone: qui tam natu minor tot res gessisse perhibet.
Eam autē administrationē cum plærisq; alijs: quibus dein/
ceps assidue prælatus est: tam exercuit phumane ac per/

benigne: ut admirati sint omnes. Nõ multo post apud põtifices multos egit maxima: nec in patriæ suæ: nec in amicorũ negocijs unq̃ defatigatus est: nunq̃ laboribus cessit: ut iam alter Clearchus uocari posset: qui causas & amicorum & patriæ præferebat suis. Ea tñ fuit semp̱ demissione suæ laudis: ut cũ uel fiducia sui quiret: uel ut se notum redderet apud incognitos: nunq̃ se uoluerit uel laudare: uel in faciẽ laudari: ne quis posset i hũc assentator existimari. Quinimo secũ ipse si qđ laudabať in eo: memoria illud in Apollinis tẽplo scriptũ: quod ab Homero usurpatũ est: & Pittaco Mityleneo repetebat: Nosce teipsum: seq; nõ tanti iudicans: arbitrabať a Socrate discere posse: qui se diceret unũ scire solũ: quod nihil sciret: illudq; Ciceronis non obliuiscebať: nec natura nouũ nec scientia uetus reperit: Tandẽ in hanc est profectus sedẽ: ut nõ solum sua singulari uirtute pepererit ãplitudinẽ: sed suis omnibus: hoc ẽ nobis: nostræq; religioni: suæ patriæ: suis agnatis: cognatis: necessarijsq; ac ꝓpinquis reliq̃s laudẽ atq; gloriã immortalem. Non eñ in hanc præfecturã sorte coniect⁹ ẽ: sed una omniũ eorum sententia: quibus huius delectionis bonus imminebat. Non hoc loci corruptelis temptata res est (ut sæpe) non amicorũ studijs (ut assidue) non principum litteris commendaticijs (ut semper) at sola uirtute: probitate doctrina: sapientia huius Ludouici: huius theologi clarissimi: huius uiri animo maximi: huius suo cognomento dignissimi: qui est iccirco de Mondello dictus: quoniã mundũ uincens: paruus sit mũdus uirtutũ quasi thesaur⁹ effectus: quem microcosmon Bernardus siluester appellauit. Huius nũc regimur & gubernamur claritudine: præceptis: ac institutis. Habem⁹ quẽ imitamur: uirum præstantissimũ: philosophum & doctrina & moribus: Theologũ optimũ: patrẽ innocẽtissimũ: pientissimũ: religiosissimũ: cuius quotiẽs per uestigia procedem⁹: totiens nõ errabim⁹. Quod ego p̱ me decreui uos hortor: nõ recusetis: cunctis unice cõducturũ. Ex Mediolano. xvi. calẽdas Februarias.

Clearchus
Homerus
Pittacus
Socrates
Cicero

Synonyma Laudatoria.

Hic uir est dignus uiri nomine.
Summa est huius uirtus.
Nullam uirtutem hic minus tenet.
Omni laudi æque hic operam adhibet.
Vt modestia iuuenis antecellebat cunctos:sic nũc prudẽtia præstat omnibus.
Hic nullius est probitatis: præter cæteras particeps: sed omnes tenet mediocriter.
In omnia uirtutũ genera Curius eodem habet pacto.
Tantus est Curius:ut diuinus possit potius:q̃ humanus appellari.
Virtus Curij ut est admirabilis:sic incredibilis.
Ad hunc diuino sunt munere:omniũ delatæ uirtutes.
Qui uelit huius prosequi laudes:laboret infinitum.
Nemo uel diutius scribens calcem attigerit laudum huius enumerandarum.
Maxima est de huius uirtutibus apud omne hũmanum genus admiratio.
Facit Curij sanctimonia:ut in eo laudãdo uiris uel eloquẽtissimis uerba desint.
Qui sunt in cæteris copiosissimi oratores: in laudanda huius uirtute obmutescunt.
Amplissimus est ꝓsequendæ tuæ uirtutis campus.
Non possum non te fœlicem hac uirtute iudicare.

Titulus.xxij.

Vituperatoria familiaris.

Cicero Turpe uideri potest: huius mali atq; ꝑniciosi hominis uitia insequi.Sed hoc habet prudẽtia: Ciceronis definitiõe ut rerum bonarum:malarumq; sit scientia. Veritas autem Chaldæorum definit᷑ astronomorũ uerbis: per quã quæ fuerunt:sunt aut futura sunt:immutata dicuntur. Q̃obrẽ & prudentem oportet:tã mala scire:q̃ bona: ut ab ijs caueat:hæc sequatur: & qui uerũ sequit᷑: remq; ut est: sic explicat:minime peccat.Non inuehor: uera sequor. Est ille ne-

bulo tam mētis inops:ut nihil aiaduertat: oia intēperate si mul & insolenter efficiat: Vacat libidini: plusq̃ possit: uiolatq; in hoc naturā: ut crapulam admittit:hui⁹ ampliandæ gratia. Tesseræ ac omni tali generi adhibet omnē opam. A uirtute uero tā est alien⁹: q̃ a cœlo refert tellus. Nā ē (ut paucis agā) puersissimus: ebriosissimus: mēdacissim⁹: sceleratissimus. Adeo delectat̄ decipiēs aliquē: fraudās: decoquēs: ut ide summū se bonū eē cōsecuturū existimet. Fur autē est diligentissimus: aut ante rem tibi subtraxerit: q̃ tu tibi quicq̃ in hūc potueris suspicari: Quare si quid es acturus cū hoc mōstro: ne tibi censeas caueri quire: sed deum optimū deprecere: ne hūc sinat ad te ire. Nō recedet abs te sine tua uel ignominia: uel re perdita. Qui em̄ alicuius uidēt cū hoc familiaritatē: qbus quidē sit cognitus mirant̄: nec pn̄t nō existimare quicq̃ inter eos eē flagicij. Quare si me amas: hūc abs te abijce: ne aut incommodo te afficiat aut famā tuā maculet. Bene uale. Ex Ml̄o. xv. cal̄. Februa.

Vituperatoria familiarissima.

Malus est Sulpicius: sed peior longe huius filius: homo cūctis sceleribus deditissimus. Nihil em̄ hunc flagicij latet: omnia nouit: ac sequit̄ quæ nefaria uiderit. Nec gulā excipit: nec uenerem: nec furta. In homicidijs nō ē iccirco uersatus: quia uiribus nullis est: ocio dūtaxat ascriptus & inertiæ. Puer huic interminatus: metū faceret. Sed ut malus ē sic & maledicus. Nemini uel murmuribus cedit: uel delationibus. Hinc factū est: ut a nobis eiectus monasterio ac penitus fugatus deliteat: nec certā habēs loci sedē uaget̄ assidue: possitq; illud Virgilianū: licet dissimili causa: de se dicere. Ipse ignotus egēs: Libyæ deserta peragro: Europa atq; asia pulsus. Rem habes. Vale. Ex Mediolano. xiiij. calendas Februarias. Vir i. æne

Vituperatoria Grauis

Vereor ne plus mihi laboris assumam in uituperādo Augustino nebulone famosissimo: quā sequi possim. Nam ut sum laudādi alicuius boni cupidissim⁹: sic ab insequētibus

malis alienissimus esse soleo. Nihil enim magis detestor: q̃ malos (ut diui Thomæ testimonio) eorũ contactu: quasi pestifera cõtagiõe: me pestilentẽ morbosumq; fieri posse rear. Verũ qa nihil est tã humanũ: ut Terẽtian⁹ inqt Chremes: q̃ existimare humana quæq; ad hominis curã attinere. Nolim hic pniciosus belluo te fraudet: in aliquamq; calamitatẽ pducat. Est enim delator assiduus: & cũ delatiõe qdem uanissimus: nõ solum mẽdosissimus. Non delectat: nisi ut tigris cruore: cupitq; semp alicui mortem pcurare: aut hoiem cũ quo agit uorare: penitusq; consumere: ut de Lycaone fabulant. Quid Cacũ uel Procustem: uel Læstrygones poetæ describũt! Hic est illis lõge latro maior: & immanior. Verrem Cicero uitupat: Quis hoc uno Verres ẽ inuẽtus ad furta pnior ac ingeniosior! Habet nescio quid primo ingressu: inter incognitos humanitatis ac eloquentiæ: Sed oĩs ea facies uirtutis est ad fallendũ simulata. Formidolosus est: ut Sinon dicitur extitisse. Aliqd admittit in uerbis aliqñ ueritatis: ut figmẽtũ maiorẽ faciat fidem. Accipe semp ex ijs quæ dixerit: quicq̃d sinistri potes accipere. Nam dextra fraudem affert atq; dolos. In nulla re honesta hunc firmũ aut cõstantẽ esse ducito. Vt est oculis assidue infirmis: nec cuiusquã os respicit: sed quasi modestissimus in pedes dirigit aciẽ: sic huius mẽtem fallacissimã ducito alio: quã quo debet tẽdere: nihil præ se ferre ingenui: nihil modesti: nihil innocẽtiæ. Possem in hoc uno plura significare: Sed ijs ero cõtentus: quibus tibi notũ hominem esse quirẽ ducã. Est abiectissimo quidem genere: a quo nõ degenerat. Quali semine pcreatus: tales fructus affert: psica inq̃ illa præcoqua: qbus existimauit Asia Romanos contaminari ac interire: sed mutatus illis pfuit ager. Huic nulla uarietas tẽporum: nulla gentiũ diuersitas: nulla castigatio profuit. Nã semel admodũ adolescens uirgis est cæsus Paulomin⁹ est nuper: q̃ suspensus. Nisi enim intercedebamus: actũ erat de fure puersissimo: qđ ei condonasse: non alia de causa pœnitet: nisi qđ ẽmẽdari nequit. Assidue pe

Thomas

Terentius

Lycaon

Verres

Sinon fallax

ior est: semp immanior. Patrē autem habuit: licet abiecto loco natū: satis honestū: & ingenuis morib⁹. Matrem optimā: a qbus tam est alienus: quam nihil ab sua origine alicuius soleat inueniri. Quid Thersitem apud ueteres ignobilem querunt! Hic ille Thersites Achille cretus est: de quo Iuuenalis. Malo pater tibi sit Thersites: dummodo tu sis Aeacidæ similis: Vulcaniaq; arma capescas: q̄ te Thersitæ similem ꝑducat Achilles. Hic est parentum ille dolor: quo desperatione ducti perierunt. Assidue huius audiebāt male: peruerse: ꝑniciosecq; uel dicta uel facta: manifestoq; cognoscebant hunc euasurum non eē: quin non plecteretur digna pœna: cupiebantq; potius mori quā eousq; uiuere. Hoc primum est generis munus: a quo non abhorruit: ut uilissimis delectetur: & parentum: a quib⁹ plurimū refert ut nihil unquā libentius audiuerit: q̄ eorū obitum a quibus huius accusabantur facinora. Hinc autem accipe secundū quod ab ineūtibus annis usq; nihil admisit laudis: in cunctis uersatus est sceleribus: ad omne se facinus cōuertit. Libidinem paphiam: cæcū cupidinem: ac lyæum sibi præfecit numina quæ coleret: ac ueneraretur. Nullius rei magis est exosus uim atq; maiestatem: q̄ castitatis: innocentiæ: ac fidei. Tunc obseruat quæ ꝓmisit: cum aut res turpis est: & sibi iucunda: aut fallere uult uehementi⁹. Audet autem omnia: modo sint praua. Nam in bonis (ut Plato inqt) est eneruatus. Accipe nūc tertium hoc: & crede tibi foliū Sibyllæ recitari: nec Apollinis tripodē afferre posse hac ueritate quicq̄ uerius: quod est inimicissimus bonorum omnium: & imprimis tuus: quoniā bonus es: a quo tibi cauendū eē duco maximopere: ne quid tibi paret detrimenti. Bene uale. Ex Mediolano. xiiii. calendas Februarias.

Thersites

Iuuenalis

Plato

Sibylla

Apollinis tripodes

Synonyma uituperatoria.

Hic uir pessimus est omnium.
Abhorret hic ab omni laude.
Nihil huic est familiarius scelere.
Cum hoc nebulone uitiū omne coniunctissimum iudica.

Si recte intueberis: nihil inuenies in hac bestia laudis.
Est hic ut malo ingenio: ita plurimis sceleribꝰ cumulatus.
Habet hic petulātiā admirabilem: inauditāq; procacitatē.
Quid est in hoc homine boni? quid non nefarij?
Paratā hic habet mētem ad omne facinus malum.
Tam est hic pestifer: ut pestilētia etiā uerba conflet.
Nescio quid tetrius hoc homine dici quæat.
In hoc certe uno cūcta sunt omnium uitia.
Vt uirtus est in Caruca nulla: sic omne genus uitiorū.
Quo plura in Caruca uitia cōsiderāt̄: eo plura inueniūt̄.
Scelera hꝰ hydrā referūt: ut uno cognito detegāt̄ pluria
Sic est Augustinus nefarijs deditus facinoribus ut inde se uitam quærere censeat.
Vt pisces aqua uiuunt: uiri uirtute nutriuntur: sic Caruca omni crimine alitur.

Titulus.xxiiij.

Paternalis familiaris.

Ego mi fili iucundissime: ut afficior tibi plurimū: ita cupio te uirū esse præstantissimū. Sed hoc tibi prædico: nihilo te præstantiorē posse fieri: q̄ si noctes diesq; uirtutibus incubueris. Virtus enim est (Platonis testimonio) qđ usurpauit Cicero: sola illa: quæ uiros uita mortales: diuturnitate memoriæ facit immortales. Quæ uides in terris: quæ uulgus admiratur: pulchritudo formæ: sinceritas & ꝓceritas corporū (ut Hieronymus dixit) aut aeris intemperie: aut demū ætatis rubigine cito corruunt: at fortunæ quæ bona diu solēt (ut apđ Basiliū legitur) alearū instar ludicra nunc in hunc traducuntur locū: nunc in illum: Pompæ cadunt: Iuuentutis decus deflorescit: Hominum in reliquis gloria euanescit. In uirtute semꝑ est solidior: atq; stabilior. nec (ut Homerus scripsit) uiuos deserit: nec nō comitatur luce functos. Solent iuuenibus occurrere multa: q̄bus ad libidines inuitant̄: alliciuntur: ꝓuocātur: Distrahunt̄ a socijs: Animātur ab ijs: qui maiores natu mali sunt: Ab æq̄libus suadētur ad uoluptates. Sed si sese audiunt: naturāq;

Plato
Cicero
Hieronymꝰ
Basilius
Homerus

sequuntur ducem: nihil committunt sceleris. Non oēs motus impetusq; iuueniles improbo: non progressus adolescentiæ singulos damno. Eius est ætatis: aliquando falli: ut hominis esse docet Tullius decipi: errare: nec omnia recta intelligere. Verum post culpā subeat pœnitētia: succedat pudor: seruetur modestia. Erubescat ætatem ætas: uereatur senem adolescens: patrem fili⁹. Hæc ego tibi seruāda reor: ut & tibi sis suauis: & mihi: & tuis oībus non iniucūdus. & apud omnes ea ualeas auctoritate: ac gratia: qua & hic lætus uitam agas: & posteris imortalitatē consecutā te doceas. Vale. Ex Mediolano. xij. calendas Februarias. Tullius

Paternalis familiarissima.

Nihil est: quod plus appetam suauissime fili: q̄ ut bonus sis: ut ingenio sic etiam usu. Naturæ fundamenta sunt in te optima: Ingenium acutissimū: memoria tenacissima: uis animi optima. Sed nisi hæc exercitatione uirtutisq; cōsuetudine coalescunt atq; coluntur: facillime fiunt deteriora nihilq; afferunt fructus. Cupio ut assidue ab ijs aliquid discas & addiscas: qui te possunt non docere solū: sed diligenter erudire. Nam ut illud est Platonis (quod Boetius ad nos traduxit) Qui non addiscit: dediscit. Ad hæc aūt memineris modestiæ: ne quid supra: q̄ puerū deceat (& cum quidē educatū ingenue) loquaris: aut de te audeas profiteri. Si quid per appetitū & animi perturbationē te stimulat: rationis te cohibeas fræno: censeasq; demū id esse in te plurimum laudandum: ut senior uideare q̄ iunior. Hoc pacto illud pulcherrime attinges: cuius es cōsequēdi gratia profectus in studiū: mihiq; carior assidue fies. Vale Ex Mediolano. xi. calendas Februarias. Plato Boetius

Paternalis Grauis.

Non īiuria illud Maro complexus est: Omnis in Ascanio cari stat cura parentis: & Cicero docuit: caritatem esse patriam. Nam ex omni officiorū genere: nō consuetudine solum & moribus: sed uel sola natura duce: debet patri filius pietatem: at filio pater caritatem. Itaq; apud Homerum Vir. i. æne. Cicero Homerus

Hesiodus Hesiodum: Orpheumq̧ filij semp erga parentes dicunt
Orpheus esse pij: patribus autem nati cari: iucundi: suaues appellan
Aristoteles tur: suis utriq̧: ut intelligitur: epithetis. Vt enim Aristote-
les: & omnes declarãt philosophi: ea est naturæ uis: ut in successoribus augeatur. Nec id quidem iniuria: cum pater ac auus & proaui se ducant in nepotibꝰ posse uiuere: suiq̧ nominis familiæq̧ propagationem in eos pendere. Quã-obrem & quibus naturales non fuere filij: legitimos sibi adoptarunt: ut in eorum manibꝰ & signis uiuerent: famili-liasq̧ conseruarent. Hinc & ab Octauia familia in Iuliã trãs latus Octauij filius: qui possessiuo a nominatiuo cognomi-
Octauianus natus est Octauianus: ubi. G. Iulius cæsar nomine agnomi-
Aemelij neq̧ adoptantis diceretur: & ex æmilijs in cornelios ad-
Cornelij optione traductus est adoptiuus. P. Scipio dictus: ubi pri-
P. Scipio us æmilius esset: quod retinens cognomẽto uocabatᷣ æmilianus. Tantũ patres filijs: q̃tũ natura debeat: tantum ijs læti sunt q̃tum eos non forma potius: q̃ uirtute præclaros intelligũt: nec uiribus magis: omniq̧ corporis dexterita-te: q̃ modestia: cõtinẽtia: omniq̧ mẽtis ac animi tẽperamẽto: illa em̃ & leuissima bona sunt: uixq̧ bonorũ nominibus digna: interdũq̧ plærisq̧ communia bæluis: quæ uel cito corruãt uel minimã utilitatem afferant. Hæc autem quæ ad animi splendorem attinent: eiusmodi certe sunt existi-manda: ut cũ nullo ualeant comparari ornamento: ut Hie
Hieronymꝰ ronymus ait. Quid enim iste tibi profuturus ẽ color: quo
Colores lilia purpurãq̧ uincis: & te præstas polydorũ: Hyacinthũ Narcissum Hippolytũ Hylam & Ganymedem! Quid iste decor adiumenti daturus est! Quod phœbeus possis: cu-pidineusq̧ dici! Quid cõfert ad æternitatem! Certe nihil: Cum non multopost uenustas oris: leuisq̧ cutis sit a pilis deformiq̧ squalore obsidenda: exq̧ pardo iam incipias ur
Basilius sus fieri. Nã (ut Basiliꝰ docet) plus obest lõge species (quæ flosculorũ instar: a mane ad uesperũ concidit) q̃ conducat
Achilles Accedat robur: & membrorum internodiorumq̧ præstã
Hector tia: quæ nobis te dicat Aeacide similem: aut Hectoris:

aut Furiū: referat: aut Camillum: aut eorū aliquē: cuius tā/ta uis fuit in prælijs? Quid hæ uires afferunt uitæ nostræ subsidij: quod agiles fuimus iuuenes? Agiliores Simiæ. Celeriores corui atq; damæ: qđ robusti: robustiores ele/phantes: quod fortes animosi: fortiores animosioresq; leo/nes. At qd tandē: uel superemus hisce laudibus animātia cūcta? Quod homines cædim⁹: carpim⁹: uincimus: prædā eorū res uertimus: Istud est: quod nolim nos meminisse: quod quidē est ab omni humanitate alienū. Discimus hoc pacto Martiales fieri: laphithas & centauros imitari: gloriā militarē nobis quærere. Quousq; tandē hæ uires. hoc ro/bur: hæc ualentia nos comitatur: q̄diu stabilia hæc sunt: nullam ꝑfecto solidam habēt sedem. Nullibi firma dici so/lent. Nunc intemperies hæc aeris uerberat: ut Aureli⁹ in/quit: nūc inordinatus cruciat uiuendi modus: ut ait Sene/ca. Nunc nimius labor: nūc ociū: nunc cibus immodestus: nunc libido intemperata: ut Theophrastus dicit: eripiunt hæc munera: Desint ea incōmoda: nō est ætatis defutura canicies atq; rubigo: quæ corrodat (quasi tineatas uestes nostra corpora: ut uerbis utar Gregorij: membraq; peni/tus consumat eneruata: & enodata: ut Ambrosiano utar sermone. Prudentia uero: æquitas: religio: fides: sanctimo/nia cæteraq; huiusmodi: neq; his: nec alijs debilitātur im/portunitatibus: semꝑ durant: assidue sunt meliora: firmio/ra magis inconcussa. Quāobrē mi suauissime fili: ne te pro/sternas ulli fortunæ īpetu: ne te subijcias ullis uoluptatum blādimētis: ne te abijcias ulla rerū mūdanarū desperatiōe Cur finxit Homerus poeta clarissimus: Vlyxem in Siculo pelago in sirenū cantus incidisse: ac sese malo nauis alligas/se aptis auribus: cæteros autē nautas & uinctos eē uoluisse & obturatis auriculis: nisi quod illarū audiēs cantus sese in pōtū ꝓijcere nequiret: Erāt autē sirenes mulieres libidini/b⁹ deditæ: quæ solebāt illinc trāseuntes ad oblectatiōes in/cestas tractos ꝑdere. Malū autē ratio erat: cui se uir bouns deuincit: ne se proijciat in uoluptatū pelagus: sed audiat

Furius
Camillus
Martialis
Aurelius
Seneca
Theophrastus
Gregorius
Ambrosius
Homerus & Vlyxe
Sirenes

iucunditatẽ inanẽ illã: sciatqꝫ nõ solũ a se ꝓpulsare: ac exe/
crari: sed in alijs: qui suæ sunt cõmissi uigiliæ: castigare tam
Terentius acriter & oportune: ut sũmergi nõ possint. Oẽs (ut Teren
tianũ illud declarat) procliue a labore ad libidinem corru
Aristoteles unt; cum Aristotelis arbitrio: passio deterreat omnia natu
dẽ passionib⁹ ra quidẽ animãtia dolorecqꝫ fugent; at uoluptas alliciat: &
in suam facillime redigat potestatẽ. Succurrunt inordina
tæ mẽsæ bacchanales illæ: Sardanapaleacqꝫ cõdimẽta: con
uiuiacqꝫ Neronia: quæ iuuenũ mentes cogunt furere suicqꝫ
nõ esse compotes. Tu uero abstine mero: Abstine ab ijs
odoribus saporbusqꝫ quos ex arabum deuehunt siluis: ex
Socrates Damasco: Cypro: Creta: quibus operosa consuluit saties.
& ut Socrates admonuit: paucis minimisqꝫ naturã esse cõ/
tẽtã: ede: ut uiuas: nec uiuendum eẽ tibi ut comedas arbi
Pythagoras trare; sed ut discas: ut sapias: ut assidue te uirtutibus exer/
ceas. Nec tibi Pythagoricũ illud excidat: iuuenibus tã diu
tacendum esse: q̃diu didicerint loqui bene: silendo: ac au/
diendo. Tua uero modeste quidẽ exercẽdo: quæ audiũ/
Plato tur: at demũ docẽdo quæ audita fuere simul: & exercita/
ta. Quid insolentius: ut Plato uoluit: q̃ loqui uelle: ubi ser/
Agesilaus monis nõ est ratio? Succurrat aũt illud Agesilai: non esse
tam indecorã in adolescente uultus turpitudinem; q̃ alicu
ius motus: aut gestus incõtinentia; Mendaciorũ consuetu
Tullius dinẽ ex qua uanitas orit; quã uoluit Tullius oblectationẽ
esse mentiendi: ꝓhibet omnis philosophorũ schola. His
nihil addi posse præceptis duco paternis: quib⁹ mea in te
admonendo caritas exprimat: nisi ut sis religionis amicis/
simus: fidei obseruantissimus: ut & dei possis: & hominum
amicissim⁹ existimari. Quis eñ qui deum non coluerit: nõ
omni opa industriacqꝫ sit ueneratus quicq̃ poterit in uita cõ
Chrysosto sequi; unde uir magnus appellet? In quo religio nõ est: ut
mus Chrysostomus inquit: in eo nihil esse potest laude dignũ.
At fides: qua continetur quædam promissorum obserua/
tio: nisi constantissime reguli seruet more: cogit hominẽ
euanescere: nec inter homines quicq̃ existimari. Fac igitur

mi fili:ne quicq̃ ex his prætermittas: neu magis haberi uelis q̃ esse bonus. Fucatus enim color & simulata quæq; delabuntur. Vera semper bona permanēt:& uiuos exornāt: & mortuis uitam parant. Carissimus nobis es:at multo (ut ait Tullius) eris carior si meos non aspernabere monitus. Tullius
Bene uale. Ex Mediolano. x. Kalendas Februarias.

Synonyma paternalia.

Ego te ad uirtutem hortor
Cupio te fieri meliorem.
Amplectare si me audias uirtutem omnē.
Nihilo mihi magis gratificabere: q̃ si laudi omnem operā adhibebis.
Tunc mihi multo iucundior fies:cum uidebo te nulli plus q̃ gloriæ uacare studio.
Nihil magis desidero:q̃ tuæ uirtutis famam.
Fac ut ingenii tui uiuacitatem:cū omni cōiungas laude.
Nil decet te magis mi fili q̃ ut tuis te maioribus reddas nō inferiorem.
Cum omnes debeant se modestissimos exhibere: tū multo tu magis in quē omniū sunt oculi conuersi.
Peto abs te īprimis hoc:ut te studiosissimū litterarꝶ efficias
Si bonis te moribus dedicaris:tam incredibili nos afficies uoluptate:ut ad cumulum addi queat nihil.
Viuū me diutius optabis:ubi te uirtutibꝰ totū dederis.
Vt sis excellenti laude præditus:omnem exerceo curā.
Tunc me fœlicem existimabo:cū ea te gratia uidebo præstantem:quæ te numeret inter claros.

Titulus. xxiiij.

Maternalis familiaris.

Cupio te mi fili:ad nos redire incolumem. Sed ut id cito fiat:te uehemētius oro:ut uiuā. Nam sine te uita mihi fit iniucūda. Debes tu quoq; labores mihi meos cōpensare quibus sum diutius in te pariēdo:educādo:nutriendoq; defatigata. Quæ aūt est cōpensatio mihi uel carior:uel optatior q̃ ut te uideā: audiā :amplectar! Pater tuꝰ uir est:nec eo

te aluit dolore ac cura: quibus ego semp anxia tuæ ualitu/
dinis. Propterea is te destinat studiorũ laboribus. Ego te
malim uiuũ beneq́ ualentẽ apud nos esse: q̃ istic litteratis/
simum in piculoq́ ualitudinis. Scio qđ desit apud exteros
filio meo. Vbi mollia: quæ hic tibi parare sum solita? Vbi ci
borũ iucũditas? ubi ociũ? Istic laboras (ut aiunt) sp. Quid ti/
bi quæris mi fili? num Herculis Thesei ue labores? Quid
tum? ut moriaris: uelut illi iuuenes obierũt. Redi ad nos tẽ
rogo: nec patrẽ seuerũ audias: & crudelem. Ita fac & cito.
Bene uale. Ex Mediolano. ix. Kalendas Februarias.

Maternalis familiarissima.

Audio te mi fili: aliq̃diu aduersa ualitudine laborasse: nunc
autem conualuisse. Me miseram: in hunc usq́ diem: ea de
re nihil mihi significatum est: cura p deum imortalem tuã
ualitudinem diligẽter: si mea non tibi minus est seruanda
uita: q̃ tua. Tuus enim interitus sine meo non procederet.
Scis q̃ te amem anime mi: q̃ cupiam te mihi superstitem:
ac tuis omnibus. Si nocet studiũ tibi: desere quicqd obest.
& te mihi serua sanum & fac ut te cito uideã. Vale. Ex Me/
diolano. viij. Kalendas Februarias.

Maternalis grauis.

Scio te mi dulcissime fili non latere nihil usq̃ te matri tuæ
carius esse posse. Non enim ab re fictum a poetis perhibẽt
Ceres q̃re pserpinã quæsiuit — Cecerem tam curiose Persephonem filiam inquirere soli/
tam: cum per uniuersam Siciliam clamaret i triuijs. Quod
si de filia tam fuit diligẽs mater: quid est censendum de fi/
Aristoteles — lio matrem cogitare? Docet enim Aristoteles: cur filio ma
gis afficiatur: q̃ filiæ genitrix: quoniam cum inualida sit mu
lier sese adiuuare: plus eum diligat: a quo plus speret ad/
iuuari. Cum autem natum: non nesciat patris hæredem fo
re: qui domum regat: quandoquidem uir (qui iunior uxo/
re solet esse: moriturus etiam censetur ocius) in eo se totã
componit: & ab eo sic pendet: ut cum eius incolumitate:
suam quoq́ incolumitatem uidet esse cõiunctam. Ad hæc
Plato — autem (ut Plato uoluit) non minus ad procreandum ma/

ternum concurrit semen: q̃ patrium: ut Deucalionem & Pyrrham coniuges admonuisse dicitur Themis: lapides: hoc est matris ossa post se iacerent: ut Iuuenalis post diluuium prosecutus est inquiens: Et maribus nudas ostendit Pyrrha puellas. Quid quod plus sibi ex matre sumunt pignora q̃ ex patre: Nam ab eo prodeunt sola seminaria: ab hac autem non originem habent modo: sed fouentur: sed sanguine: carne: spiritu: neruisq; conglobantur: sed educantur in laboribus & erumnis interdum plurimis: ut Bernardus inquit: Amat eos igitur mater plurimum: ut uel in minimis cognosci bestiolis potest: & angitur eorum causa uehementius: ut & illud est Lini: ut gallina suos pullos fouet anxia: miluus ne premat acrius: & animo absentibus filijs nũq̃ cõquiescit: quare comica sentẽtia scriptũ est: præstare: ut eueniũt hominibus quæ coniuges suspicãtur: q̃ quæ matres: cum cõiuges de illarũ uoluptate sint zelotypæ: ne cũ alijs gaudeãt fœminis: matres uero de discriminib⁹ meticulosæ: ne filijs ulla inciderint aduersa. Nunc me premũt de te insomnia mi fili: ut illud Virgilianũ de Didone mihi accidat: Anna soror quæ me suspẽsam isomnia terrẽt! Nũc ne incideris in itinere in latrones: aut in urbe factiosa in inimicitias: aut inter disceptãdũ ĩ rixas: & a cõtumelijs: & cõuitijs ad uulnera conueneris: dubito: uereor: timeo: discrucior. Scio q̃ magno sis animo: q̃ alta mente: q̃q; per ætatem forte prouoceris. Ne quem lædas: neu lædaris ab ullo: assidue agito. Væ matri omniũ infœlicissimæ: quid esset prius optandũ: aut quid potius non optandũ: ꝑiculo: ægrotationis atque mortis: q̃ ut tibi quicq̃ sinistri (quod auertat summus Iuppiter) accideret! Viue sic igit᷑ apud exteros mi fili: ut te memineris istic solũ sine parẽtibus: sine agnatis & cognatis: sine ꝓpinquis esse ullis: ut te manchũ iudices: ut tibi semꝑ metuas: ut possis saluus ad me redire. Cura dũtaxat studia quorũ te causa istuc seuerus pater misit. Cura si potes sine ꝑiculo uitæ: sin id nequis: uitæ imprimis cõsule: litteras desere. Satis erit patrimonij. Satis maternæ dotis.

Deucalion & Pyrrha
Themis
Iuuenalis
Bernardus
Linus
Virgili⁹. iiij. æne.

Non audis quotidie dei seruos improbare in multis multas litteras? Viue simplicitˀ ac religiose: deo te quotidie cõmenda. Vtere dei seruorum familiaritate. A conuentibus & scholariũ cœtu absis: Valitudinem semꝑ cura. Bene uale. Ex Mediolano. vij. Kalendas Februarias.

Synonyma maternalia.

Caue tuæ uitæ mi fili.
Fac per deum ne tuam ualitudinem negligas.
Esto de te fili curiosus.
Succurre anxietati meæ: quam de te capio.
Sum de tua ualitudine semper suspecta.
Nihil plus appeto: q̃ semper de te quicq̃ audire.
Te mihi serua mi fili diligenter.
Euitato rixas: contumelias: & conuitia.
Si sanus ad me redis: satis te litterarum hausisse ducam.
Sum assidue de te in ambiguo: ne quid tibi accidat.
Si me uiuam esse uis: fac ut tibi oĩa pro arbitrio sint meo.
Quod a superis die noctuq; opto: prouide semper: ut omnia tibi bene succedant.
In omni re tua deum aduoca tutorem: atq; defensorem.
Inter omnes curas tuas diuinis incumbe monitis.
Audi me fili: & cum ualitudine cito ad me regredere.
Tam te doctum non expecto: q̃ pater: modo bene ualeas & ocius huc reuertaris.
Quæris quid primum abs te uelim: ut a periculis caueas quid secundũ? ut ualeas: quid tertiũ? ut redeas.

Titulus. xxv.

Filialis Familiaris.

Et si scio pater optime: nihil te mihi consuluisse: quod non sit oraculo Apollinis uerius: duxi tamẽ mearũ esse partiũ ad ea quæ scripsisti: non nihil respondere. Accepi omnis tuas admonitiones eã in sententiã: in quam prolatæ sunt. Quid enim censere possum de me patrẽ nõ intelligere lõge meliꝰ: q̃ mihi per ætatem liceat? Nõ ab re inquit Aristoteles: non esse iuuenẽ moralis disciplinæ auditorẽ idoneũ

Apollinis oraculum

Aristoteles

cum uiderit iuuentuti ratione͞:ad degendā uitam:aut nul/
lam:aut paruam esse. Sed tua præceptio non solū paratissi
ma fit mihi uia:ut a uitijs abstineam:sed ad capessendā uir
tutem assiduus stimulus. Audiam (ut iubes) litterarū doc/
tores:nec curabo minus:ut Hagesilaus instituit:esse philo Hagesilaus
sophus:q̄ scire philosophiam. Assequor enim coniectura
sine moribus litteras prodesse paꝝ:plurimū aūt uel sine lit
teris bonos mores. Si quid interdū erraui tu familiaritati/
bus ascribe pessimis. Nam ut apud Hieronymū illud apo/ Hieronym⁹
stoli repitur:quod est a poeta usurpatū Græco. Deprauāt
bonos mores colloquia mala. Vale. Ex Mediolano. vi. Ka/
lendas Februarias.

Filialis Familiarissima.

Non nescio q̄ te cruciet mater pientissima qd̄ istinc absim
in urbeq̧ uerser factiosa. Vereris assidue:ne quid qd̄ nolis
accidat. Laborare autē me mirū doles: Sed ne te macera
mater:Nullo sum in discrimine. At neq̧ labor est ullus in/
ter cōmilitones studiorum esse:ubi nulla fit: nisi de uirtu/
te disceptatio:sed nec ea concertationis instar. Cōmenta/
mur de rebus honestissimis:quiq̧ doctius loquit̄: palmam
refert:hoc est gloriā apud eos qui non audiūt. Spero autē
ad uos me q̄primū redituꝝ: & ea laude confirmatū:quam
pater optat. Interea tu nō negliges:ad me sæpe de tuo pa/
trisq̧ statu:deq̧ uestrorū ualitudine quicq̄ ad me scribere
Vale. Ex Mediolano. v. kalendas Februarias.

Filialis Grauis.

Multa paucis es cōplexus pater optime: nec pauciora ma
ter est pientissima prosecuta:quibus si non obtemperarē
ferreus sim:& ut apud Virgiliū illud est: Aut duris de cau/ Vir. 4. æne.
tibus ortus:aut inter hyrcanas tigres enutritus. Ad matris
consilia (quæ omnia in mea curanda ualitudine sita sunt)
non multa respondi: ne magis in corporis ualitudine q̄ in
mentis sanitate quærenda uidear attentus esse. Ne tamen
hanc ullo cōficiam dolore:post ingenij studia: doctrinæq̧
præcepta:uis mea omnis in ualitudine sinceritateq̧ mem/

brorum constituetur. Ad ea uero: quæ cumulatissime sunt abs te scripta: quid respondeam aliud: nisi q̄ ea sum uolūtate: ut nihil negligā: quod tu mihi seruandum decreuisti! Errraui quādoq; fateor: patetq;: quod apud Terētium legit: pro peccato maximo paululū supplicij satis fuit. Sed neq; nimia indulgētia: ut Hieronym⁹ inquit: me tibi pditū esse ducas: nec ꝓpterea quod aliquando peperceris uirgæ filium odisti. Nā ijs sum parentib⁹ ortus ut ab ijs nequeā esse degener. Habui te genitorē: cuius seminaria sint in me cōiecta naturæ. Habeo te præceptorē: cuius assidue institutione non possim usq̄ errare. Te ducem sequar: Te uexilliferū audiam: tuis hærebo uestigijs: ut uoluptates prætermittam cupis: an eas admisi: ut deseram libidines iubes: an eæ mecū habitāt! Mirantur certe hic multi ut in tam teneris annis sim a lasciuia: impudicitia omnique alienus immunditia. Sed nihil mihi eiusmodi mirabile fit. Nam ut illud Crispus recte inqt: ubi intēderis ingeniū ualet: nec qcq̄ tā difficile factū est (ut Terētius ait) qđ uolendo facile non fiat. Decere dicis (cū errare sit huius ætatis) erubescere uiros grauis: pœnitereq; peccati: quod Cato laudabat. Verum multo præclarius duco: nullā subesse causam erubescendi: si non peccatur. Nihil facilius ait Plato q̄ secundum uirtutem uiuere. Teneo memoria quod apud Plutarchū legi: Periandrum dixisse Corinthium: inueni: qui secundū naturam uiuat: uitium fieri difficillimum. Id ego sum aliquando in multis: uel meorum studiorum familiarissimis expertus: qui cum in pluteo solerent bonis artibus uacare quietissime: Puellarū amoribus: Inter mille discrimina diei noctisq; iactabantur: nec tam erāt primi sedati dolores: q̄ cōcurrebant cōtinuo plures. Horum cū bene rursus iterumq; rimabar uitam ac mores: comperiebā: plus esse difficultatis in uoluptate: q̄ curarum laborisque fuerint unq̄ in litteris consecuti. Ab his didici: uel in maximis negocijs ociosissime uiuere: uel in meis (quas deligo) curis liberrime. Nimirū (ut Scipio dicere solebat) nunq̄ min⁹ uel solus

Terentius
Hieronym⁹
Crispus Salustius
Terentius
Cato
Plato
Plutarchus
Periander
Scipio

sum: uel ociosus: q̃ cũ solus: aut ociosus. Alloquor eos a quibus tu pater: cæteriq́ꝫ didicerunt omnes boni. Cum his de uita mihi tenenda cõmentor. Hi mihi ante oculos & illos ponũt: quos ut pestiferã euitem luem qui a claris maioribus degenerarunt Cicerone ac Hortẽsio: & illos: qui clariores atauis uirtute facti sunt: quos imitor. Inter hos præceptores philosophos & prudentissimos tu quoq́ꝫ multa disseris elegãtissime pater: quib⁹ ꝓ uita uirili studiosius parebo. Vale. Ex Mediolano. iiij. Kalendas Februarias. Cicero Hortẽsius

Synonyma filialia.

Parebo tibi pater q̃tum in me erit.

Nihil ex ijs negligam quæ iussisti mater.

Quod uos mihi parẽtes præcepistis: omni exequar nisu.

Præcepta tua tam mihi sunt o pater iucunda: caraq́ꝫ: q̃ qđ maxime.

Iubete uos mõ parẽtes: ero erga uos obsequiosissimus.

Ea parebo tibi pater mẽte: ut cognoscas q̃ te amem.

Quid poteris edicere mihi pater: quod non teneam!

Pluris tuam admonitionem facio pater: q̃ quicquid muneris in me quisq̃ uel maximus princeps conferret.

Es mihi genitor alter in terris deus.

In mente semp̱ habeo fidissima quæ mihi præcipis.

Tam unq̃ a tuis de me diuertam institutis: q̃ a deo diuertere potest pietas.

Non philosophũ te solũ in hisce monitionib⁹ uideor audire mi pater: sed numẽ quasi quoddã cœlitus ad me missũ.

Cumulatissime dixisti multa mi pater: ex media quidem ablata philosophia.

Tantũ me satisfacere mihi posse rear: quantũ præceptis institutisq́ꝫ de me tuis o pater satisfecero.

Titulus. xxvi.

Seruilis familiaris.

Meum officiũ omne in obtemperãdo seruiendoq́ꝫ situm esse debere: satis iamdudum intellexi. Nec iccirco tuas imperatorias expectaui litteras: ut non fuerim ultro litteris

occursurus: si præuenire fas fuisset. At cũ tuũ sit iubere: scire quid iubeas: ut Demosthenes dixit: meũ autẽ arcana principis nõ inquirere: at cũ iuberet: nusq̃ refragari: tacui expectauiq; diem designandã: iterq; tenendũ. Nunc præcepisti: ad diem cõstitutã essemus in castris: diemq; cõstituisti: prædam es pollicitus: animãdoq; ad arma (ut ita dixerim) allexisti mentes nostras. Pro me duxi respondendũ: me tam esse tuum: ut si uitã centies in rebus amiserim tuis nihil me censeam meũ amisisse. Nam si me seruum habes: si me ales: si me tueris: in statuq; auges: quid est meũ illud quod abs te non habeam: tibi non debeam! Satis est mihi prædæ: satis muneris: satis gloriæ: si rem egero tibi non ingratã: qui te semp in nos oẽs tam gratum bñficũq; præstitisti. Bene uale. Ex Mediolano. iiij. Kalendas Februarias.

Demosthenes

Seruilis familiarissima.

Quod meam laudes fidem ac taciturnitatem mi here tuã humanitatẽ decet: non quærit mea seruitus: quæ (ut Terẽtianũ illud est) mihi apud te semp fuit: & iusta & clemens. Accepi semper abs te plura q̃ sim meritus: quod tuæ munificentiæ fuit officiũ: nõ officij mei donum. At quod præcipias ac iubeas: ut sim tuis in rebus (quæ hic aguntur) q̃ cautissimus: atque unice diligẽs: fiet: nihil ab me omittetur qđ mearũ sit uiriũ. Tu modo uide ut istinc omnia huc concurrant ad rem efficiendã: ut pro filio nõ desint libri: nec amictus. Prædijs adhibe curam: reditusq; fructuũ ad te referã. Vale. Ex Mediolano pridie Kalendas Eebruarias.

Terentius

Seruilis Grauis.

In omni mea uiuẽdi cupiditate præcipuum a superis mihi munus hoc semp supplicaui: ut scirem possemq; sine fraude ac dolis hero sic obedire: ut fidelem me posset seruũ illum appellare: cui gratulatur uerbis christianis dominus: quod super pauca fuerit fidelis: promittitq; super multa se illũ cõstituturũ: nec eius unq̃ similẽ dicere: ad quem serue nequã inquit Saluator: quoniam eum cõseruorũ misertũ non esset: & quem iussit in tenebras uinctum cõijci. Quid

Christus

enim sũt in hoc homines orbe: nisi quisq; suam norit tene/ atq; mẽsurã! Et ut apud Horatiũ legitur: sorte sua conten/ tus quisq; uiuat: nec ephippia bos: nec iugũ caballus optet! Terentius ipse fuisse legit Lucani Terentij seruus: a quo quia & fidelis foret: & ingenio nõ tardiore: præceptoribus litterarijs commendatus: heri diligentia liberalitateq; ma/ gnum euasit in uirum: atq; clarũ. At Aesopus pariter seru⁹ fuit. Quid de Ciceronis Scipionũq; seruis: qui quidẽ oms liberaliter educati non uernarũ: non atriensium locis edu/ cati sunt: sed pro filijs! Hanc ego munificentiã abs te cõse/ cutus sum here mi optime: ut iam æque ac libertus possim agere: negociari: proprias habere fortunas: nec iuris seue/ ritati subiectus tibi quæram: quæ laboribus nanciscor me is: quid possim tuo iussu efficere: quod nõ debeã! Sunt qui putant indignũ: sibi a dominis officia cõmemorari: ut So/ sias inqt ille. Istæc cõmemoratio quasi exprobratio est ime moris erga me beneficij: malũ certe hominũ genus: cũ si/ ne hac ego memoria nolim uiuus esse. Quid em̃ me min⁹ ingratum ijs: qui de me sunt optime meriti (ut Ambrosius admonet) esse faciet: q̃ si habeam in memoria semper illi⁹ in me beneficia! Tunc & meã ante oculos cõditionẽ habe bo: nec me fugit: quis essem prius: quem herus me tot affe cisset muneribus! Tolero si quid durius uidet in uita. Do/ mino maiores ago (& si possum) refero gratias: si qd cõtin/ git melius. Idipsum ab Homero didici: cũ tu me ab ineun/ tib⁹ annis: here mi optime imbui bonis artibus latine græ/ ceque curasti: ut is optimus merear dici seruus: qui seruit officiose ac sponte. Nõ ego igitur coactus ad ea prouocor quæ tu iubes: sed ultro: & cũ aliquẽ adijcis stimulum: equo sponte currenti chalcar adiungis. Nihil est tã asperũ: durũ & cũ piculo: quod mihi leuissimũ esse nõ uideatur: modo pro te faciã. Hæc enim ossa: hi nerui: hic sanguis: hic spiri/ tus: hæc demum omnia: quibus uegetor: alor: uiuo: sentio sapioq; fortasse (aut nõ omnino insipio) tua sunt omnia: ti/ bi dedita: tibi dedicata: seruiq; obligatione deuincta & ob/

Horatius
Terentius
Aesopus
Atriensis
Terentius
Ambrosius
Homerus

noxia. Tuũ est in imperando munus. Ad me attinet audire tantũ: quæ iusseris: at continuo quod in me fuerit exeq.

Virgilius

Et ut illo utar Virgiliano: tuus o mi domine qđ optas: explorare labor: mihi iussa capessere fas est. Tu me pascis: tu me uiuum tueris. A te mea pendet salus. Tuæ uoluptatis: tuæ uitæ: tuæ laudis par est mea. Si tu bene: ualeo quidem bene. Vbi angeris & maceraris: & affligeris: omnis tuus uł luctus: uel mœror: uel gemitus ad me attinet. In qua tu fautorum sede uersaris: ea est cõmunissima mihi. Quid seruo cũ domino! Quid homini cũ deo! Nam tu quoq; meus es in terris deus. Te instar adoro numinis. Neq; te magis iratũ metuo: q̃ Iouis fulmen: nec magis placatũ lætor: q̃ cum oẽs supos fautores mihi duco. Accepi aũt conditionẽ p literas abs te missam ea frõte: qua Domitianus legit̃ spectasse Thymelẽ derisoremq; latinũ: apđ Martialẽ: Aut Iuppit̃ a Marone fert̃ subrisisse Veneri: quo uultu serenat tẽpestates: q̃q̃ satis est impar similitudo: ad ea quæ mandasti: sic me accingam: ut intelligas: nihil me facere pluris: q̃ si pareo tuis de me institutis. Nunq̃ inuenies me minus uel pronũ uel ꝓmptũ in rem tuã: q̃ cũ ago meã ꝓpriã. Quod me aũt admones: a tuo caueã filio: ne quid deterat tibi de re tua: domi sum. Nõ me fallet: nec alliciet in sentẽtiã suã: ubi tecũ nõ senserit. Frustra laborabit: uel pollicitãdo: uel terrẽdo qđ dicis. Nec eñ fact⁹ sum puer q nucib⁹ inducar: nec auis: quã terreat. Bene uale. Ex Mľo: Kaľ. Febru.

Domitian⁹ Martialis coquus Virg. i. æne.

Synonyma Seruilia.

Parebo tibi plibenter.
Vt iussisti faciam here.
Nihil ex ijs quæ præcipisti prætermittam.
Ero in obediendo & nunc & semp paratissimus.
Habes seruũ in te me domine fidelissimum.
Quæ tua causa cõmittit̃ mihi: eã abs te geri censeto.
Tã tibi debeo here mi: ut assidue in sol[illegible]ẽdo uersatus tuis de me meritis nequeã satisfacere.
Nulla res iucundior mihi esse potest: q̃ si tibi obsequor ut cupis.

Modo tibi seruiã lætus sum.
Non mutem meã cum ullo primate conditionem dũ tibi rem gratam efficiam.
Quid esse mibi ualet in uita iucundius:q̃ si mea cum industria gratificor domino tibi meo!
Fac quod malis de me periculũ:inuenies seruũ nullũ unq̃ fuisse sui beri obseruãtiorem:q̃ ego sim tuus.
Abborreo ab omni seruorũ ignauia:cũ re tua studeo fidei ac uigilantiæ.
Nibil esse duco magis meũ q̃ si tibi obedio.
In boc est mea omnis deposita uiuẽdi ratio:ut qui tu⁹ sum: abs te pendeã & fide sim erga te diligentissima.

Titulus.xxvij.

Clientalis familiaris.

Si uelim(ut in tuã clientelã traductus sum)meis in te efficijs satisfacere:nec ingenio satis mibi sit boc exili: nec oratione bac ieiuna:nec uiribus buius corpusculi mãcbis. Nã (ut Cicero ꝑpulcbre docet)seruorũ loco successerũt apđ priscos cliẽtes in patronos:nec iniuria. Quod enim est officiũ dominorũ in seruos:idem & multo quidem maius patronoꝶ in cliẽtes extat.Debent clientib⁹patroni tutelam: defensionẽ:auctoritatẽ:gratiam (ut Plato cõstituit) quod prius apud lacedæmonios instituerat Lycurgus:debet denicꝫ cibum:si clientes non babeant.Q̃obrem iure optimo Iuuenalis suæ tempestatis patronos improbat dicẽs. Vestibulis abeunt ueteres fessicꝫ clientes:uotacꝫ deponunt: q̃q̃ lõgissima cœnæ. Quare cũ tuus iãdudũ sim cliens:te nunc patronũ oro primũ:ut mibi crebro iubeas non secus ac seruo:mox ut rem meam(de qua sæpius ad te scripsi)tuearis adiuues:dirigas:nibil omittas:quod ad defensionem attineat causæ. Quod & scio te penitus:uel me reticẽte curaturum:magnitudini tamen tuorum occurri negociorũ:ne quando minora maioribus cedant. Scis: q̃ me coquat res ipsa:q̃cꝫ me curiosum oporteat esse.Bene Vale.Ex Mediolano.iiij.Nonas Februarij.

Cicero.
Plato
Lycurgus
Iuuenalis in umbricio

Clientalis Familiarissima.

Ego tuus sum cliens: tu patronus es meus. Nihil meum est quod ad te nō pertineat. Agitur (ut non nescitis) istic mea causa de iis prædiis: quæ iure posco hæreditario. Exerce pro ingenii tui: doctrinæq; præstātia: quod uoluere iuriscōsulti patronatus ius esse. Vt em̄ creatus abs te censeo quādo me in clientelam admisisti: sic mihi non consiliū debes solū: sed fauorē ac auxiliū. Fac ut omnes intelligāt: q eum te mihi præstitisti quē solit⁹ es hacten⁹ reliquis præstare cliētibus. Nulli enim cedo beniuolentia in te singulari: ac incōcussa fide. Sunt alii fortasse tibi clientes ditiores: meliores corpore: nobiliores genere: at nullus tui amātior. Ex Mediolano tertio Nonas Februarias.

Clientalis Grauis.

Cicero Cum clientes haberet Siculos Cicero: dicebat se non minore Sicanos sequi fauore debere q̄ Romanos: cū clientelæ int̄ prima potissimaq; fortunæ bona soleret numerari.
Alcibiades Alcibiades autem ille tantus uir: & impator: nō existimauit cōtra legē fieri: si cum imperio clientes Focaces tueret̄.
Melciades At Melciades in Lemū: Lesbumq; idem factitasse perhibet̄. Quis em̄ uir bonus nō amet clientes: quos uidet in se paratos nō minus q̄ filios? Quid si filii nonnunq̄ deserūt ea tempestate patres: qua deberent in eos esse pientiores: & caritatis pleniores? At clientes inuēti sunt nunq̄ patronos
Aschlepius dereliquisse. Quare iam trito dicunt: illud Aschlepiadeū: filiū da mihi bonū: seruūq; fidelem: clientē semp ego reddā optimū. Itaq; cū Romæ inuēti fuerint serui mali: sedicio si: factiosi: a clientibns est adiuta respublica. Societati summa debetur fides: multo cliētelæ maior. Nam ad tempus interdū socii: ppetui sunt clientes. Socios nōnunq̄ eos iungimus qui hostes aliqn̄ fuerint: ut & apud græcos: & apud latinos legimus plurimos. At clientes nunq̄ asciuimus nobis: nisi quorum & cognita fuisset erga nos beniuolentia: fides: ac deuotio: & quos intellexerimus nostrum assidue studiosos. Itaque cum mea iamdudum familia sit omnis

in clie̅telam traducta tuæ dom⁹:ut a ueſtra & ſalute & for/
tuna:pendeat & ſalus & fortuna noſtra: qđ primum eſt:cu
pim⁹ ut exerceas in nobis iuſpatronatus: iubeaſq; uel ma/
xima cu̅cta:quib⁹ noſtras intelligas partes exerceri poſſe:
ut intelligas:q̄ & tui ſimus: & cupiamus in rebus tuis ope/
ra̅ noſtra̅ exhibere. Deinde uero cu̅ mea iſtic agat̃ no̅ me/
diocris cauſa:ſed qua no̅ parum angor atq; affligor: cupio
(ut patronus es) ita me ſic adiuues: & tuearis. Non me la/
tet qua ualeas apđ principe̅ iſtum: & auctoritate & gratia:
qualiſq; ſoleas in amicorum eſſe cauſis. Prætereo quod de
bes clientem patronus adiuuare. Fac ſupra quæ debes:qđ
potes:nec permittas me fraudari cuiuſq̄ nequitia. Malus
eſt:cu̅ quo agitur mea cauſa:ſed longe peior eſt prætor ur
banus:qui pecunia corruptus:non aduocati minus officio
fungitur.q̄ arbitri. Rem habes:ea̅ adiuua. Vale. Ex Medio
lano pridie Nonas Februarias.

Synonyma clientalis.

Adiuua me clientem patrone tuum.
Debes mihi patrocinium:qui tuus ſum cliens.
Omnis clientela in tui eſt patroni manu.
Quis meam ſuſcipiat cauſam:niſi tu patronus!
Abs te pendet mei clientis ſpes omnis.
Patronatus officium abs te poſtulo.
Facies rem patrono digniſſima̅:ſi me cliente̅ non deſeres.
Quid poteſt ab ullo certius & officioſius ſperari: q̄ ab eo
qui patronus eſt(ut tu meus)officiu̅ clientelæ debitum.
Oi̅s mea ſpes i̅ te ſita manet:q clie̅ti mihi patrociniu̅ debes
Nequeo mihi hac in cauſa deſpare:cu̅ ſis mihi patronus.
Tu ſolus metu̅ hac in re totu̅ adimis:cuius ſum cliens.
Quid poteſt a tanto patrono(quantus es) contingere mi/
hi non optato!
Facies tu(certo ſcio)in me quod patronu̅ decet in cliente̅.
Hoc abs te poſtulo:ne te patronu̅ eſſe meu̅ ſis oblitus.
Quæſo ut ſolita in cæteros: ſis etia̅ in me cliente̅ dilige̅tia.
Cum exercueris curam in hac re tua̅ omne̅: eris in cliente̅

officio functus.

Cōmēdo me clientē fidelissimū tibi patrono diligētissimo.

Titulus.xxviij.

Disciplinalis Familiaris.

Virg.i.æne. Discipulus quærit de subscriptis

Iamdudū præceptor mi doctissime cupiebam se coram affari:& ut illud est Maronis. Veras audire & reddere uoces At posteaq̄ id nondū per locorū interualla potui cōsequi: per litteras ꝓsequar:nec longiorem temporis intercapedinem:in banc sitim extinguendam admittam. Sunt qui dicant:non esse latine dictū perpetuitatem:cum Cicero utatur boc in officijs uocabulo:neq; probent a causidicis nullitatem dici processus:cū tamen nullam esse rem: iurisconsulti uetustissimi dixerint. Quid bic sentias expecto: Genitorē:genitricem:natum gnatūq; : non dicendū affirmant alij:sed patrem:matrē:filium:ac filiā. Alij uero nō esse minimorū titulos ut dicantur egregij:aut singulares. Alij uebemētius improbant:si quis famosus aut gloriosus appelletur. Que autem cōiunctionē:non nisi breuitate punctorum scribi posse latine asserūt: at quæ relationē expresse. Identidem q̄ & quod differenter a relationibus. & cum cōiunctionem a præpositione: & plæraq; talia. Ego tuæ imitationis cupidissimus:a cuius scbola(tanq̄ a platonica pendeo) tuā in bis singulis sentētiā expecto. Malo enim errare tecum(ut Attici dicebant cū Platone)q̄ cum reliquis bene sentire. Vale. Ex Mediolano Nonis Februarijs.

Perpetuitas
Nullitas
Genitor
Genitrix
Natus
Gnatus
Egregij
Singulares
Famosus
Gloriosus
Quæ & que
Cū & quum
Platonica scbola

Disciplinalis familiarissima.

Gazopbylacium
Arcbitriclinus.
Cboraules
Intra In
Voces rbanarū &c.

Quæro abs te præceptor bumanissime:ut Gazopbylaciū exprimas: quo differat a tbesauro: an idem sit! Quis proprie Arcbitriclinus censeatur!quis Cboraules! Habemus enim quosdam bodiernos interpretes:rerum & linguarū pariter ignaros. Quod ei sit urbi nomen: in qua corpus & reliquiæ diui Francisci seruantur. A quibus fuerint Mediolanum:& Bergomum:urbes conditæ! Quæ sit differentia inter intra & in. Quæ sint ꝓpriæ uoces latinæ dictæ rbanarum:equorum:asinorum:boum:cæterorūque buiusmodi

TITVLVS XXVIII

Hæc si declaraueris afficies me uoluptati incredibili. Tu iu be ac me ama. Ex Mediolano. viij. Idus Februarij.

Disciplinalis Grauis.

Vt illo utar Iuuenalis: qui præceptorē loco uoluere paren tis esse: uiri fuerunt nō pietate minus gratitudineq; singu lari: q̄ innata quadam de litteris bene sentiēdi cupiditate: ac assidue quæ didicissent: memoria repetēdi. Vt eñ a pa tribus sumus: sic a præceptoribus bene sumus. Ab iis uiui mus: ab his autem bene uiuimus. Quid si bene simul & be ate! Quid eñ (ut Aurelio placet) aliud ē bene: ac beate ui uere: q̄ illa & discere: & tenere: quib⁹ æternitas gloriæ com paratur! At a quibus alijs has emunt mercimonias uiri: q̄ a præceptoribus! Ab his discimus non loq solū: quo a mutis differimus aīantibus ac brutis: sed eloqui: quo nos Cicero cæteris hominibus nos docet antecellere. A Prisciano grā maticen: Beda: Phoca: Capro: Marcello: Varroneq;. Ab Hermagora: Hermogene: Aeschie: Lysia: Demosthene: Aristotele: Isocrate:: Cicerone: Catoneq; rhetoricen acci pimus. Ab Orpheo: Musæo: Hesiodo: Homero: Pīdaro: Aristophane: Euripide: Sophocle: Marone: Ouidio: Ho ratioq; poeticā. Ab Herodoto: Thucydide: Polybio: Plu tarcho: Liuio: Salustioq; historicam. A Seneca: Quintilia noq; declamādi modum: & ab alijs singulis singula nostris moribus uitæq; necessaria: cū quibus nedū cogitemus om nia modestissime: dicamusq; politissime ac plurimū elima te: uerū etiā faciam⁹ cōsulto: æque: sancte: pie: religiose: qui bus uirtutū gradibus hinc nobis ab inferiorib⁹ ad supiora paramus ascēsum: & cū in terra corpora uiuāt: in cælo mē tes pascāt. Nūc igit: cū te absentē animo speculor: atq; nō secus: ac præsentē intueor: non aliū uidere uideor: q̄ eum a quo ex nihilo factus sim aliqs. Tu me nō min⁹ bonos do cuisti mores: q̄ bonas artes: nec minus (ut admonuit Lactā tius) curasti: ut saperē: q̄ ut scirē. Ad te redeo: cū quicq̄ am bigo: a quo utpote pitissimo quærā & uerborū rationes & rerū. Quædā de uerbis dubitam⁹: melius ne ac latini⁹ q̄rto

Iuuenalis
Augustin⁹
Cicero
Grāmatici
Rhetores
Poetæ
Historici
Declama tores
Lactātius

Eiulatus
Gemitus
Singultus
Planctus
Recreare
Consolari
Leuare
Reficere

Kalēdas:an quartū Kalendas dictū sit. Quid ꝓprie sit eiulatus:quid gemitus:quid singultus:quid planctus? Quæ inter recreare:cōsolari:leuare:ac reficere sit differētia? Quædā de rebus ipsis. Nū Epicuri sentētia sit ullo pacto de uoluptate tolerabilis:cū & a Cicerone tantopere damnet̄:& ab ijs omnibus qui Ciceronē secuti sunt. Quædā de nominibus. Num recte scriptū sit in officijs:Aristotelē & Isocratem:quorū uterq; suo studio delectatus cōtempsit alterū. Quædā de historia. Num Dido potuerit Aeneā amare. Sin id minus:quid hoc exponat figmenti. Quædā de poetica:fuerint ne:qui āte Homerū & Hesiodū scripserint: cū Philon id Iudæus negare uideat̄. Hæc discipulus a doctore postulo. Tu responde:ac Vale Ex Mediolano. vij. Idus Februarij.

Synonyma disciplinalia.

Doce me mi præceptor.
Ne sis in me dicendo difficilis.
Adhibe in me instruendo diligentiam.
Fac ut non graue sit:discipulū admonere.
Præceptis elegantiæ tuæ discipulū imbue
Nulla me maiore affeceris uoluptate:q̄ si sis in me docendo assiduus.
Ero incredibili abs te munere donatus si me doces.
Quid potes in me conferre præstantius:q̄ eruditionem?
Tu plane me beabis:cū docueris egregij quippiam.
Quotiens in me defatigabere: totiens tibi plus debebo:q̄ si me omni thesauro feceris q̄ ditissimum.
Est ne quicq̄ abs te mihi dono dandū:quo te munificentiorē exhibeas:q̄ si præceptis me bonarū artiū institueris.
Adhibe in præceptis erga me curam:si uis me tibi perpetuo deuinctissimum esse.
Cum te rogo plurima:ne sis in me docendo durus.
Ego te qn̄ me doces assidue:numinis instar colo.
Te supplico per immortalem deum: respondeas ad hæc quæ sæpe quæro.

Facit doctrina tua:ut non sim negligens in quærendo sem per quicq̄ ambigui.

Titulus.xxix.

Doctrinalis familiaris.

Q; me ames æquū est. Amaris enim ab me supra modum Sed ne ꝓlixitate uerborum temp⁹ terā: cū sententiaꝝ potius opificē:q̄ uerborū sapientem esse decere: doceat Augustinus: ad ea summatim respōdebo: quæ postulasti. Perpetuitate utunť: uel obseruatores latinæ linguæ iu ijs: quæ ad philosophiam attinēt siquidē cōmodiore uocabulo ea sentētia nequit exprimi. Vt em̄ ab æterno formať æternitas: sic a perpetuo ꝑpetuitas. At cū licet oratorē amplius loqui: utendū est consuetis īmortalitate æternitate. Sempiternitas & perpetuitas philosophica sunt: nec nō & hinc ꝓcedētia uerba perpetuare sempiternare. At si apud poetas reperianť: quibus carminis est difficultas: tolerať: ut & apud eos genitor: & natus: & apud comicos gnatus. Refert em̄ & inter ipos poetas: heroice ne quisq; scripserit: an elegiace: an satyrice: an bucolice: cum hæc carminū diuersitates uaria soleant admittere uocabula. Satyrus caballū dicit: nō heroicus: at sonipedem: ut apud Maronem. Stat sonipes & fræna ferox spumantia mandit: at carnipedem: quē Satyrus monych⁹: ut Iuuenalis: Aut q̄tas iaculeť monychus hornos. Nullitatis dictio bona est. Egregiū uocat Tullius cæsarē: nec potest præstantior quisq̄ dici: q̄ egregius: modo titulus adijciatur artis: ut egregius uoceť philosophus: aut orator: aut princeps. Singularis eādem habet rationem: dū ne uulgi more addať suplatio: quæ stare nō potest: cū plusq̄ singularē dicere ualeamus nullum: cū ex pluribus singillatim uisis delectus hic unus sit: ut Tullius uix singulis ætatibus singulos inquit tolerabiles oratores extitisse. Breuiationes aut ac punctuationes nouiores inuenere non prisci. Omnia possunt latinissime plana scribi: nec errabiť: modo quæ relatio diphthōgetur: coniunctio uero minime. Cum aūt a quū nihilo differt: nisi q̄dā nouo/

Augustin⁹
Perpetuitas
Aeternitas
Sempiternitas
Natus
Genitor
Diuersitas poetarum
Caballū
Sonipes
Vir.4.æne.
Iuue.i.saty.
Nullitas
Egregius
Tullius
Singularis
Tullius
Quæ & que
Cū & quū

rum quorundam superstitione: qui (ut Tullius in Graecos ait) ne parū multa scisse uiderent: ea interdū cōquaesierūt quae nihil ad artem attinebant: uel inanis arrogantiae causa uel spe lucri: uel ut ars difficilior cognitu uideret: Haec habes. Ego tuus sum: audēter eiusmodi pete. Ex Mediolano vi. Idus Februarij.

Doctrinalis familiarissima.

Gazophy lacium

Gazophylaciū mi fili (non secus em: ac filiū te diligo) a gaza uocabulo Persico: quod censum significat: & phylago: unde phylace: hoc est seruo & custodio cōpositum: custodiam declarat hodie ecclesiastici quidē cēsus. At apud ueteres gaza ꝓ omni capit censu: ut apud Maronē. Arma uirum tabulae: & troia gaza per undas. Architriclinus ab archos: id est dn̄s: & triclinos: hoc est aula: dn̄s dicitur aulae quē nos praefectū uocamus hospitio. Choraules autē chori dicit ductor. De diui Francisci urbe: axem respōdeo: cuias & Propertius fuit. Mediolanū & Bergomū: Suidas docet: a Gallis aedificata. Intra ueteres dicebāt ultra: uls: citra cis. Tra uero ad Euphoniam est additum: ut Gelli⁹ docet: Rhanae coaxant: equi hinniūt. Asini rudiunt. Boues mugiunt. Ex Mediolano. v. Idus Februarij.

Virg. i. aene.

Architricli.

Choraules

Intra drn̄t

Citra

Voces rhanaꝝ: equorū: Asinoꝝ

Doctrinalis Grauis.

Multa breui cōplexus es mi fili: qn̄ me patrē appellas: nec imerito quib⁹ & ingenij tui faecunditatē expressisti: & studiorū assiduitatē: & tuā in me pietatē. Laetatus sum mirifice: q tātū peperim fructū: tā suauē: tam nectareū. Qd ad rē attinet: quartū Kalēdas sine praepositiōe nō inuenit latine dictū: ut Cicero ad tertiū Kalendas hoc studebam: & de eo intelligit: qd futurū & paratū describit tempus. At quarto Kalendas de praesenti iā tēpore scribit: ut idē Tullius: haec scripsi Idibus mane. Eiulatus est sic a muliebri uoce tractū uel a molli uiro: cum in funere fit clamosa lamentatio: ut in bestijs plaerisq; pariter a uoce originem capit uerbum: ut ululatus in lupis: latratus in canibus: cuculatus in cuculis. Gemitus est qui uel uiros decet quodam admixtus in fu-

Quartū klās

Quarto

Tullius

Eiulatus

Gemitus

neribus moderamine. *Singultus* mutatione litterarum ab inglutiendo eiulatum dictus est: ubi præ pudore non emittitur clamor. Planctus muliebris ille clamor est cum lacbrymis in mœrore. Nã mœror est ægritudo flebilis de ei⁹ morte: qui nobis carus fuerit: ut Ciceroni placet. Leuare ẽ dolorẽ suadendo leuiorẽ efficere. At recreare: ac reficere nõ solum est facere leuiorẽ: sed persuadẽdo in primã reducere mentẽ. Cõsolari aũt est: spe proposita maioris uoluptatis: ægritudinẽ de mente delere: ut apud Virgiliũ. Ven⁹ se dicit solari se solitã casus troianus spe promissorum Iouis. Epicurus (mea quidẽ sententia) uir fuit doctissim⁹: & haud qualem improbant multi cum Cicerone. Posuit summum bonũ in uoluptate. Quid aliud est beatitudo: q̃ indelibilis uoluptas? Quid apud nos paradisus: q̃ uoluptatis locus? *Si* Cyrenæi constituerũt summũ hoc bonũ in indolentia: nõne melius Epicurus in uoluptate: cũ uirt⁹ in opatiõe pfecta (teste Aristotele) sit cum delectatiõe? Quid uera Christiana fides nobis pollicet̃ inquiẽs: Gaudete & exultate: quoniam merces uestra copiosa est in cœlis? Vir, qui post obitũ nihil cẽseret permansurũ nõ triuisset in scribẽdo tempus: ut ille: qui quadringẽta septuagita quattuor librorum ædidit uolumina: futuræ gloriæ imortalitatisq; studiosissimus. De Aristotele intelligit̃ & Xenocrate: quorum uterq; suo studio delectatus est. Dido statuit Carthaginẽ annos circiter triginta prius: q̃ fuerit urbs Romana cõdita ab Aeneæ successoribus: annos quadringentos: aut paulominus: post interitum Aeneæ. Figmentũ illud omne apud Virgilium ꝓ Aenea Romã significat: ꝓ Didone Carthaginem: quæ nouitate ac similitudine delectata quod profugi Troes condiderint urbem: ut & Dido profuga: primũ & dona misit: & cum Romanis maximã contraxit beniuolentiam. Mox quia Romani amplificare cupiebãt imperium: a pœnis recesserũt: quare Carthaginenses sibi mortem asciuerũt: triplicíq; uulnere sunt confossi: hoc est triplici bello punico eneruati. Ante Homerum & Hesiodum scripsit Orpheus

Singultus
Planctus
Leuare
Recreare
drñt
Reficere
Consolari
Vir. i. æne.
De epicuro
Cyrenæi
Aristoteles
Carthago a Didone & quo tpe Virgilius
Antiq̃ssimi poetæ

qui audierat Linum thebanũ: qui quidẽ Linus Cadmum Agenoris habuerat præceptorẽ. At multo antea perhibẽtur scripsisse poetica: & apud ægyptios Vulcanus: & plærique prophetæ: & belli troiani tẽporibus Sibylla. Nũc ad ea respondi singula: quæ petieras. Cæterũ est ut pseueres: nec te unq̃ quærere pudeat: quæ nescis: cũ m'lto nescire sit turpius. Ex Mediolano. v. Idus Februarij.

Synonyma doctrinalia.

Ita fac mi fili semper roga.
Vt multa discas: quærenda sunt plurima.
Nihil est tibi temporis terendũ: ut discas assidue.
Si pcunctaris præceptorẽ semp: nunq̃ te pœnitebit.
Fies summopere doctus: si semper quæris.
Efficere pitissimus: si studebis: & quæ nõ ĩtelligis postulabis.
Si nescis fœdũ est: si quæris pulchrum.
Quid magis discipulũ decet: q̃ aliqd assidue quærere.
Nihil magis est discipulo propriũ: q̃ ut quærat doctorem aliquid assidue.
Si fabri simus fabricando: multomagis docti rogando ac exercendo.
Magnus eris in litteris: si semp aliquid audis.
Nõ ut te scire putes (fies doctior) sed ut assidue aliqd discas
Ne te pudeat scire uelle: quæ nescis.
Illos non audias quos pudet magistros audire: cum maiores natu sunt.
Ab illis qui uel senes audiebant bonarũ artium præceptores: exemplũ tibi uendica.
Nihil in hoĩe ignorãtia turpius est: sed turpissimũ ptinacia.
Debes semp uidere multa: & quæ nõ tenes sciscitari.
Haud difficilis in quærẽdo sis: ubi doctorẽ facilẽ habes.

Titulus. xxx.

Munificalis familiaris.

Aristoteles Munificẽtiã illã esse uirtutem: Aristoteles docet: quæ maiores ac plures sibi uendicat amicitias. Conciliantur enim munificis populorum animi: fiuntque in eos omnia bemi/

num genera deditissima. Id ego considerans sæpe: in eos præsertim esse debere me munificũ duco: qui uiri sunt & docti æ boni: qui merent̃ omnem munificentiam. Ex eorũ enim memoria: nunq̃ excidunt munera: & a nobis factum est opus: qđ sp̃ laudaturi sint: q recti quippiã sentiunt. Scio q̃tus sis: q̃cq; doctus: q̃cq; multo merearis plura: q̃ tibi dono dem. Cuperẽ posse tanta ministrare tibi: q̃ta me cogeret incredibilis tua uirtus. Sed ubi uolũtati non satisfiet: facultatẽ admittes: & æqua mente feres: paruã hanc esse largitionẽ meam: quã fortunæ debilitas tenuiorẽ fecit. Vale Ex Mediolano. iiij. Idus Februarij.

Munificalis familiarissima.

Eo cõtentus sis munusculo: qđ ad te dedi: nec eius paruitatem exiguitati uoluntatis: ac facultatis ascribe. Sũ em̃ ea in te beniuolẽtia: ut nihil ad te dare tantũ me posse uideam: cui non sint assidue defutura q̃plurima. Mereri autem maxima te quæcq; non nescio: in quo tam diuina potius q̃ humana sit uirtus. Accipe q̃familiarissime quod in me fuit: & cuius rem minimã animi magnitudo maximã faciat. Non quæ data sint animaduerte: sed qui dederit. Bene uale. Ex Mediolano. iij. Idus Februarij.

Munificalis Grauis:

Theophrastus largitionẽ inquit: fundũ non habere. Qui dat enim (ut Aristoteles docet) si liberalis & haberi uult: & esse: sciat liberalitatem a dando dictam esse. Nam philotimia uocatur apud Græcos: quippe quæ amicos honoret: uel amet honorare. Q2 si Platone teste: honoramus aliquẽ in uirtutis testimonium: manifesto constat huiusmodi honores muneribus ab ijs esse implendos a quibus imprimis solent: ut ab habentibus facultates: expectari. Principes enim ut ditiores sunt reliquis: sic & fortunas habent quas donent propẽsiores. Quare ne sua largitio fundũ habeat recte admonet Theophrastus: ut nihil in principe turpius q̃ aurũ uel cumulare uel cupere: ita præclarissimũ in ijs est ut multa donẽt. Arati Sitionij laudatũ ẽ illud in suos ciues

Theophrastus
Aristoteles
Plato
Theophrastus
Aratus
Cæsar

Cæsar munificētiæ gen⁹. Et cæsaris in ærario p pplm̄ partiēdo: &
Cyrus Cyri: qui liberalissimus fuit in largiendo magnificentia: qđ
de nobis dicturos esse multos opinemur: si cum admodũ
pauca paruaq́ possimus: ut multa donemus & magna. No
Tullius lim ab alijs rapere: ut alijs donem: ut illud improbat Tulli-
us. Sed malim debere semp plurima: ut habeã unde mul-
Curius to elargiar plura. Q̃ me delectat responsũ illud Curij: Nol
le Romanos aurũ: sed aurũ habētibus imperare uelle. Q̃
Fabritius eo Fabritij lætor: cũ a Sannitibus aurum noluit: dicens in-
digne sibi uisum fieri: si ab illis ea caperet: quibus eis usus
esset: cum ipse nesciret uti. Qua sumus uirtute simillimi su-
peris alia magis: q̃ liberalitate? Quid autem in principe fœ-
Crœsus dius: q̃ si thesaurꝝ augeat: instar Crœsi Lydiæ regis: aut Mi
Midas dæ: aut Phinai: quibus thesaurorũ magnitudo plurimum
Phinaus obfuit? Ego dono & libenter & sæpe & illis imprimis: qui
merent̄ cũ uirtute: meq́ ad donandũ inuitant. Accipe qđ
minimũ ad te dedi: nec rei tenuitatē potius q̃ uoluntatem
specta. Si em̄ ad ea: quæ te decent: & quæ tuæ debent̄ lau-
di: hæc conferas: nihil acceperis: munus corruat. Si meam
metiris facultatem: supplebit uoluntas: qđ defuit largitati:
Ad hæc aũt neq̄ mea negligas: te hortor aliq̄ ad me scri
bas non nihil: ut intelligas: q̃to ab me plura sis habiturus q̃
ab illis: qui me multo sunt ditiores: maioresque principes.
Plato Cognosces Platonicũ illud: non in imperio: sed in mente
consistere principatum. Audio & tibi filios esse. Filiæ si nu-
bent: eis institui dotem. Filios quot ad me dederis: curabo
apud me q̃ liberalissime: nõ educari solum: sed erudiri: ut
meã erga te: tuosq́ omnis cognoscas beniuolentiã. Si quid
est aũt: aut nũc: aut deinceps: quod aliud ab me postules:
fac ut sciã. Nihil es a me frustra petiturus. Vale. Ex Medio
lano pridie Idus Februarij.

Synonyma munificalia.

Accipe munusculũ ea mente: qua dedi.
Paruitatē muneris magnitudo nostræ cõpenset uolũtatis
Indulge dono: si meã non exprimit mentem.

Pro mea facultate donũ capis: non ꝓ animi magnitudine.
Si tanta res esset mea: q̃tᵘ ẽ animᵘ: maiora longe caperes.
Habes a me signũ animi non ingrati.
Non quæ te deceant: dedi: sed quæ possim.
Scio quæ sis meritus: at tu nõ nescis q̃ta sit facultas mea.
Si tuam metiris uirtutem: fac ut & q̃d ego possim non præ tereas.
Debeo tibi maxĩa: sed cogit ĩpotẽs tenuitas reddere ꝑua.
Nihil ẽ q̃d plus cupiã: q̃ ut habeas ab me quæ meritus es.
Tanta est tua uirtus ut uel cũ sanguis meus ac spiritᵘ dono tibi datus sit: debere adhuc me tibi sciã alia.
Nullũ seruarem in largiendo tibi modũ: si possem rem ani mo suppeditare.
Fieres a me q̃ditissimus: ubi fortuna uoluntati meæ (quod uellem) ministraret.
Fer æqua mente: si nõ misi: quod uellem munus ad te: sed quod potui.

Titulus. xxxi.

Iuridicialis familiaris.

Cum illud sit iudicis proprium: q̃d apud Demosthenẽ legitur: ut nec amore: nec odio: aut alliciatur: ant prouocet̃: nõ tam ego hac in causa mutuæ fauebo tuæ in me beniuolentiæ: q̃ meã seruabo fidem. Hoc enim a me poscit iurisdi tio mea: ut non alios corrigam: alios prætercam: alios perdã: alios seruem. Vocauit in ius te me corã: ad ea quæ peti turus erat: responsurum Curius. Ad diem cõstitutam non accessisti: ut tuam damnemus contumaciã instat: aut negemus ei ius exequi: opus est: aut te damnemus. Vtrunque difficile: sed deterius illud: q̃obrẽ: aut huc accedas ẽ necesse: restituimᵘ em̃ adhuc tibi ueniẽdi r̃ndendiq; locũ: aut pᵒ designatã diem: nõ eris indamnatus. Dies aũt a nobis tibi sit deinceps ad. xiiij. designata Kalẽdas decembris. Cupio te adiuuare in ijs oibᵘ: quæ mea sint: ære: domo: subsidijs: amicis: cliẽtelis: at in ijs quæ mea nõ sũt sed legis: haud q̃cq̃ Aliud est em̃ priuatũ amicũ esse: aliud publicã gerere per

Demosthenes

ſonam. Marcellum ſemp̱ habes: prætorē nō niſi cū ius decreuit. Ergo fac ut uenias ne legem iratā experiaris. Bene uale. Ex Mediolano Idibus Februarijs.

Iuridicialis familiariſſima.

Accedentē iſtuc Parmenonem: qui te noſtro in ius nomine uocat: audies & deinceps noſtris obedies indilate mandatis. Nam adiuit nos aduerſarius tuus: ut nuncius iſte tibi ſignificauit. Ad te igit̄ petitionē hominis dedim⁹: ut reſponſurus accedas. Non erit id nobis iniucundum: ut negligas: quæ iubemus. At ſi negligas feres cōtēptionis pœnā. Mulctabimus em̄ te in decimū argēti pōdo: nec admittemus cauſam: cū in cōtumacē oīa iura clamant. Vale Ex Mediolano. xvij. Kalendas Martias.

Iuridicialis grauis.

Lycurgus — Lycurgus lacedæmonijs leges tulit: ut ſi quis in ius uocatur (inſtante aduerſario) nō ueniſſet: æque dānaret̄: ac cōfeſſus quæ peterent̄: quē ipſo iure Cecrops dixerat eē dānatum. At Solon mitius apud Atheniēſes agēs: rurſus atq; iterū inquit: uel cōtumacē ipm: reuocandum eſſe: ut ſi cauſam more dixiſſet idoneam admitteret̄: Sin id min⁹ & dānaret̄ aduerſario debitor: & mulctaret̄ pro negligētia: Labeo uero uir doctiſſimus hoc addidit: ut nō redderet̄ more cauſa: ne forte mēdaces fieri plures cogerent̄ ad dānationis ſeueritatē. Sed cū tertiū in ius uocaret̄: non ueniēs decernet̄ ea confeſſus quæ interminatus arbiter eſſet. At Scæuola doctiſſimus ille: maluit procliue in abſoluendum agere: q̄ difficulter in dānandū. Itaq; decreuit ius ſuum urbibus eſſe: qd̄ ſingulæ ſibi dicerent. Q: ſi iuberet urbs ulla damnandū eſſe: qui aut primū: aut quartū non ueniſſet id obſeruaret̄. Nūc aūt in hac urbe ſcis eſſe principis ædictū: ut qui primū uocatus eſt: continuo nō accedens damnet̄ ob id: ad quod uocatur. Fabius quid abs te petat: iſtis accipies litteris. Eſt homo permoleſtus (nec id inficior) ſed cui non ſint iuſticiæ partes denegandæ: quam nec ipſi malo dæmoni deus denegaret. Nam & Alexāder ille rex tātus

Cecrops
Solon
Labeo
Scæuola
Alexander

cum querebatur de alio quisq̃: unã occludebat aurẽ quã se dicebat alteri seruare parti: ut utraq; audita rectius iudicaret. Amo te plurimũ: sed ita quidẽ: ut Agis ille respondit ad ea: quæ dixerat pater: qui iudex est: personam exhibet in terris dei. Nullũ in lege amicũ hosti præfero: æqua procedo lance. Astræa illa me uirgo uidet: quæ neque titanas suos seruauit. Huc igit̃ accede q̃ primũ in ius uocatus: ad ea responde quæ petantur: honestaq; sit causa tua: uel turpis: considera prius q̃ in eius disceptationẽ descẽdas: Melius est enim (pro Ciceronis sententia) non incipere q̃ ab incœptis turpiter desistere. Possunt facillime in arbitros cõpromitti causæ. Transigiturq; non difficulter inter omnes: cum euẽtus litium: Quintilianus dubios esse doceat. Ni pactus id fueris: quod honesta tibi sit causa: nec tamen legum tenes ac ordinẽ iudiciorum: causidicũ tibi quære: non mathonis similem: qui te inuoluat pplexumq; in foro discruciet. Nec eorũ aliquẽ: de quo℞ inquit Seneca genere: Hic clamosi rabiosa fori iurgia uendens: improbus iras & uerba locat. Lege tibi uirum bonũ: qui possit (ubi opus sit) & arbiter interesse. Ordo aũt causarum idem est: qui & Rhetorũ cõplectitur orationes. Nã ut exordiunt̃ hi: sic illo factum proponũt esse dicendum: ut & iudices attentos & beniuolos faciant. Vt narrant hi: narrant etiã illi casus ꝑpositione materiam litis explicãtes. Vt hi diuidũt: illi partiuntur: quæ sint probanda: negata: positionibus: uel quæ affirmata sint in suam cõmoditatẽ traducenda. Vt hi confirmationibus totuplicibus utũtur: quotuplices sunt partitiones. Illi articulos ad probanda referunt: argumentationibus nituntur: rationibus legibusq; rem transigunt. Hoc differunt qđ propositione: ratione: rationis confirmatione: exornatione: cõplexioneq; sequũtur rhetores probationes: inficiationesq; suas. At iurisconsulti non nisi iuris inductionibus. Illis sunt probabiles: ac uerisimiles argumentationes: his aũt demõstratiue ac necessarie. His tibi & ordinibus & modis ẽ in foro disceptandũ: quos docuerat in re-

Agis

Astræa

Cicero

Quintilian⁹

Seneca

Rhetores drñt Iuriscõsulti

Plato publica Plato: sed multomagis hodierna docuit consuetudo. Ne te igit' ab his distrahas: nec inuersurũ hunc ordinẽ ꝑ te iudica: ne aut famã dãnem meam: aut mihi sim criminis conscius: qui alias habeã pro amicis: alias pro reliqs leges. Non habeo personarum acceptionem. Bene uale. Ex Mediolano. xv. Kalendas Martias.

Synonyma Iuridicialia.

Ne sis in iudicio contumax.

Haud amori meo in causis cõfidas: quarũ sum arbiter.

Nihilo tibi plus deessem: q̃ filio: excepto foro.

Fac ut qñ public⁹ iudex sũ: de iusticia nihil mihi diminuas.

In iudicando neq; te noscã: nec aliũ quenq̃.

Non erit fides mea pro te uel alio in foro uiolata.

Omnia mea tibi debeo: præter legum maiestatem.

Cõmendatæ mihi sunt iuris partes: quas a me nemo petat ut restituere cõmendanti possem deo.

Quid est in amico insolentius: q̃ de iuris uia ratione q; uelle quicq̃ amico detrahere!

Quæ mea sunt: ab me posce cõmunia tibi: iuris leges intactas depositori seruo principi.

Cura ut non sis cõtumax: ne in te clament leges omnes.

Fac ut obedias præceptis legum ne plectare si te difficile præstiteris.

Aut causam in foro non habeas: aut iurisditionis obtẽpera institutis.

Amicus sum tuus: sed priuatus.

Iudex ego te non illi propono.

Habeo te fratris loco: modo tu meam in iudicando dignitatem non lædas.

Ne tibi de me quicq̃ iudicante pollicearis.

Titulus. xxxij.

Regratiatoria familiaris.

Cicero. Qui referre neqt gratias (inquit Cicero) habere certe potest. Itaq; cũ maxĩo nos affeceris munere: cunq; referendi: non se nobis facultas offerat: habendi certe bono sumus

animo agẽdiq́ꝫ lingua nõ proplexa. Verũ cui deessent hac in cã uerba: ei certe soli qui mutus sit: aut penit⁹ elinguis. Nihil potuim⁹ nos quidẽ optare: qđ abs te ul' nõ orato: nõ reqsito: nõ simus assecuti! Tu nos hospitio p̄humane tam excepisti: q̃ uirũ aliquis nostrum ausus esset cupe. Nullum omisisti genus officij: quo nos non insigniueris. At neq́ꝫ nostra te docuit id efficere familiaritas: nec antiq̃ uirtus: nec ulla profecto cã: qua quicq̃ deberes nobis. Ad ea te coegit sola beneficentiæ tuæ cõsuetudo (quæ talis est) ut neminẽ prætermittas cui nõ te præbeas hospitalẽ. Est igit' nostrũ deinceps munus: ut cũ tibi plurima debeamus: multo uelimus debere plura. Quo sumus pacto: parẽ gratiã relaturi! Vita hæc tua est nõ fortuna solũ. Vtere nobis posthac nõ sec⁹: ac tuis. Bñ uale. Ex Mlo. xv. Kalendas Martias.

Regratiatoria familiarissima.

Redijt ad me puer meus: q̃q́ꝫ diligens in ei⁹ te præstiteris expediendã cãm: retulit. Fecisti qđ sperabã te factuꝝ esse. Sciebam eñ: q̃ soleres esse meus: quid meum te dixi: imo bonorũ omnium. Habeo & ago tibi gratias immortales: & si qñ fuerit tibi nostra op⁹ opera nõ recusabo referre. Q̃q̃ scio nihil esse mihi tantũ: uel fortunarũ uel ingenij: ut par tibi præberi possit gratia. Verũ ubi cætera in hac referenda gratia deficiẽt: uolũtas certe nũq̃ deerit. Bene uale. Ex Mediolano. xiiij. Kalendas Martias.

Regratiatoria Grauis.

Qui genus inuenerũt officij: quo munificos beneficosque sese uiri præstarent in uiros: ut mutua uiueret' beniuolẽtia ijdẽ edixere leges: qb⁹ & haberi gratiæ: & agi: & referri pie possent. Ex quibus Aeschinem apud Athenienses imitandum esse duco: qui dixit nullum esse tam abiecta conditione: qui ulla uitæ parte nõ posset exhibere se nõ ingratum bñdicendo saltem referret officiũ. Non parũ est eñ' a plærisque muneris: ut laude reponatur officio. Nam ut Plinius docet) qui poetæ uel urbium ac principum: uel priuatorum laudant uitas: maximis eos muneribus donant

Aeschines

Plinius

quos extollant: merenturq; ab illis maxima. Quid si acceptis muneribus: abs te laudes ꝓ gratia referũt? Ego ꝑpetuum existimo bonum illis præferendũ: quæ caduca sunt: ac interdũ uix diurna. Q2 si de dignitate cõtendit muneris: qd' donũ cũ laudis ĩmortalitate cõtendere audet: si quidẽ hac largitione dij: friuolis aũt reliquis delectari solẽt homines? Fuisti tu quidem in me meosq; omnis o clementissime princeps liberalissimus: primũ omni hospitalitatis officio ut Iouẽ te possimus hospitalẽ illum existimare: de quo extat poetic⁹ uersus: Iuppiter hospitibus nam te dare iura loquũtur. Ad hæc largiẽdo nobis assidue multa: nemini christianorũ cessisti. Nullũ præterijsti genus officij: quo nõ fueris erga nos beneficiẽtissimus. Audiuisti nostros omnes facillime: Admisisti humanissime: Vidisti iucũdissime: Dimisisti omnibus in rebus liberalissime. Valuimus apud te tuosq; singulos tanta & auctoritate: & gratia ut nihil addi ad officiorum cumulũ possit. Quo pacto respondebo huic benignitati: mãsuetudini: caritati? Res mihi est minima nec qua tu egeas: Quid referam ut tibi sim ulla in re adminiculo? At meo fauore: consilio: auxilioq; tibi non est op⁹. Carminibus cæterisq; latine Græceq; respondebo generibus: quibus te faciam non moriturum: at & alios scriptores tuarum habes laudũ: uirtutũq; præcones? Habes: non diffiteor: at & urbes habes: & diuitias. Reijceres ne quenq̃: a quo posses & alias cũ honestate consequi? Scribunt de te multi. Quid si & me nõ aspernabit posteritas? Potest igit hæc gratiæ relatio nõ esse inferior cæteris. Habeo tibi ꝓ tuis tot in me officijs gratias: & eas quidem perpetuas: & ago nõ inferiores: ea tñ mẽte: ut nulla temporũ diurnitas: nulli casus: nulla diuersitas locorũ: aut gentium: horum de me meritorũ officia: de mea deleant mente. Sed in referẽda tamen non sum ignauus: non infæcundus: non tardus. Habebis enim me q̃diu uiuam: tui nominis obseruatorẽ: tuæ famæ ducem: tuæ gloriæ auctorem: & tunc me silere de te posse censebis: cum luce functus nusquã ampli

Vir.i.æne.

us respirabo. Cæterũ est: ut si quid aliqñ euenerit ubi tibi amicisue:aut seruis tuis me cognoscas opera: ingenio:ulla ue diligentia posse quicq̃ opitulari:suppeditareque tuæ uoluntati officij:iube:impera: manda: præcipe:nihilq; te remoretur causæ: quæ te cogat credere: alium eẽ me q̃ sim. Debeo te sequi oĩ non amore solũ:ac obseruantia:sed cultu:atq; ueneratione haud secus ac numen aliquod. Nõ solus ego tuus sum:sed tota hæc nostra domus:uniuersaque familia:Nam qui mihi uel amicitiæ debẽt officiũ:uel clientelæ:sese omnes tibi dedicarunt: cunq; intelligant q̃ tuus sim:assidue de te nobis fit sermo:nihil est quod uehementius appetant: q̃ esse tui. Vtere mi princeps & me:& meis oĩbus & q̃uis nõ sit necesse: scio tibi & maiores uiros & ditiores amicos:clientes ac seruos esse:ne tamen indigne factũ existimes:si nos multo illis inferiores non eijcis:non aspernaris:nõ contemnis. Vt ait Homerus:parui cũ magnis amici sæpe coeunt. Nõ ero in dicẽdo prolixior: ne hac epistola cẽseas:uoluisse me tuæ in me magnitudini meritorũ gratiam referre. Nulla eñ uel amplissima carmina:uel ꝓfusissima ꝓsarum genera satisfactura sunt huic debitiõi meæ quæ quidẽ est sempiterna. Sed tu prudentissimus a nobis accipe (qđ dari ualet) mentẽ tibi deditissimã. Animũ tuis institutis dicacissimum. Ingeniũ tuæ laudis testimonium: dispositionẽ in te cõuersam: cõmentationẽ cũ claris de te assiduã. Vale. Ex Mediolano. xiij. Kalendas Martias. Homerus

Synonyma regratiatoria.

Ego tuis de me meritis gratias habeo maximas.

Affecisti me maximis officijs:pro quibus habeo incredibiles tibi gratias.

Regratior summopere tuæ in me liberalitati.

Referre nequeo tibi gratias:at habeo & ago.

Dicere nescirẽ paucis:q̃tas debeã tibi gratias.

Fuisti tam in nos officiosus:ut qñ pares referre gratias ualeamus haud satis intelligamus.

Quis tibi nostrũ æque (ac tu fuisti beneficus erga nos) re-

gratietur.
Nulla eloquij præstantia gratias agat tibi debitas.
Gratiarum agendarũ loco nos tibi dedicamus.
Sanguinẽ etiã ac spiritũ ꝓ te statuentes:non erimus in referenda gratia tuis beneficijs similes.
Laborãtes die noctuq; nõ satisfaciem⁹ acceptis officijs.
Iube si quid in nos uides ad mortẽ usq;:ꝓ habenda nõ referenda tamen tibi gratia.
Vellem tã esse disertus ut agerẽ:tam diues ut referre quirem tibi gratias.
Nulla est res tanta:quã in referẽdis tibi gratijs nõ debeã.
Fac de nobis q̃ malis in re ꝑiculũ: si uis certo cognoscere: q̃s tibi habeamus gratias:etiã si referre nesciamus.

Titulus.xxxiij.

Cõmissionalis familiaris.

Cõstituerã istuc ire:ne quid in re mea:me absente: fieret. Nã uetere prouerbio dici solitũ docet Plato:uirũ corã suam efficere causam meliorẽ. Sed ubi mecũ animo uolutaui:q̃ sis prudens:& q̃ me ames:decreui: meã tuæ fidei committere causam. Scio q̃ sis futurus & diligens & curiosus: q̃que multo melius cogitabis quid sit opus facto:q̃ sim ipse cogitaturus. Solent enim qui suas res agitant:esse maioribus interdũ occupationibus circumsepti:neq; uidere possunt omnia:nec prosequi:quæ ad rem attinent. Fallunt aliqñ apparentis specie boni:aliquando cupiditatis ui: nonnunq̃ ira:odio:amore:cæterisque mentis passionibus. Tu uero liberiore multo consilio:firmioreq; iudicio pedetentim insinuabis in causa(si opus fuerit)omniaque consulto: nihil temere prosequeris:nec celeritate frãgeris:nec tarditate cõculcaberis. Tolerantior eris: q̃ ego esse queã. Itaq; huius epistolæ ui ac officio tibi cõmitto:quã ago cum æmilio:causam. Quicq̃d in ea uel egeris:uel transegeris:æque firmũ imobileq; esse ducã:nec reuocaturus sum:ac si præsens omnibus affuissem. Iudices aũt omnes eam adhibeant tibi fidẽ:quã ore meo prolatis uerbis: & mea mẽte uolũtati expresse adhiberẽt. Cura tu posthac igit̃ rẽ meam ꝑ

Plato

q̄ diligētissime. Bene uale. Ex Mlo. xij. Kalēdas Martias.

Cōmissionalis familiarissima.

Est mihi aduersus Columellam istic apud prodominū ingens causa. Sū aliquot adhuc menses in ijs impeditissimus quæ ad principē attinent: nequeoq; hinc: sine maximo incōmodo digredi. At neq; causæ isti consulere non debeo quandoquidē est non mediocris. Memini te non causidicum esse solum pegregiū: sed mihi summa beniuolētia cōiunctissimū. Te unice rogo: non dedignere: hanc tibi prouinciam corrigendam assumere. Ego em̄ hisce litteris fidē huius meæ uolūtatis efficio: teq; meorū hac in causa negociorū curatorē & ꝓcuratorē deligo atq; constituo: cui cōmissam esse uolui meā oēm facultatē. Bene uale. Ex Mediolano. xi. Kalendas Martias.

Cōmissionalis Grauis.

Cum uiderit Solon interesse suis in foro causis plærosque non posse: quos maxime necessariæ detinerent causæ. At cōtra: qui agerent nollent frustra in iudicio agere: nō ueniente aduersario: prouidit non incōmode: quod a Carbone primū: mox alijs iurisconsultis non importune usurpatū est. Nā aut prece: aut precio: aut beniuolētia deligi posse uiros instituit: qui alienis intercederent nominibus: quibus ꝓcuratorū apud nos nomina uidem⁹ adhuc eē: apud Græcos reꝝ actores: uocabula dari. Q̄obrē & Demosthenes ac Aeschines ī Ctesiphōtis egere cā: & Cicero ac Hortensius in plærisq; alijs. Nam quod ab oratoribus aliqui dicant differre solitos procuratores: ut ab aduocatis hodie differunt causidici: nec id quidem negem omnino: nec penitus affirmē. Vt enim uel hodie interuenire nōnunq̄ pro iurisperitis hisce tabulis clamosissimis iurisconsultissimi uident: cū est causa magni precij: sic & oratores in illis copiosissime dicebant causis: in quibus parum profuissent causidici. Cum ergo & ipse interesse meis non ualeā: quæ istic geruntur: & res istæ magnæ atq; amplæ mihi negligendæ non sint: delegi te uirum & legum iurisque clarissimum

Solon
Carbo
Demosthenes
Aeschines
Ctesiphon
Cicero
Hortensius

interpretẽ:& mei mearũq; rerũ omniũ amantissimum. Te eñ præter cæteros delegi: quẽ arbitror fore mei studiosissimũ. Vt eñ es & in amicos officiosissimus: & gloriæ cupidissimus: sic & rei meæ consulturũ certo scio: & tuæ laudi. Quas es unq̃ amplexus causas: quarũ uictoriã non reportaris! Quod iccirco fieri non ambigo: quia nihil aggrederis: qđ non æquissimũ & honestissimũ esse uideas. Nec aliud abs te nunc etiam postulo: q̃ quod si quid iniquitatis in mea esse causa uideris: id omnino reijcias. Nec ut Plutarchus dicit: quicq̃ contendas uel a iudicibus impetrare: uel in aduersariũ obtinere: qđ turpe sit. Quis enim uel fœnore ditari uelit uir bonus: quod Cato definiuit: hominem occidere: uel cũ aliena iniuria: quod Sulpitius mõstrum in hominẽ appellauit natura! Verum quæ iuste nostra eẽ posse cognoris: nec sine legis ui ac maiestate peti: posce: insta: increpa: obsecra: ut Apl'us ait: curaq; demũ: ut res tuas. Tua eñ potes existimare mea oĩa: cũ ob uirtutẽ in te sũmã: tũ ob ueterẽ tuã mutuãq; mecũ beniuolẽtiã. Hanc igit' omnẽ causam tibi cõmisi: cõmissamq; hac epistola uolo: iubeoq; te meo nomine rem agere: ab omnibusq; admitti: ratumq; promitto: gratũq; habiturũ quantũ egeris: composueris: transegeris: ac pactus fueris. Habe post hac ergo ab meipso facultatẽ nedũ petendi: sed accusandi: siquid interciderit: uerũ etiam opponendi: obijciendi: articulandi: testes producẽdi: concludendi in re ipsa: iudicisq; sententiam audiendi: ac si quid inique ꝓnunciatũ censueris: appellandi ac rursus & iterũ: si duxeris opus esse ꝓuocãdi: supplicãdi: a cæsareq; irato ad cæsarem nõ iratum accedendi: intercedendi: contendendi. Quicquid enim affirmaris: aut negaris: uel cũ iureiurando in meam & famã & animã stabilitũ: improbatum ue fuisse uelim. Scio enim: q̃ & nihil te lateat (qđ meum hac in re sit) & si latuerit quippiam: eẽ te omni curaturũ industria prius: q̃ affirmes aliquid: de re ut habeat: fias ab me certior. Nihil ergo te impediant: aut remorẽtur iudices: nec ante causæ cõstitutionem: litẽq; cõtestatã

Plutarchus

Cato

Sulpitius

Apostolus

Procuratoris cõstitutõ

quisq̃ obijciat te talem esse: cũ ego ad quẽ hæc ꝑtinet omnis causa: ꝓ te fidẽ hic faciam: ꝓmittamq̧ ab omnibus eximere te difficultatibus: quas ob hoc ferre posses. Bene uale. Ex Mediolano. x. Kalendas Martias.

Synonyma cõmissionalia.

Cura diligenter rẽ meam tuis humeris demandatam.
Hanc causam omnẽ tuæ cõmitto fidei.
Constituo te in meo negocio ꝓcuratorem.
Rei meæ te patronũ uolo destinatum esse.
Fac si me amas ut nõ neges curare meã istic causam.
Ego te meorũ decerno gestorẽ negociorũ.
Præter te unũ meas res agere uolo neminem.
Ad te solũ deferri iubeo: qcquid istic ꝓ me agit᷑.
Cũ tibi soli meaꝵ reꝵ oim diligẽtiã isto i foro cõmiserim: fac ut acumẽ ingenij: uimq̧ tuæ declares sapiẽtiæ.
Tu mihi delectus es meaꝵ reꝵ tutor atq̧ defensor.
Te solũ præesse meis præcipio causis.
Quicqd in omni re mea ꝑfeceris: ego quoq̧ factũ reor.
Confirmaturus sum sꝑ quæ gesseris meo nomine.
Iube in rebus meis: quæ apud uos aguntur: ut uelis: idem affirmo.
Nulla i re tuæ refragabor uolũtati: si res meas inceperis.
Cõmisi tibi meas causas: quæ istic tractantur: nec sententiam muto
Scire quẽlibet cupio delere me quæcũq̧ mãdata (q̃q̃ aliũ ꝓcuratorẽ meũ appellãt) te solũ deinceps illũ decreuisse.

Titulus. xxxiiij.

Testimonialis familiaris.

Magna fides adhibẽda testi (ut Scæuola iussit) cũ exposcit omni exceptione maiorem. Itaq̧ cui testimoniũ dicẽdũ ẽ: ei animaduertẽdũ arbitror ne qd dicat᷑ temere: siue ꝑ obliuionẽ: siue ꝑ errorẽ. Nã q ꝑ amicitiã: aut preciũ: aut odiũ: aut metum a fide deficiunt: ij mea quidẽ sententia: uel stulti sunt: uel scelerati: uel immanes: uel abiecta mẽte nulliꝰ facundiæ: Nã testimonio præest deus: & peieratio superos

Scæuola
Testis oĩ exceptione maior

ſemp habet ultores. Cũ ad me igiť ſit teſtificãdi gratia de/ uentũ:ne me roget qſq̃:nec arbitreť me dictuꝝ:qđ nõ me mini. Videor enim quaſi ſomnia meminiſſe: quendã iſtinc me præſente :neſcio quam pecuniam cuidam numeraſſe. At neq̃ tempus memoria teneo:nec locum : nec qui tunc intereſſent: nec nummorum numerum:nec ipſos homĩes inter ſe cõtrahentes:nec cauſas:aut pactiones. Ne me igiť cogatis præterea quicq̃ dicere: quod neſciam. Nec rurſus hæc teſtimonia ſint ſuſpecta cuiq̃:qm̃ bona ſoleam eſſe re/ miniſcentia . Cũ enim tunc me non deſignauerint teſtem nihil ex ijs reb⁹ memoriæ demandaui : quippe qui nõ cre/ didi me unq̃ eẽ ꝓpterea relaturũ aliqd. Si ſcirẽ:ꝓſequerer plura. Valete Ex Mediolano.ix.Kalendas Martias.

Teſtimonialis familiariſſima.

Cauſa ſic habet. Curius fabricio mutuos dedit nũmos au/ reos octo:me coram:rogauitq̃ ut intereſſem teſtis: ſi quã/ do qcq̃ ab me quæreret: ueritatẽ expreſſur⁹.Intererat tũc mecum & Lucius: & Flauius:qui ſunt pari modo teſtes ad uocati. Poſt ea tempora:nihil audiuim⁹ : Fuerũt hæc autẽ Parthenope quarto Kalendas Ianuarias hui⁹ anni.Ex Me/ diolano.viij.Kalendas Martias

Cato

Teſtimonialis grauis

Hieronym⁹ Cato uir tantus:quem uel ſolũ Hieronym⁹ inquit creden dum eſſe:cũ dicturus teſtimoniũ quæreretur iniurat⁹ dice re noluit: tabellione prætoreq̃ inſtãte : qđ ei fides habere tur uel non iurato:at alijs inquit id non traditur:ius autem omnis eoſdem exiſtimare debet.Q2 ſi nulla eſt perſonarũ in iudicijs acceptio : quid ego de me cenſeam : cuius teſti/ monium expectatis! Tam enim mihi deſunt eæ: quas uul/ gus admirať: diuitiæ :ut nullã uideanť adhibere mihi uer/ biſq̃ meis fidẽ poſſe:qui teſtimonium legent . Non em̃ ea

Solon ſunt tempora:quibus iniurato Catoni credebatur:quibus Solon in templo teſtimonium a quocumq̃ dictum uo/

luit nefas esse reprobare: quibus Mercurius Trimegistus apud Assyrios: aut sic: aut nõ iubebat a teste proferri: nec de illo quicq̃ dubitari: cũ uel maximos peierare posse cẽseret: uel iusiurandũ nihil in malos cõponere metus. Nunc aũt illud Iuuenalis ẽ in promptu: Q̃tũ quisq; sua nummorum seruat in arca: tantũ habet & fidei. Iures licet & samothracũ: & nostrorũ aras: cõtẽnere fulmina pauper credit᷑. Deberem igit᷑ a dicendo desistere: cũ sitis deinde petituri quot possideã: & cũ nequeã illud rñdere libertini: Ego bosideo plꝰ Pallante: & licinis reijciar: & aut precio: aut prece dicar hoc dixisse: aut illud: Nã protinus ad censum (ut idẽ Satyrus pulcherrime cõplexus est) de moribus ultima fiet quæstio: Quot pascit seruos? Quot possidet agri iugera? Q̃ mlta magnaq; parapside cœnat? Ego uero quid respondeã: q Codro sum illo paupior: cui nihil præter abacũ erat: & iãq; uetus græcos seruabat cista libellos? At paupertatem uoui me perpetuo seruaturũ: quid est diuitijs opus? Certe nõ est necesse. At iudices & causidici hæc obijcient testimonio: q̃q̃ beati appellant᷑ a Christo pauperes: ut & Augustinus declarauit pauperes inq̃ suo: sed diuino diuites spiritu. Dicam tamen (quod me rogatis) & deos primũ aduoco mihi testes: sic rem habere (ut dicam) Tũ eos homines: qui præfuerũt: nõ solũ interfuerunt hisce causis: Pomponius Titũm adiuit: & est unice nobis intercessoribus deprecatus: sibi mutuos daret centũ aureos: commodatos aũt libros tris: Liuium: Iustinũ & Tranquillum. Dicta sunt multa: inuentæq; plures ad negandũ causæ. Demum orauimus ego Camillus Brutus & Sempronius adeo Titum: ut & mutuos dederit: quod petebat: neq; promiserit modo: sed nobis tradiderit corã: & commodatos illuc allatos: & illinc Põponij traductos domũ libros parit᷑. Non mlto pꝰ petijt Titus: cũ alio ꝑfecturꝰ Pomponius eẽt: ut publico sibi de hisce rebus fides fieret documento: nosq; quorum fuerant hæc intercessionibus facta: cogeremur renitentẽ etiam Pomponium hoc facere. Nequiuimꝰ hæc sua-

Trimegistus | Iuuenalis in umbricio | In prima satyta | Iuuenalis in umbricio | Codrus | Augustinus

dere Pomponio: quippe cũi uideret: ante diem ad restituendam pecuniã reddendosq́ libros designatã: se nihil debere Tito: quo posset iure cogi: cũ ei semel crediderit: nec deterior fact⁹ sit. Hæc certa sũt. Aduocate etiã testes illos Ex Mediolano. vij. calendas Martias.

Synonyma testimonialia.

Res hæc sic habet: ut tabulæ docent publicæ.
Nihil hac in causa dici põt aliud: quã quod mea legi potest epistola.
Vera sunt omnia: quæ testimonio firmaui meo.
Neq́ prece: nec precio dixi: nec odio nec amore.
Censui deum interfuisse testimonio.
Sũmam arbitror testificandi religionẽ.
Qui fidẽ testimonijs frangit: nequit nõ eẽ uir nequissimus
Quid magis impiũ existimari debet: q̃ irreligiose testimoniũ dicere: cui præsunt numina!
Qui peierat testis: deos omnes habet ultores.
Quæ sunt a me testimonio tibi dicta: in tuãq́ conueniunt causam: dicta non fuissent: si aliter habuissent.
Non sunt abs te mihi habẽdæ gratiæ: sed ueritati: quæ sic habuit.
Vbi ueritas est: ibi deus.
Totũ me mũdi aurũ testimonio mentiri nõ cogeret.
Nulla in re delectant me mẽdacia: sed multo in testificando minus.
Expectanda ẽ a me semp in testimonijs ueritas
Nihil arbitror esse in uita religiosius & fide obseruantius q̃ cũ testimonijs ĩmutata dicit̃ ueritas.

Titulus. xxxv.

Lamentatoria familiaris.

Possum hoc existimare superos ferre: ut neq́ pietati apud te loc⁹ sit: nec religioni! Me fratrẽ fefellisti: ac iuratus ꝓmittens asseuerans. Scio illud Ouidianũ in usu: Fratrũ quoq́ gratia rara est. Nec excidit e memoria: Fraterno primi maduerunt sanguine muri. Sed ego me quasi peregrinum ad

Ouidius. i. metamor.
Lucanus in primo

te cōtulerā. Promisisti: te nihilo me decepturū omni fraude ac dolo nixus es. Quid est reliquum: ut cuiq̄ amplius fidam? Confisus tuæ fidei fraudatus sum. Quo confugiam? Quem aduocē arbitrum? Frater es. In me dico: si quid in te queror. Abelus Caynusq; iisdē parentibus nati sunt: nec tamen aliū pietas coercuit: ne cæderet aliū. Proh deū atq; hominū fidē: tantū facinus fratrē niti? Nūc ego mihi uiuendum nō esse amplius reor: cū nō amplius inter hoīes uiuatur at inter imanissimas quidē & implacabiles feras. Cura igit̄ si quid tibi supest humanitatis: ut serues qđ hactenus nō seruasti: ni malis apud omnis semp me lamētari. Ex Mediolano. vi. Kalendas Martias.

Lamentatoria familiarissima.

Querar ne primū tuā fraudem: qui decoquisti? An rē mihi dolo sublatam: quā tibi tam liberaliter cōmodaui? Vtrūq; certe me cogit acriter lamentari: ni tu ꝓuides: ut taciturn⁹ & famæ tuæ consulam: & indēnitati. Nam si sum in querendo asperior: habebis homines hostes atq; deos. Sanus sis. Ex Mediolano. v. Kalendas Martias.

Lamentatoria Grauis.

Væ inq̄t homini Saluator: p quē eueniūt scandala. Quare Plutarchus: cōsiderādos hominū ait gradus: & quod a maximo fiebat pessime: minus tolerandū uideretur: q̄ si quid peccasset uehementius minor. A magnis eñ (ut Plato uoluit) exempla peccandi sumūtur: cū qui errare cupiunt: exemplo maiorū gaudeant. Q̄obrem Lycurgus iussit: qđ reges alios seruare uolētes: seruarent ipsi primi. Quis eñ (ut Simonides recte dicit) agnos edente pastore: lupus abstinebit? At ille princeps Siculorū: qui tyrānus est deinceps Syracusan⁹ appellatus: nō abstinebat furtis: nō rapinis: nō sacrilegiis: quin in Aesculapiū & eius aureā barbā: in Iouē & eius aureum amictū: in aras & eaꝝ aurea uasa cauillatus tandē a superis in successione mulctatus ē. Interim hui⁹ exemplo quot didicere uacare latrociniis? Nunc rursus in rē meam tam sceleratus extitit ille turcorū Rex: quē omnes

Saluator
Plutarchus
Plato
Lycurgus

admirãtur:quasi rerũ inopia summaq; mẽdicitate coactus sit mihi sibi deditissimo suas urbes incolenti: suis degẽti in monasterijs æs meũ:sarcinulasq; surripere:possũ nõ lamẽtari:non angi:non macerari! At cõfidebam eius præfecto quæsturæ:fidereq; me cẽsebã. Nihil arbitrabar mihi uerẽdũ apud eũ principẽ:qui tam sit opulentus: tã nummosus tanti custos:possessorq; thesauri. Fidefragus is mihi compertus est:cui plus credebam : q̃ mihi. Queri nunc ausim apud Barbaros agẽdæ fuerũt mihi gratiæ: qđ abstulissent ab me omne meũ æs:quasi difficile quoddã ad uehendum & pegrinandũ onus. Hæc sunt igit̃ nostra tpa: hæ calamitates:hæ nos angustiæ subeunt! Quo me nũc uoluam! Ad quos potissimũ querimonias deferã! Quorũ implorem auxilia! Solebat Alexander uel in alios ulcisci collatas iniurias. At Romani quotiens (uel maxima cũ impẽsa) reges suis restituere sceptris:qui p populorũ iniquitatẽ essent pulsi! Quærite ab ægyptijs:a latinis:a græcis. At christiani uiolentias:prædasq; quotidianas:audiunt atq; uident de suis fieri:nec ꝓuident:nec adiuuant:nec curant. Hei miseris hisce fatis: quæ patimur: quæ toleramꝰ:quæ nõ reijcimus. Quid est reliquũ:nisi ut cũ uitã mihi ducã acerbissimã:hac dissolui cupiã: & (ut Apostolus inquit) esse cum Christo! Quot eiusmodi quotidie in alios fiunt & assidue : ut Iuuenalis ait:fient:fiẽt ista palã: cupiẽt & in acta referri. Lamentandi supest facultas hic saltem: quæ fuit apud illud monstrorũ genus prorsus ablatũ in medijs doloribus. Ex Mediolano.iiij.Kalendas Martias.

Alexander

Apostolus

Iuuenalis

Synonyma lamentatoria.

Nequẽo hoc casu:non uehementius angi.
Hæc res me plurimum macerat.
Nihil hoc tpe potuit hac una re mihi molestius esse.
Quid potuisset accidere morte patris mihi lamentabilius!
Tantus est in hoc funere dolor meꝰ :ut accessionẽ nequeat ullam admittere.
Quã doleã lamenterq; fatis mihi surreptũ eẽ fratrẽ:tũc in-

telliges: cũ recte pcũctabis: q̃tã ex eo caperẽ uoluptatem.
Huius rei (quã nup amisi) cõmoditate nulla fuit in uita mihi iucundior.
Coaceruatus sum hac calamitate tot lamẽtandi causis: ut difficillimum dictu sit.
Fuere in me facta nõ aspa solũ: sed omnino ĩmanissima.
Tam aduersa fuit hoc tpe mihi fortuna: ut in oẽm cõciderem lamentationem.
Si quis dareť querimoniæ iudex: meis quæstibus obtunderetur.
Dies noctesq; gemo ac crucior: qñ tã affectus a fratre sum turpiter.
Lamentatio mea neq; ficta est: nec nõ ex corde ꝓuenit.
Non minus langueo: q̃ lamentor: cũ tam opportuna mihi sustulerit casus: erumnaq; successerit.

Titulus. xxxvi.

Hortatoria familiaris.

Hortor ego te quidẽ: ꝓ mutua inter nos caritate: ne quid ea in re lamenteris: quæ tibi cõmunis est cũ multis. Quis enim in orbe uiuit: nec eiusmodi casib⁹ est subiect⁹? At cõstantiam indue Marij: quẽ nunq̃ aiunt uel in aduersis flere uisum. uel in ꝓsperis ridere. Admonuit nos quoq; Tragicus ille Seneca. Rotat omne fatũ. & rursus extat illd': res deus nostras celeri citatas turbine uersat. Nũ irasceris aut quereris in superos? At eorũ aut iussu: aut pmissione fiunt hæc omnia? Quid si tuũ aliquod est ꝓmeritũ in Iouem crimen: multo maiorẽ acerbioremq; pœnam? Ego te hortor ad ea uirtutũ munera: quæ sanitatẽ efficere dicebat Stratonicus. Nã cũ est pturbata mens nostra uel cupiditate: uł dolore: succurrit philosophia: facitq; ualitudinẽ bonã. Ad hanc te hortor: quæ uirtutum est plenissima: quibus qui se dedit: nequit dolere: nequit nõ lætus ac iucundus esse. Vale. Ex Mediolano. iij. kalendas Martias.

Marius

Seneca in hercule furenti

Stratonic⁹

Hortatoria familiarissima.

Ad uirtutẽ ego te hortor: ut eũ te præstes quẽ te parẽtib⁹

debes ac patriæ. Nã a cunctis expectaris uir clarissimus: si
Virtus tuis a maioribus non es futurus degener. Virtus te nedũ
beatiorẽ deniq͡ʒ reddet: sed uel iterea lætiorem. Quid est
ẽm iucundius cuiq̃ uiro bono: q̃ sc'd'um uirtutẽ uiuere? Adi
mit ægritudines uirtus: rationẽ pro sanitate bonaq͡ʒ mẽtis
ualitudine subministrat. Quare nõ iniuria Stoici dicebãt:
Cui uirtus sit: ei nihil deesse ad bene beateq͡ʒ uiuendũ. Vir
tus sit tibi semper comes. Vale. Ex Mediolano pridie Kalẽ
das Martias.

Hortatoria Grauis.

Hieronym⁹ Iussit Hieronymus adhortari nos alterutrum ad caritatis
Paulus opera: ut illd' sequeremur apostoli Pauli. Alter alteri⁹ one
Epimenides ra portate. At Epimenides poeta dixit. Hortat' quicũque
animos ad honesta pudicos, chalcar equo stimulũq͡ʒ bono
cõmisit: at illis: quos fouet ingenium peruersa mente mali
gnũ: præceptoris opẽ: uimq͡ʒ impartitur amici. Q͡ꝫ & si scio
q̃ sis tua sponte uel sine hortatione ulla deditus pietati: nõ
ẽ tñ absurdũ: ut te horter: ne deseras patrẽ seniorẽ: matrẽ
anum: sorores innuptas: Fauendũ est semp genero. Q͡ꝫ si
Chrysosto mus ut uult Chrysostom⁹: nudo uestimentũ debes iussu dei: ac
egenis reliquis ea: quæ cogunt' mendicare: q̃toplus ea de
bes parentibus ac tuis in quos primum: ut propinquitatis:
Lex naturæ ita caritatis est genus? At lex naturæ (quã & diuino uerbo
Tobias non nescis fuisse Mosi traditam: ut referret populo: & To
biæ præceptis Tobiolo filio datam) te hortatur: quæ fieri
tibi uis: aliis facias: & proximum tuum: sicut te diligas: ne
quidq͡ʒ in alium cõferas: quod in te nolis conferri. Qua cu
pis igit' in te filios aliqñ pietate fore: hac tu primus in parẽ
tes utere: quodq͡ʒ impietatis hos effugere uis genus: idem
Iuuenalis effuge. Nam ut illud docet Iuuenalis inquiens. Condere
ficedulas didicit nebulone parẽte: a patribus pueri discũt
a matre puellæ. Te igitur hortor: sis in uirtutis disciplina
tã sollicitus: q̃ decet: eum esse: qui gloriæ sit cupidissimus.
Quid potes in hoc orbe cõsequi sine uirtute: quod nõ cõ
tinuo delabatur: concidat atq͡ʒ corruat? At disciplina te do

cebit mores: uiuendi ratione͂: quæstus ac laudis uiã. Hortor autem super omnia te ad nominis tutandam amplitudinem. Nam qui scd'm græcorũ prouerbium: Anonymes sunt: obiere iandudũ: & ut Gregorius ait: uersant' in tenebris. Ad eam te hortor quærendã supellectile͂: quæ ditissimos exprimit: & nunq̃ deficit. Hæc si sequeris: & me hortantem audies: nõ pœnitebit te unq̃. Bene uale. Ex Mediolano Kalendis Martijs. Gregorius

Synonyma hortatoria.

Nihil e͂ qd' te magis: q̃ hoc deceat: ad qd' te sum hortatus.
Ad ea te hortor: quæ tuæ consulant dignitati.
Adhibe tuis (me hortante) parẽtibus oe͂m diligentiam.
Omnis erga te adhortatio mea in uirtute sita est.
Si me audis: esto in patre͂ pientissimus.
Si uis q̃diutissime ac fœlicissime uiuere: fac ut matri apud te nihil deficiat.
Ego te ad doctrinã consequendã: hortor.
Cura si me amas: ut mea hæc omnis ad disciplinam adhortatio tibi sit non iniucũda.
Nulla re plus debes (me hortante) delectari: q̃ ijs studijs: ad quæ te sum hortatus.
Vbi nullum frustra triueris tempus (qd' te hortor) assidue maiorem cõcipis uoluptate͂.
Tanto eris assidue lætior: q̃to meis diligẽtius parebis hortatibus.
Quo te uehementius amo: te magis ad uirtute͂ hortor & gloriam immortalem.
Nihil e͂ unq̃ tibi defuturꝝ: si meã nõ negligis adhortatione͂
Cũ sollertius incubueris adhortationibus meis: eris & ditior & excellentior.
Ornabis domũ tuã omne͂: nisi meis defueris hortatibus.
Ad ea te hortor: quæ uideor te partum: unde laude͂ incredibilem consequaris.
Cũ cætera quæq̃ in orbe uana sint: uirtus (ad quam te hortor) est & perpetua & diuina.

Titulus.xxxvij.

Consultatiua familiaris.

An ducēda sit cōiunx Quæris a me: quid sentiā: sit ne tibi ducenda cōiunx: Consultatiuū hoc q attingit dicendi gen⁹: ut sit omnino prudē- Plato tissimus: oportet: ut inquit Plato. Sed ego familiariter hæc paucis. Vxorem qui nō ducit: aut uitā celibē profitet: aut incestam. Si turpem in mœchia incestuq; uersat: quid attē ptet: ipse uiderit: nihil certe sanctū: nihil boni. Si uirginitati seruit: a mundo abest: sibi ne uiuendū sit soli: an & patriæ Stoici simul & suis. Doceāt Stoici dicentes: Homines hominum Aristoteles causa ꝑcreatos. Doceat Aristoteles inquiens: Naturam si Plato bi tactū ꝑcurasse: ut species cōseruaret. Doceat Plato: nō nobis nos solis natos ostendens: sed patriæ: parentibus: li- Augustin⁹ beris. Doceat Aureli⁹ cū ait: Nulla alia de causa nubit mu- Christus lier: nisi ut mater fiat. Doceat demū Saluator christus: qui non solū non ꝓhibuit nuptias: sed ad eas inuitatus accessit illasq; miraculis illustrauit. Consulo igitur: ut nubas: sed ei: Ouidius. cum qua illud inuenias Nasonis. Si qua uoles æque nubere: nube pari. Duc uxorem non uirum. Bene uale. Ex Mediolano. vi. Nonas Martias.

Consultatiua familiarissima.

Aristoteles Si bonis ducā auspicijs tibi mercandū: me cōsulis: Ego sic Cicero. sentio: qđ ab Aristotele dictū in nostꝝ incidit Ciceronē: ut quam quisq; norit artē: in ea se exerceat. Ex tuis maioribus mercaturæ uacauit nemo. Te primū hoc officium & uitæ genus aggredi: nō probo. Vult em̄ mercatura uirū & alijs negocijs nudū: & uariarū gentium: atq; rerū peritissimum Tu uero & urbem patriam alio ꝑfectus nunq̄ deseruisti: & habes familiæ tantū onus: ut uix quotidianis uaces cibis: Me tenes. Vale. Ex Mediolano. v. Nonas Martias.

Consultatiua Grauis.

Vis cū turcis militiam paciści tuam: potius (ut dicis) q̄ inter christianos expers uiuere dignitatis. Consulis me qđ sentiam: qui te amo. Amo inq̄ te plurimum sed hæc consultatiua ratio lōge ab me abest: fugiūtq; me uehemētius consultatiui generis argumēta. Sed cogit me studium et-

ga te meũ: sentẽtiam aperire. Cretensium leges: quas Iup-piter ille tulit omnium regum apud græcos antiquissimus uetustiora dicebãt & priora nos patriæ debere: q̃ parenti-bus officia: post superos scilicet prima. Nã & Plato: & Sto-ici: & Cicero affirmãt patriam esse: quæ nos aluit: nos edu-cauit: nos in sede ac statu locauit. Hostes autem natura in-sectamur duce: ut neq; igni cum undis: nec terræ cũ cœlo pax esse possit ulla. Quis igitur tam iniquus est: & ab om-ni alienus humanitate: ut prætermissa patria: desertis parẽ-tibus: relictis filijs: reiectis propinquis: cum hostibus con-ueniat: eis sit præsidio: illos adiuuet! Maluit regulus ad om-nem cruciatum & interitum redire demũ: q̃ ut patria capti-uis aliquot Africanis potentioribus priuaretur. Pro patria sese Muti⁹ Chocles. Decij duo. Fabij tricẽti morti dedica-rũt. Pro patria Clearch⁹ nihil metuit. Alcibiades nihil for-midauit. Tu contra patriã arma capies: ꝓ impio propha-noq; Mahometto dimicabis cõtendesq; cũ tuis! Vide ne id ut nefariũ factu esset: sic etiã dictu sit fœdissimum: cogita-tu perniciosissimũ. Ille barbarus est tyrannus: ex parthis oriundus: matre Scythica: ex utrisq; parentibus dirus atq; crudelissimus: & cui præter humanum sanguinẽ: fuit nihil unq̃ uoluptuosum: quasi Lycaon edant hospites: aut Bu-siridi imolent. Tu uero latin⁹ optimis: humanissimisq; pa-rentibus cretus: quid potes cũ ea fera cõuenire: a qua tan-tum abest mansuetudo: q̃tum a nostris imanitas! Non es dilectus in patria! Cui uiro & ueteri & bono non idem ac-cidit! Quot exularunt philosophi! Quot uiri fortes! Hic te moderare: tolera: fer patient: ut & cognoscãt te tui cõstan-tissimũ: & aliquando inter tuos consequaris: quæ non spe-ras. Hæc ego. Tu me audi: & tibi impera. Ex Mediolano iiij. Nonas Martias.

Leges cretensium Iuppiter

Plato

Stoici

Cicero

Hi ꝓ patria discrimen mortis subierunt

Synonyma consultatiua.

A patria ne dissentias.

Patriæ dignitati serui.

Nihil cum patria tibi sit dissidij.

Cum urbe tua sit tibi uel mens ipsa communis.
Patriam reliquis præfer omnibus.
Ante omnia patriæ faue.
Consule patriæ dignitati: si sapis.
Nisi insipias: nihil afferes patriæ detrimentum.
Si cum patria senties: terris cœloq; gratissimus fies.
Nulli prius debes: q̄ patriæ.
Patriam tueri: te docent humana & diuina iura.
Nihil potes: sine tuo summo dedecore: nocere patriæ.
Fac ut patriam imprimis serues.
Prima deo: proxima debes officia patriæ.
Nulla res tanta est: qua maiorem non debeas patriæ.
Patriam si fugis: parentes omnes fugis & ꝓpinquos.
In reliquos studiosus esse potes: in patriā colēdā n̄ nisi pi⁹.
Qui deserit patriam: reus est sibi suæ necis.
Perinde peccas relicta patria: ac interempto tuo genere.
Nullum est scelus cū desertione patriæ comparandum.
Cū pietate in patriā nullū est uirtutis comparandū genus.
Si uir bonus & esse cupis & haberi: fac ut imprimis diligenter studeas patriæ caritati.

Titulus.xxxviij.

Accusatoria publici criminis familiaris.

Non quia uelim uir malus accusando cēseri clarissime prætor Antoniū accuso criminis publici: sed ut meo satisfaciā officio: qui causis præfectus sum publicis aduocat⁹. Tunc ēm (Lycurgus inqt) regi iure ciuitates: cū neglecturus nemo foret: quæ ad se attinerent. Læsit is igit̄ uirginē Vestalē: in cuius uiolenter ingressus cellulam: a tribuno (qui ea de re admonitus ab me fuit) captus est. Sed Clodiū illū superauit: qui ausus est uelle bonæ deæ templum uiolare. Is ēm in iudicium accersitus sui criminis. Hic ita pecunia tribunū: suosq; occupauit milites: ut cōtinuo dimissus libertati restitutus est. Huius ego hunc duplicati criminis accuso tibi: & quod sacrum uiolauerit Vestæ: & quod corruperit tribunum: hortorque: ac rogo: & instantissime pu-

Lycurgus

niat̃ postulo. Ad hæc autẽ ne tribunus insolentior posthac fiat mulctet̃:oro. Nam nisi eiusmodi coercerent̃ appetit⁹: nihil ad curiam deferret̃. Rem habes & æqssim⁹ es: & ego intercedo. Ex Mediolano. iij. Nonas Martias.

Accusatiua publici criminis familiarissima.

Deprehensus est cum Gloræ in lecto Antonius: finxit se præualitudinarium. Alter erat sibi apud eandem lectulus domũ:ubi cũ coniuge consueuerat esse. At absente uxore sororẽ illius adijt. Quid inde nedũ suspitionis: uerum etiã expressi criminis intelligatur:satis cognoscis: ut es omniũ prudẽtissimus iudex:Ego tribunatũ(ut scis)gero. Mea interest:quos in publico deprehendi crimine:accusare. Fac igitur:ne in suo tam graui scelere gloriet̃. Neu putent alij pariter peccare:licitum esse:Bene uale. Ex Mediolano pridie nonas Martias.

Accusatiua publici criminis grauis.

Non iniuria decreti sunt a Solone Atheniesi: qui publicis præessent criminibus accusandis:ne quos amici aut sui ciues accusaturi nõ essent(ne simili casu uel ipsi accusarent̃) abirent impuniti. Scæuola uero hui⁹ & urbis indemnitati & publicorũ scelerũ mulctæ pæfecit delatores publicos: qbus publicos errores accusantibus partẽ noxæ censores traderẽt. At hodierni cæsares fiscales decreuerũt aduocatos:q eidẽ instarent officio: nec recusare quidẽ possent ad quos id muneris deferret̃. Cum me igit̃ delegeritis patres cõscripti:q̃uis inuitum: qui fisco præsim: non possum non ea sequi: sine quorũ insectatione uenirẽ nõ infamis modo uocãdus: sed negligẽtiæ:quin & doli mali plectendus. Nã ut illud est Senecæ: Qui nõ prohibet iniuriã (cũ põt)facit Et Cicero ab Aristotele usurpãs: alterum inquit iniusticiæ genus esse:cũ qui potest: iniuriam non prohibet. Ne igit̃ & Antonius in sua se malicia iactet: & alij proposita huius impunitate: pari culpa coinquinentur: & ego prætermissi officij culpa arguar: Antonium ipsum accuso læsæ maiestatis. Seditionem enim in populo procurauit. Nam cum

Solon
Scæuola
Seneca
Cicero

eius domum duodecim conuenissent adolescentes: ex ijs quidem qui primatũ urbis erant filij: proposuit cœnã opipare cultam: post ebrietatẽ munera: quibus esset donaturus: qui se sequerent. Cũ illis urbem discurrit: suũ facit cognomen in principis locũ clamari: Reus est mortis. Vale Ex Mediolano Nonis Martijs.

Synonyma accusatiua publici criminis.

Antonius publicũ cõmisit adulterium.
In incestu publico Antonius deprehensus est.
In aperto flagitio captus.
Flagrantis homicidij accusatur.
Tam palam peccauit: ut negare nequeat.
In re apertissima suæ culpæ nullã põt causam adhibere.
Crimen eius est omnibus coram.
Tantũ hoc & tam publicũ scelus quis non accusat!
Tam est id erroris omnibus notum: ut cælari nequeat.
Crimen hoc est ante omniũ lumina.
Qui nõ tenet hoc sceleris ab hoc cõmissũ is ciuis nosť ñ est
Non priuatam rẽ affero: sed uniuersis cognitam.
Id sceleris ẽ apertissimũ uľ ijs etiã: q aliũde huc cõuenerũt
Etiã exteræ nationes hoc facinus tenent.
Nihil est in hoc facinore priuati: omnia sunt publica.
Qui uelit hoc defendere monstrũ: is in rẽpublicã tẽptat.
Publicũ ego crimen ad uos affero.
Reus est Antonius publici sceleris.
Ab hoc scelere absit omnis plectendorũ priuatorum mãsuetudo: quia publicum est.
Tam est hoc crimen publicũ: ut priuati nihil habeat.

Titulus. xxxix.

Obiectiua generis uel uitæ familiaris.

Cum hoc meo cõpetitore nõ arbitror esse parem cõtentionem o censores. Nam si genus utriusq; ad hanc dignitatem consequendam exquiritur: quis dubitat: nihil inter nos esse simile! Inquit em̃ Seneca: generosa semina in hortis crescũt suis. At generosum eum definit Cicero: q nobi

Seneca
Cicero

li genere natus sit. At nobilitas (ut ait Iuuenalis) sola ē atq; unica uirtus. Q; si ob iuris disciplinā hic homo nouus nobilitatus est: at parentibus est cretus ignobilissimis. In me utrunq; cōcurrit: & qđ generosum est: & qđ nobilissimū: ut nō modo antiquissima sim familia: clarissimisq; progenitoribus natus: sed & iuris insignis magisterio: & equitatus dignitate sim. De morib⁹ aūt nostris fama iudicat: uosq; cēsores: q hūc sæpe inter scorta pusionesq; deprehēdistis: sæpe in meritorijs tabernis: me sp̄ in pluteo uacantem bonis artibus: aut int̄ doctores disceptātem. Itaq; q̄ cōueniat huius cōcursatio: qcq; nostra cēsura iudicaturi sitis: habetis. Ex Mediolano. xviij. calendas Aprilis Iuuenalis

Obiectiua generis uel uitæ familiarissima.

Genus meū nobile: huius est ignobile. Is bubulcis nescio quibus satis abiectis: ac mercēnarijs natus: Ego parentib⁹ ex primis urbis huius familijs. Coniunx mihi ex nobilitate ligurum: huic ex infima gallorū plebe. Vitæ ratio quæ sit utriq;: iam quis ignorat? Hic sorbilandis cyathis: deglutiendisq; obsonijs terit tempus. Ego si quid ocij ab actione superest uersor in studijs. Quā igit̄ cōcurrat mecū ad hoc beneficium impetrādum cōmode: tu uideris. Ex Mediolano. xvij. calendas Aprilis.

Obiectiua generis uel uitæ grauis.

Recte quidē & pitissime uoluit Sulpitius censoribus diligentius cōsiderandū: ubi magistratus legendus foret: quinam esset nobiliore genere: melioribusq; moribus ac uita ut & reliqui ad bene uiuendum inuitarentur: & ignobiles generis rusticitatē uirtute niterent̄ supare. Qobrē cū ad Appium censorem deferretur cuiusdam ignobilis nomē: qui fœnore ditatus esset: Ex qua inquit familia cretus hic est? Respondentibus fautoribus: ex proximo agro Arpini honesto genere natus: at qua uitæ cōsuetudine: petijt: sub dentibus pecuniæ cumulandæ operam adhibuit: pecuniæ igitur præsit: ait: non ciuitati. Labeo non pauperem se malle dixit præficere magistratui bonum: q̄ malū diuitem Sulpitius Appi⁹ cēsor Labeo

Quid cum in alium utrumq; cor uenit: in aliũ neutrũ! Duo nunc sunt in prætura competitores o princeps æquissime ac sapientissime: quorũ alter Antonius abiectissimo genere: uita pessima: moribus perditissimis: alius nobilissima familia: ratione uiuendi nulla sceleribus deditissimus: Is ut Iuuenalis inqt: quota portio fecis Acheæ: nescio quo natus Alexi pedite olim tuo: quẽ quia fuisset crassator nefandus tuo iussu furcis prætor suspendit. At uita q̃ sit patris hic moribusq; minime dissimilis: hinc liqueat qđ ex omnibus fere Italiæ urbibus exulat ob flagicia. Alibi furta commisit: Alibi cædem patrauit: Alibi uiolauit hospitem: Alibi falsꝰ inuentus est. Nullibi esse potest: nisi propter patrẽ hic ubi memoria patris eũ deberet assidue perterrere. At Læliꝰ: qui hunc poscat magistratum est generosa domo satus: patre: qui tuus senator æquissimus diẽ obijt faustissime: in summa rerũ oim fœlicitate: quẽ sic imitatus est: ut ipse promeritus sit apud te senatum. Quo quidẽ loco tã modeste se gessit: tam est dilectus oibꝰ: imprimisq; tibi oim prudentissimo: ut uel hac sola ratione bonis alijs & præclaris uiris in huiusmodi cõcursationibꝰ præferri possit. Vita qua sit: quis moribꝰ: inde discat᷑: qđ aut studet: aut docet assidue: aut iudicat: aut de bene beateq; uiuẽdo cum philosophis theologisq; cõmentat᷑. Hic tibi deligendus ẽ: quẽ prætorẽ designes urbanũ optime princeps. Antoniũ similẽ beluæ in suam perniciẽ reijciẽdæ: abs te pelle. Vale. Ex Mediolano. xvij. calendas Aprilis.

Iuuenalis in umbricio

Synonyma obiectiua generis uel uitæ.

Hic est abiecto genere natus.
Moribus hic est perditissimis.
Nulla in hoc cognosci põt familiæ nobilitas.
Nihil est in huius uita laudabile.
Omnia sunt in hoc morũ malorũ signa.
Squallet hic omni generis ignobilitate.
Nihil ẽ tã obscœnũ qđ in huius nõ fœdeat uita.
Cum sit hic genere obscurissimo: tũ uita longe inferiore.

Vt in hoc monstro domus antiquitas est nulla: ita uitæ iniquitas omnis superest.
Huic uetustius nihil est sceleribꝰ: nouiꝰ aũt nihil parẽtibꝰ.
Habet hic bubulcus mercẽnarius tantũ in uita laudis: q̃tũ in genere nobilitatis.
Q̃ abest hic a generosis: tã ab omni uirtutis laude.
Sũt huic ignobilia cũcta dedecorosaq; cõmunissima.
Tam hic est bonus: q̃ nobilis.
Abiecto genere natus: abiectissimam degit uitam.
Vt est ignobilis familia: ita uita quidẽ perniciosissima.

Titulus.xl.

Pacatiua familiaris.

Irritatus es in me: qm̃ delatum est ad te quidem falso: me tibi nescio quid succensere. Vide Senecam nõ minus improbantem: qđ credatur facillime: q̃ si princeps nihil crediderit. Quid si nõ audebit me corã delator ille quicq̃ proloqui! Quid si pessimo in te aio dubitãs accusari: præuenit hoc delatiõis genus! At sequere illud Martialis: & delator habet: qđ dedit exilium. Ego tñ tuus sum seruulus: tibique ubicũq; uixero: deditissimus: nec tã me coges ab urbe longum exulare: q̃ ego te sp̄ habebo ante oculos: nec cuiq̃ cedã te amando: te colendo: te numinis instar uenerãdo. Iube ut libet: parebo ut iusseris: quoq; longius abero: facilius intelliges q̃ essem tibi utilis domi: q̃ fidus. Nulla in re poteris alius esse mihi semꝑ princeps meus: semper deus in terris: semꝑ habendus ante oculos. Vale. Ex Mediolano. xv. Kalendas Aprilis.

Seneca de clementia

Martialis coquus

Pacatiua familiarissima.

Cura ut uelis: amabo te sp̄: nec tua de me merita e mente mea delebit ulla tp̄is diuturnitas. Non sum ingratus. Pluris longe facio qđ me amaris: qđ mihi faueris: qđ in calamitate me nõ deserueris: q̃ nõ doleo: qđ illis in me credas: q & me oderũt: & te nõ amãt. Sunt em̃ ꝑditissimi delatores: Si qđ aũt erraui: qđ castris ad designatã nõ interfui diẽ: pacãdus es mi dux facillime: tũ qđ culpa mea nõ est peccatũ: tũ

quod si etiã peccatũ est:ut es omniũ humanissimus: debe/ as ignoscere:ut in multo maioribus grauioribusque pecca tis soles. Erraui:fateor. Sed ut illud est Senecæ:caret hic er ror culpa. Imbribus sum prohibitus istuc ire. Fluminaint/ cluserunt iter meũ. Parce mi princeps. Sis in me pacatus: sis qui soles in tuos. Bene uale. Ex Mediolano. xiiij. Kalen/ das Aprilis.

Seneca

Pacatiua Grauis.

Nihil est:quod facilius fieri posse uideatur uiro docto:q̃ ut pacetur boni principis animus in aliquẽ odio cõcitat⁹. Sic eñ clemẽtiã Cicero definiuit:ut sit uirt⁹:quã anim⁹ in alicu ius odiũ cõcitat⁹ comitare refouet. Q̃ si turbati principes nõ pacarent:quibus esset uiuendũ apud illos? Nõ illi tunc reges (ut dixit Homerus) uocarent:sed tyranni. At tyran nos Plutarchi Pittacus ille similes uult esse ferarum impla cabilium. Nam si natura uel inter ĩmanissimas uoluit esse feras nõnullas etiã quæ mitiores effici possent (ut Plinius docet) quid ẽ in hoïe dicẽdũ q̃ mãsuetissimus est? Quid in principe:in quẽ (ut Cleobolus inquit) sperant subditorum oĩm mentes:& a cui⁹ solius salute pplorũ oĩm suæ fidei mã datorũ pendet salus? Iratũ eẽ te mihi:factus sum hodie cer tior:quia Fabiũ interemi. Quid si nõ interemissem? Certe nunc ego nõ uiuerẽ. Scio tibi rem intellectã: ut fuit: nec in ea enarranda tero tempus. At quia me accusas maliciæ q̃ cũ potuerim eo crimine abstinere uoluerim:dicis eñ:Cur non uertisti ad eius insolentiã terga? Cur non fugisti? Pote ras id efficere cõmodissime:pacandus es mihi animo ma/ gno:sed nõ æquissima iratus mẽte: si pace tua dici potest. Quẽ ego sum apud te locũ assecutus mi princeps? Militis. At qualẽ se præstare miles debet? Fortẽ:infractũ:nõ meti/ culosum:periculorũ tolerantem. Hæc quotiens non ser/ uassem:poterã abs te uilitatis accusari:atq; pelli: ut Cyrus dicebat. Inobseruantissimus aũt horum semper extitissem cum inuadentem me quenq̃:duelluq; poscentem profu/ gissem:aut nõ iucũdissime admisissem. Ad hæc uero quot

Cicero

Homerus
Pittac⁹ apd̃ Plutarchũ
Plinius

Cleobolus

Cyrus

me contumeliarũ conuitiorũq; confecit is generibus? pri/
us q̃ arma exercuerim! Quo me minus uidebat ad telum
pronum: eo inflãmabat̃ in me magis: fiebatq; petulantior.
Hæc improbas: & ego nõ solũ ĩprobo quæ tibi nõ placeãt
sed detestor acerbissime: cupioq; assidue: nõ exegisse. Ve
rũ ut illud est Agathonis. Vno solo priuat̃ deus: infecta fa
cere quæ facta sunt. Vis ne princeps humanissime in me
unũ inhumanus inexorabilisq; cognosci: cũ in omnis alios:
uel illos qui longe maiore fuere in delicto placabilissimus
fueris! Vide ne: ut hoc mihi mortẽ afferat: ita tibi cedat ad
famã. Cum me deles: ops deles tuarum manuum: quæ (ut
Psalmista inqt) plasmauerãt me. Quicqd ego sum: ex te sũ
At nõ malus dices. Id quoq; non diffiteor. Sed aliũ ego: q̃
te: patrẽ non noui. At patri in filiũ (ut Terentius uoluit) p
maximo delicto: paululũ supplicij satis est. Parce seruo mi
princeps fidelissimo: pacatum te mihi redde. Ne sis dirior
fac ut exorẽ. Ex Mediolano. xiij. calendas Aprilis.

Agatho

Psalmista

Terenti⁹ in heanton.

Synonyma Pacatiua.

Ne sis iratus mihi.
Redi in uiam pacis.
Præsta te mihi qualem solebas antea.
Noli in me dirior esse: q̃ in reliquos soleas.
Esto mihi mitis.
Exhibe te benignum.
Tuam humanitatem ne deleat mea culpa.
Te quæro in me pacatum.
Fac ut pacatus me serues.
Ira tua mortem: mens pacata uitam mihi quærit.
Vt iracundus me terres: sic pacatus me solus animas.
Paueo tuam iram: pacationem cupio.
Nihil est quo tibi plus appetam: q̃ pacatus sis mihi.
Tam gaudeo te pacato: q̃ qua uoluptate nulla possit mihi
maior superesse.

Vt tuus furor solus est(qui me cædit)sic ubi pacat⁹ ad me redis:rediuiuus uideor.

Redi mi princeps in tuã innatam benignitatem.

Peccaui fateor errando:sed tu ne pecces:te nõ placando.

Q̃ longe abes ab omni scelere : tam absis a te non pacan-do tuis seruis.

Redde te mibi mi princeps pacatissimũ.

Titulus.xli.

Confirmatiua familiaris.

M.Carbo

Quia nibil potuisse dicitis o iudices istic causidicos agere meo nomine:nisi confirmẽ quæ sunt ab ijs acta:ita eñ docetis Marcũ carbonẽ iuriscõsultũ statuisse:Confirmo quæ gessere singula:quãdoquidẽ illos scio mibi effecisse :quod mibi non cõducat. Quod accepturi sint aũt ab ijs(qui mibi debẽt)pecuniã meã:idq; ab me uultis cõfirmari prius.q̃ accepta sit:nõ uidetur faciendũ:ne possit postea nõ tradi. Sed quia uos cautos eẽ õñditis:secus nequiri fieri: confirmo id etiã(ita quidẽ)ũt quãcunq; pecuniã is acceperit: ea tradat̃ Sempronio fratri meo:ipi uero debitores ex nunc ꝓut ex tũc:dicant̃ absoluti:quã si fraudauerint :nec dederint:spe futuræ numerationis dicat̃ bæc cõfirmatio facta: competatq; exceptio non numeratæ pecuniæ. Ex Mediolano.xij.Kalendas Aprilis.

Exceptio nõ nũeratæ pecuniæ

Confirmatiua familiarissima.

Qui bãc ep̃lam tibi reddidit :istuc iuit meo nomine futur⁹ causidicus &ꝓcurator in re mea. Et qm̃ sine mea cõfirmatione:ad nibil gerẽdũ admittet̃:cõfirmo quæ geret:omnia: sic quidẽ:ut uel utiliter gerat: uel cũ detrimento mearum partiũ:meo cõsensu omnia fecisse ĩtelligat̃:nec in eũ excipi queat:quod a me non sit actio sua cõfirmata. Tuũ ẽ officium æquissime prætor:ut nullius ꝑsõnæ facta exceptione baud minus ac ꝑbenigne ꝓcuratorẽ bunc meũ audias:q̃ si quis cõciuis tuus lõge doctior ageret istic apud te causam. Ex Mediolano.xi.Kalendas Aprilis.

Confirmatiua Grauis.

Ne quid obijciatur in legitime factũ:inuenit hoc iuris mo/destissimus.quod in ijs confirmandis exercetur:quæ non interueniente confirmatione nostra:possent nõ iure facta excipi. Nã adeo quisq; utilitatis propriæ fallit' iudicio: ut ab honestate nonnunq̃ distrahi facillime queat: & mentiri non in eũ consensisse:qui res suo imperio gesserit quæ nõ eũ sint nactæ demũ exitũ: quẽ uoluisset. Quod & si Panæ/tio ac Cicerone testibus: utilitas ab honestate:separari ne/quit:sepata uero non est utilitas. At eo uentũ est: ut pauci admodũ idem sentiãt:plurimi uero nihil admittãt honesti modo conueniat:qđ cõducat suæ cupiditati. Quare Euri/pedes cæcã esse dixit humanã mentẽ in ijs quærẽdis cupi endisq; in qbus inesse utilitatẽ ac lucrũ conspicatur. Recte igit' Sempronius iurisconsultissimus & Publius crassus uo luere suis in magistratibus neminem alieno admitti nomi/ne:nisi & cuiꝰinterueniebat nomine:iteruenire t& uerbis: hoc est eiusdẽ confirmaret' ore:aut testimonio:qđ de oris mentisq; cõsensu fidem faceret. Confirmo igit':cumulatis/simeque cõfirmo quæ geret istic meo nomine Scæuola: & quæ gessit omnia:qui q̃q̃ ꝓcurator ab me nõ est institutus æque tamen omnis eius opera mea sententia cõfirmat':ac si ego interessem. Ad hæc aũt poscitis rogatisq;: confirmẽ uobis prætorem: atq; designem:quẽ delegistis. Vt uobis ego uos nõ arbitror:esse quicq̃ delecturos qđ nõ intelliga tis ꝓfuturũ:ita uirũ censeo prætorẽ ex multis æqtate:pru/dentiaq; singularẽ delegisse:quẽ & fama & reꝶ experiẽtia cognoueritis ea seruaturũ quæ ad prætorẽ & bonũ ptinẽt & diligentẽ:& gloriæ imortalis cupidũ. Hæc em̃ Pericles debere in magistratu eẽ docebat: & Thales milesios suos admonebat. Nã ut Plato iussit:corpus se tueri prætor exis timet:cum in urbe iudicat suis humeris demandata. Verũ quia nostrorũ edictis maiorum (q̃uis q̃optime cuncta dele gissetis) nisi delecta cõfirmemus:stare nequeũt:quæritisq; hunc cõsensum in re nostra:hisce litteris uobis prætorem

Panætius
Cicero
Euripedes
Semproniꝰ
P. Crassus
Pericles
Thales
Plato

hunc delectũ confirmamus:approbamus electionem: cõ/
firmatũ admitti uolumus: hac autẽ confirmatione noſtra
deinceps eo fungatur magiſtratus eiuſcemodi munere:
quo reliqui prætores urbis iſtius noſtræ cõſueuere fungi.
Valete. Ex Mediolano.x.kalendas Aprilis.

Synonyma confirmatoria.

Quæ geſſit is confirmo.
Nihil ex ijs infirmo:ſed potius approbo:quæ meo iſtic no
mine dixit Scæuola.
Aeque habere rata firmaq; Scæuolæ geſta uolo :ac ſi ego
interfuiſſem.
Confirmo delectum iſtum magiſtratum.
Comprobo quæ uillicus meus in prædio geſſit.
Firma ſit mei fundi uenditio a Scæuola facta.
Non muto quicq̃:qđ is effecerit.
Habeo ꝓ facto perpulchre:quicquid meo nomine iſtic fa/
ctum eſt a Scæuola.
Geſſiſſe uolo Scæuolã omnia meo cũ inſtituto.
Nihil excipio ex geſtis ab iſto.
Fecerit iſte non ſecus ſingula:ac me præſente.
Sciãt oẽs me ꝓbatiſſima dicere:quæ fecit mea in cauſa.
Confirmatum ſemper quiſque putet quod egerit pro me
Scæuola.
Nuſq̃ obijciã benefactũ non eſſe:quod ꝓ me fecerit iſte.
Ab iſto quicqd effectũ eſt:omne confirmo.
Nunq̃ negarim benefacta: quæ iſte mea geſſerit in re ulla.
Faciat ut uidebit Scæuolæ:recte factũ affirmo.
Quæ uobis ſine meo cõſenſu nõ proſunt:approbo cũcta.

Titulus.xliij.

Inuectiua familiaris.

Et ſi non eſt mei neq; animi:nec moris:in quenq̃ inuehi:nõ
poſſum tamen eandẽ in re ſeruare modeſtiam: cuius iure
dixerim:ut Hieronym⁹ in Vigilantiũ inquit:linguam præ
cidendã:& in fruſta lacerandam:ut qui loqui neſcis: diſcas
aliqñ cõticeſcere. Aſſidue tuo iſto ſcurrili ore ac impuden

Hieronym⁹ cõtra Vigilantium

tissimo in aliquē debaccharis:& ridiculū caput omnes bonos irrides. Assidue uersatus in luto ad aures usq₃:marcentes alios uocas & putridos. Assidue sis in deridendos & doctos & eruditos insolentior:atque insanior. Vnde ista mordacitas in te tam innata! Vnde iste tuus furor tā barbarus & immanis! Nam nisi penitus ab omni humanitate sis alienus:nunq̄ adeo insanire cogaris ut neq₃ modum in dicendo serues:neq₃ modestiā: sed te reuide bone uir Terētiane:ac respice. Nōne iam annū supra trigesimū nactus nihilo plus sapis: q̄ si puer uersareris in cunis! Persuades te tibi uirū esse sapientissimum:cunq₃ nihil unq̄ didiceris litterarū(qđ inter litteras cōuenire possit)litteratissimū esse te ducis:audesq₃ de litteris cū illis contendere:qui sunt in Italia præstātissimi. Proh hoīm furiose: imo bæluarū pessima cui nihil sit tolerabilius maledicētia:cui sunt omnia nullius præter uæcordiā:atq₃ uæsaniā. Q̄ aūt sit leue cerebellū tuum istud: qui nescit: uideat tuā istam quotidianā in omni re uarietatē ut nunq̄ tibi sis constantior: q̄ cum stertis: aut crapula & ebrietate obrueris:aut libidinib⁹ uacas: a quib⁹ & si nōnunq̄ debilitas neruorū:at nunq̄ uoluntas & immēsa cupiditas surripit. Quicquid enī patrimonio relictū est: quicquid aduenticiū:aut profecticiū fuit:omne in hisce flagicijs cōsumpsisti:obliguriuisti: delapidasti. Nunc assidue tete eneruas inter Ganeones:Helluones: Pædicones: uir īmundissime: scelestissime: perditissime. Te igitur castiga primum: mox reliquos tui dissimillimos castigabis:& noli fabula esse uulgarium. Ex Mediolano.ix. Kalendas Aprilis.

Inuectiua familiarissima.

Nequeo me amplius cōtinere uir impurissime:ni ad ea respōdeā deniq₃ quib⁹ me semel iteℝ atq₃ rursus ineptissime tuæ litteræ inuaserunt. Dicis esse me malum: qui te accusarim ignorantiæ: sceleratum qui non uiuā hominum iudicio. Tu ne quenq̄ audes castigare bæluarum maxima! Malus sum:quia te ignorātem appello! At malus sim profecto

ac pessimus: si hæc sileam: quæ tui commilitones palam exhibent æque: ac peculiaria doctrinæ bonæ præcepta. Nā cum uel ipsam ignores grāmaticen ad minimos usq; characteres componendos. Disiungis enim in scribendo syllabas aspiratas quæ nullam adhibent aspirandi rationem: reliqua sunt apud te barbara: qui possim hæc conticescere? Me uero dicis non hominum more uiuere. Non eorum inq̄ hominum more me fateor uiuere: qua tua sequuntur uestigia nebulones: cum istud non uiuere sit: sed mori. At eorum quidem sententia uiuo: qui longe abs te tibiq; paribus absunt: qui bonis uacant artibus: non sepeliuntur inter epulas: non stertūt in lectulis cum scortis: nō sunt in tessera impediti: ut tu soles. Quid enim aut cogitas aliud die noctuq;: aut dicis: aut facis: q̄ eiusmodi quicq̄? Qui sunt tibi socij? Ganeones: parasiti: scurræ: tabernarij: coqui: fartores. Quibus omnia credis tua? Pueris: meretricibus. Vbi semp uersaris? In fornicib⁹: meritorijs: thermis. I maledicte ac elate: nec omnibus de te cachinnū moueas: & quæ nescis: saltem disce. Ex Mediolano. viij. Kalēdas Aprilis.

Inuectiua Grauis.

Cum ex omni hominum genere deceat illos imprimis detestari: qui mali sunt. Tum ut docuit Demosthenes: inter malos ipsos existimandi sunt illi pessimi: qui cum omni sint polluti scelere: quasi uiri graues atq; censores: audēt alios (a quorum moribus bonis inq̄ atque innocentissimis plurimum absunt) castigare: accusare: dicere perditissimos: & in eos insolentius inuehi. Ad quos illud Lauronia Iuuenalis inquit: Tertius e cœlo cecidit Cato. Nam si recte considerent illius satyri uersus: Clodius accusat mœchos: Catilina Cethegum. Et rursus: Quis tulerit Gracchos de seditione querētes? Quis cœlū terris nō misceat & mare cœlo si fur displiceat Verri: homicida Miloni? Ad teipsum cōuertet hāc sententiā: & Antoniū dicet illū esse: qui coegit satyrum loqui. Proinde si maluisses audire Ciceronē dicentē: neminem ad accusandū debere paratū esse: nisi & ad inno

Demosthenes

Iuuenalis in ij. satyra

Cicero.

centiam suã exprimendã promptus sit: q̃ tuam istam tam insolentẽ in dicendo licentiam: frænasses aliquantulũ tete cohibuissesq; tuam tam insulsam mordacitatem potius: q̃ in me tam imprudenter: Imo tam furiose irruisses. Tunc tibi diuus Hieronymus occurrisset: consuluissetq; inquiens Nihil est fœdius risu in risiõe dignissimo. Quasi uir religiosissimus uideris nostro succurrere ordini: nõ probas uiuẽtes liberius religiosos: leges reformas bene uiuendi. Ministros & præfectos monasteriorum admones: quid agẽdũ: instas: doces: precaris: consulis: & quod deterius est pecunia corrumpere conaris. Nihil prætermittis qđ dicas nobis profuturum: quasi & tu solus uideas: quid conducat: & cæci sint cæteri: & tu sapias unus: insipiant alij. Nunc ego quod in fabulis legitur: uideo lupum esse monachũ effectum: Imo nũc est locus euangelio: ut uenias in uestimentis ouium: qui es intrinsecus lupus rapax. Audes tu quenq̃ accusare in obseruantiæ: aut ordiuis nostri obseruantiam docere: qui omnium es inobseruantissimus religionis: pietatis: paupertatis: caritatis: & ipsius denique christianæ fidei? Vide ne hoc tam ridiculum denique sit: q̃ quod maxime. Nam admirabilius esset: uidere te religioni uacantẽ a qua semp tanq̃ a pniciosissima peste abhorruisti: q̃ si (ut ille inquit) mulier uitulum: uel si bos æderet agnũ. Tu nunc e cauponula clanculũ redijsti ad monasteriũ: nũc e fornicibus: nũc a pusionũ cõmercio: nunc a uittata sacerdote: ad hæc sancta administrãda. Vbi est tuo patrimonio tibi relicta pecunia? In fœnore. Vbi matris dos? In fœnore. Vbi quæ clãculũ assidue surripuisti monasterio? In fœnore. In quib⁹ uitæ gradib⁹ cõsumis hæc fœnore quæsita? In gula: in ocio: in scortis: in cõuiuationib⁹ inq; cõpotatiõib⁹: ebrietatibus: scelcribusq; demũ omnib⁹: quib⁹ abiectissima pecudũ exprimat̃ cõditio: Sardanapali instar: aut Smynderide sybaritæ. Qui hæc ignorat diligentius inquirat: aut ad me ueniat: testibus argumentisq; probabo dignissimis: ac omni exceptione maioribus. Sunt Mediolani Romæq; pcessus

Hieronym⁹

Euangeliũ

Iuuenalis

Sardanapalus

Smynderides

quibus de ecclesiasticis rapinis cōuinceret. Sūt & alij Placentiæ Papiæq; quibus compertus in sceleribus atrocissimis æs dedit nō mediocre: ne plecteret publiceq; damnaretur. Sunt de nostris non pauci: qui si quærantur: cogantur q;: dicant: quo eum comitati sint de quo loquor: ubi sæpius pernoctauerit: quid egerit: quibus in discriminibus uitæ induxerit illos. Sed esto sis malus quātum uis O bælua: sis perniciosus: sis inq̄ nefarius. Sed non obsis: nisi tibi: sis ridiculum monachorum: mimus religiosorum: sis inq̄ inter

Iuuenalis nos simia (& ut illud est Iuuenalis) fraterculus ille gigantū. At non audeas o bestia uelle uir bonus & uideri: & existimari: nec te ijs ingeras negocijs: quæ longe absunt ab ingenio tuo isto: inq̄ tam bebeti ac panicario: sed malicioso: sed uersuto: uafro: uersipelli: doloso. Quid enim ut fiat instas: ut insubres ac præcipue Mediolanei pellantur binc: exteri succedant: bonæ (ut dicis) legi paratiores: ea dūtaxat bac fingens ratione: ut nobis absentibus: tu ministres: tu gubernes: tu omnia tuo nutu imperioq; modereris. O sanctū boc monasteriū te duce. O faustum: fœlix ac fortunatum æuum boc: quo tu monasterij buius instaurator de clareris. Non sunt igit̄ nostri tam ad bene beateq; uiuendum accincti: parati: atque apti: q̄ tu! Potes tu quicq̄ o ignare: o impudens: o pessime: qd̄ nos nequeamus! Absit: absit: absit: inq̄ error iste patres optimi: ut bic præsit nostris: ut bic nostros propellat: ut bic bypocrita nobis imperet. Præficite quem malitis: modo istius maliciæ non sit locus. Præponite nobis seuerissimum queq; rectorem: modo & iste cogatur ab illo: uideriq; aliquādo possit: quis sit bomo: quareque institit usq; adeo. Ex Mediolano .vij. Kalendas Aprilis.

Synonyma inuectiua.

Omniū es sceleratissimus.
Nibil est in te non flagiciosum.
Nullius es sceleris expers.
Tam abes ab omni laude: q̄ uir optimus a flagicijs.

Nihil est tibi cũ bonis cõmune.
Antiquius in te nihil est incõtinentia.
Vt es oĩm imprudentissimus: sic & impudẽtissimus.
Viuis tu quidẽ pessime ac perniciosissime: si hæluarũ dici uita: at non potius mors debet.
Amas omnia male uel facta: uel dicta: uel cogitata.
Quid est obscœni: quod non dicas? quid perditi quod nõ audeas?
Es una eadẽq; oĩm uoce sentina scelerũ cloaca fœtidissima
Tũc tu plurimũ oblectare: cũ plurimũ peccas.
Nullũ est tam uastũ & abbominandũ crimen: qđ tibi leuissimũ: facillimũ: ac minimũ non uideatur.
Adbibes sceleribus omnẽ operam.
Quo maius est ac rarius uitiũ: eo te illud delectat magis.
Ab omni uirtute alienus cunctis criminibus uacas.

Titulus. xliij.

Amatoria honesta familiaris.

Quanta sim erga te beniuolentia: nõ est facile dictu. Nam si uero illud a Cicerone dictũ est inuitari nos ad amandos: Cicero quos nunq̃ uidimus: in quibus sit uirtutis simulacrum: quo debeo eẽ in te studio: quẽ uidi: nouiq; uirꝶ omni laude cumulatũ? Habes tu quidem quæ in homine sunt rarissima: ingenuã indolẽ: fæcunditatem ingenij nõ mediocrem: doctrinam quæ longe lateq; superat ætatem. Esq; (qđ maxime ꝓbandũ est in hodiernæ tempestatis hominib⁹) omnium humanissimus: atque q̃ gratissimus: nec te officijs uinci sinis: nec cuiq̃ es difficilis. Amo te igitur uehementius & abs te amari cupio: non qui rear: posse te mihi amore parẽ fieri (superabo te semp) sed qui nõ amem: a quo nõ amer? Qđ tunc fieri posset: cũ tu maioribus occupatus negocijs posses mei non meminisse. Id ut ingrati esset hominis: ita contra omnẽ humanitatis tuæ naturã atq; uim. Nã si uero dictũ est a Seneca: si uis amari: ama: necessariũ est: ut amet̃ Seneca q amat: cũq; in naturã: & bene uiuendi rationem niti: qui cũ ametur: non amet. Si quid ego postularem turpius: aut

attemptarẽ indecori: non essem amandus: teq; mihi non respondentem in amore non accusarẽ ingratitudinis: ac mecum ipse potius magnificarem honestatemq; ac pudicitiam tuam nequirẽ non laudare. At ubi tua me ad amandum inuitauit ꝓbitas egregia laus: summa eruditio: qs pōt nō probare animi mei sententiã? Quis te nō improbare: si non respōdeas? Ama me igitur mutuo: & aliqñ qcq̃ ad me dato litterarũ: quibus optimum consequar amoris erga te mei fructũ: legendis sæpenumero doctissime abs te exaratis. Quid em̃ iucundius ad me deferri possit: q̃ quæ tu tam disertus elegantissime ꝑfeceris? At contra tu me: meisque oībus æque utere: ac te tuisq;. Tunc em̃ me mihi rem gratissimã effecisse cognoscã: cũ tibi gratificari me posse duxero. Incredibile dictu est: q̃ tibi cupiã morẽ gerere. Ex Mediolano. vi. Kalendas Aprilis.

Amatoria honesta familiarissima.

Amo te plurimũ ob incredibilem doctrinam tuã: cupioq; abs te mihi in amore responderi. Qđ cũ feceris: & officio simul tuo satisfeceris: & desiderio meo: cum neglexeris: & a uirtute defeceris: & spem fefelleris meã. Horũ utrum & ipse uelim: ac expectẽ: & te deceat: tu te iudica: q uir es prudentissimus. Si me ad te amandum tua promouit eruditio ac probitas: fac ne uel rudis: uel improbus uideri malis: q̃ qualis es. Ad hæc aũt scribe nō nihil aliqñ: ac iube ut & litteris tuis elegantissimis iucũdus mihi sis: & mea utaris opera. Vale. Ex Mediolano. v. Kalendas Aprilis.

Amatoria honesta Grauis.

Cum nihil ab me quæri soleat diligentius: q̃ ut iactura nulla sit temporis. Nã ut Lactãti⁹ docet: ne qd frustra fiat ꝓuidendũ est: tum hoc etiã diligent᷑ inquirit ut in ingratũ nō sim officiosus. Nam & si officiũ in neminẽ est negligendũ (ut uoluit Sophocles) tamẽ duo sunt pro Euripede officij genera: quorũ aliud exprimit liberalẽ in benemerẽtẽ: aliđ prodigũ in ingratũ. Vtroq; nos amant reges ac dij imortales. Vno sunt homines laudãdi. Nã uel ipsi reges: atq; dij (

Lactãtius

Sophocles

Euripedes

Duo officij genera

quod Theophrastus inquit) cũ uiderint nos nõ resipisce/ re officium reuocant. Nos Homunculi: quibus non licet nec est semper facultas reuocandi: quod dederimus: desi/ nimus potius dare (si sapimus) q̃ si dederimus: sperem⁹ re/ uocare: cum etiam nos Sulpitius iurisconsultus admonue rit: melius esse nõ soluere q̃ male solutũ repetere. Cũ igit̃ ad amandum aliquẽ nos ducit: inuitat: atq; trahit: quodã/ modo ulla illius egregia & rara uirtus: nisi nos ab eodem amari sentiamus: frustra nostrum nos officium impende/ re: ac tempus terere intelligimus. In quos illud Ouidianũ iure dicendũ sit. Quid harenæ semina mãdas? Non profu turis littora bobus aras: Merito possimus uel Belidum un/ das haurire: uel Sisypheo saxo laborare: uel Ixioneæ ĩuol/ ui rotæ. Q̃obrem cum ad te amãdum: non una: sed pluri/ mæ tuæ summæq; uirtutes allexerint: ut si te nõ amẽ tota mẽte: sim penit⁹ amens. Amo ꝑfecto: tam sincere: tã uere: tam perfecte: ut eorum cesserim nulli: qui scribuntur apud ueteres tam artis deuicti amicitiæ uinculis. Sed ut amer abs te parit̃ cupio: ne frustra sim in amãdo ꝑplexus. Haud enim uereor non amari: sed eo quidem amandi officio mi hi non reponi: quod expecto. Nam ut ad te amans crebras litteras dabo: sic referri uelim responsa: ut mutuos dem: ac cipiamque amoris fructus. Ait enim quod non nescis Ari/ stophanes: præsentes consuetudinem q̃ familiarissimam amantes habere: absentes uero litterarum usum. Itaque q̃ diu his erimus locorum interuallis disiuncti: litterarũ con/ tendamus officijs: alter alterum superare: q̃q̃ elegantia di/ cendi abs te uictus te semper amãdo superabo. Scio quid dicam: nunq̃ amãdo me uincas. Prior incœpi tuis allectus laudibus. Tu me sequeris. Vocatus respondebis. Auctor huius ego sum beniuolentiæ. Cum facile sit inuentis adde re: Prima laus in inuentione consistit. Amat ait Seneca qui te prius: is te ducit. Dux ducto maior est. At Home/ rus uidentem præfert cæco: qui in alio intelligat: quod in se nequit intelligi. Ego te amo: quoniam es doctissim⁹: eru/

Theophra/ stus

Sulpitius

Ouidius in epistolis he roidum

Aristopha nes

Seneca

Homerus

ditissimus: disertissimus. Tu qd in me uides: cur ames? Nihil ꝓfecto: nisi ꝙ amaris. Non es in amando officiosus. Sed si non ames ingratus appellare. Tu in me cæcus. Ego in te uidens. At amando simul impera non nihil: ut usus opera mea: uel ingenio: uel facultatibus uideare mutuo me amare. Nam ego ubi uidero quicq̃ in te: quo mihi sit opus: non desinam quærere. Si dabis muneri tuo satisfacies: si negabis: nõ ego: sed tu peccaueris. Quod si quid in me uideris quo tibi gratificari possim: nec eo sis usus: ꝑinde malefeceris: ac si auarorũ more a tuis abstinueris reb⁹. Mea em̃ oĩa sic sunt in te conuersa: ut ego quoq; conuersus sum: a quo nũq̃ aberis: & cũ quo: q̃to erimns locis disiunctiores: tanto eris caritate cõiunctior: tãto tibi sum semꝑ futur⁹ deditior atq; dedicatior. Modo tu me pariter ames: nec indignum putes existimare: debere te hoc mihi qđ te amẽ tam mirifice: ut nihil supra. Ex Mediolano. iiij. Kalẽdas Aprilis.

Synonyma amatoria honesta.

Ego te plurimum amo.
Incredibili sum in te beniuolentia.
Cupio ut mutuo me ames.
Expecto abs te in amore mihi responderi.
Si uis non esse ingratus: ama me: ut amaris.
Si me mutuo non ames: sis omnium ingratissimus.
Quod te primus amare cœpi: debes tu plurimũ mihi.
Fac ut meũ in te studiũ nõ negligas: sed in amãdo rñdeas.
Ama me ut te amo.
Cum amem te honestissime: tu pariter ama.
Quando tua inuitat ad te amãdum me uirtus: ne te ingratum exhibeas.
Ne te inferiorem respondendo præbeas: q̃ in tua amanda uirtute prior ego sim inuentus.
Cum intelligas q̃ te sincera mente amem: non ducas indignum: si me mutuo ames.
Imitare in amando si potes fæcundissimos agros.

Nunq̄ amando me superabis: sed ut annitaris cupio. Ego qđ abs te quoq; postulo: in amando: nemini cessero.

Titulus. xliiij.

Rei nouæ nunciatiua Familiaris.

Quid hic agatur noui nunciaturus qđ potissimū scribam: aliud nō habeo q̄ quod ad nos attinet. Vir ille bonus (hoc est omnium fraudulentissimus) oppugnat hic bonos omnis: inuenitq; pastorale quoddam lupus tegmen: ut quia non uiuitur in hoc monasterio (ut ait) obseruanter: exteri huc traducantur: pulsis nostris insubribus: quasi uelit obseruantior esse reliquis: aut nō potius occupare monasteriū: ut solus imperet: & suis sceleribus omnia polluat. Nos obsistemus quantū opera: ope: consilio: amicorumq; fauoribus poterimus. Sed præcipue dei optimi maximiq; auxilio: qui non feret has sordes hisce fraudibus tegi. Cætera hic oia quiescunt. Nā dux insubriū & mater & filius bene ualēt. Pacata sunt quæq;. Beneualemus singuli. Tuum ad nos aduentum expectamus. Vale. Ex Mediolano. iij. Kalēdas Aprilis.

Rei nouæ nunciatiua familiarissima.

Hic frumenti maxima est caritudo. Viuimus omnes difficulter. Nam & de peste non est suspicio mediocris. Pullulant em̄ signa quædā: quibus manifesto cognoscitur: quid impendat. Fit cōiectura de pace potius q̄ de bello: tametsi uideantur quædam significare bellum: quibus discordiæ populorū flagrant: Sed futuroꝝ solus est arbiter Iuppiter Tua coniunx aliquantulum ægrotauit: nunc cōualuit. Filius tuus natu maior est in litteris diligentissimus. At plus longe delectatur poeticis; q̄ legibus. Quicquid conatur dicere: carmē est. Inuito nequit sidere annitatur: operam adhibe: ne plus sapere uelle uidearis q̄ sapias. Inuitis nihil est cōtendere fatis. Frater tuus ex thracia ditissim⁹ redijt: nec quicq̄ plus cupit: q̄ te corā intueri Cito (si sapis) redi. Vale. Ex Mediolano pridie Kalendas Aprilis.

Rei nouæ nunciatiua grauis.

Libanius Non paruũ in ſcribẽdo munus Libanius cõſtitutũ eſſe di-
cit: cũ amicis ꝑ litteras res nouas nunciam⁹. Sic eñ illi reꝝ
audiendarũ nouitate delectant: & nos officio functi ea in
Plato re ſumus. Nã ſi bõ (ut a Platone didicit Tullius) ſciendi cu
Tullius pidiſſim⁹ ẽ: uel eas res ſcire plurimũ deſiderat: quæ gerũt
ubiq; nouæ: præſertim in patria: a cuius ſalute ſua pẽdet ſꝑ
ſalus. & cuius cum incolumitate ſua incolumitas eſt cõiun
ctiſſima. Qđ ego mecũ aio uolutans (qppe q tibi ſum dedi
tiſſim⁹) cõſtitui te de iĳs reb⁹ reddere certiorẽ: quæ hic aſſi
due fiũt. Naues triremes: biremeſq; myoparoneſq;: parant
q̃ diligẽtiſſime: ut ingenti uirorũ lectiſſimoꝝ numero: claſ-
ſeq; potẽtiſſima in turcorũ expugnandũ prodeatur tyran
nũ. Lecti ſunt aũt ex oĩbus ordinibus uiri fortiſſimi: quorũ
ſenatores triremibus biremibuſq; præſint. Equeſtris autẽ
ordinis nautæ nauibus inſtent: ex plebe honeſtiſſimi myo
parones regant atque ſcaphas: æs grande datum eſt: mer
ceſque propoſita multo maior. Ab inſubribus huc & pecu
niæ multæ miſſæ ſunt: & hominum cateruatim ſtipatorũ
non paucæ maſſæ. Regem hunnoꝝ inquiunt: ſeſe huic ex
peditioni tã acriter deuouiſſe: ut mortẽ potius ſit ſubitur⁹
q̃ ſine uictoria in pannoniam rediturus. Francorum aũt &
Britannorũ reges in hanc expeditionẽ paratiſſimos ſcim⁹
ut iam iter aggreſſi ſint. Deum aũt optimũ quis dubitat eſ-
ſe miſeris: calamitoſiſque chriſtianis affuturũ? Omnia ſunt
igitur ita nobis apparata: ut in portu nauigare dici poſſu-
mus. De ualitudine uenetorũ nihil attigero. Tantus ẽ eñ
in hanc urbem ex uariĳs cõcurſus urbibus ut undiq; indi-
es peſtilens morbus afferatur: nec ſatis ualere poſſim⁹. At
pro ea ualitudine: quæ in urbe quidẽ eſſe in iĳs poteſt: qui
ſuæ uitæ cuſtodiam adhibent: nos curamus: quantũ poſ-
ſumus ne ægrotationem incurramus. Sempronius diem
obiĳt. Cæteri omnes tui bene ualẽt. Vale. Ex Mediolano.
Kalendas Aprilis.

Synonyma rei nouæ nunciatiua.

Hic omnes bene ualemus.
Hic annona cara est.
De bello nihil hoc loci dubitatur.
Turcorum exercitus fugatus est.
Armatᷣ hic classis in turcos.
Aes grande militibus datum est.
Maximus fit in turcos apparatus.
Tuus frater nauigauit in syriam.
Pater tuus ex Dannubio rediit.
Theutonici pugnãt cum̃ pannonibus.
Expeditio in bosnos celeratur.
Romæ summus pontifex designatus est.
Nihil est tuo filio iam cõualescenti metuendũ.
Audiuimus hic te ægrotasse: sed cõtinuo cõualuisse.
Tanta hic sunt frigora: ut omnes undæ hic riguerint.
Supplicationes hic ꝑ uictoria christianoꝝ triduo factæ sũt
Nihil amittitᷣ in hac urbe: qđ ad uoluptatẽ attineat.
Hic ciues assiduis uenationibus uacant.
Qui sunt in hac urbe meliores: plus student libidinibus.
Rogat te Tullius: ad se scribas nõnunq̃.
Miratᷣ tua cõiunx: q̃ se adeo negligas: ut de tua ualitudine nihil usq̃ sibi significes.
Omnes hic tuũ ingeniũ summãq; doctrinã admirantᷣ.

Titulus.xlv.

Publicæ fidei precatiua familiaris.

Cum istuc ire plurimũ cupio princeps optime: tamen nõ abs te: in quẽ nihil unq̃ peccaui: sed ab iis uehementius in me quicq̃ patrari metuo: quibus aliquid debeo nummulorum: nec hactenus expedire potui qđ debebã. Nam rugientes quasi aduersus me leones nolunt meæ consuli saluti: nisi prius fuerint: qđ crediderũt cõsecuti. Ast nemo dat qđ nõ habet. Q; Agathon ait: non ii quid possim animaduertunt: sed quid uelint. Difficile impossibileque fit: ut ex aridissimo quidem saxo hauriatur unda uel sanguis. At illi sic uolumus: Nunq̃ redibis in patriam nisi soluis. Vnde sol- Agathon

uam? Tua interest. Ad te igitur humanissime cõfugi prin/
ceps: qui soles omnium esse misericordissimus: non qui pe
tam hanc pecuniam omnino remitti mihi: spemque credi/
toribus eius unq̃ adimi recuperandæ: sed ut illi non exer/
ceant in me iracundiam: mihi liceat libere istuc ire indeq̃
ad annum usq̃ sæpius: pro arbitrio redire. Interea promit/
to me omni opera curaturum: pro uirili mea: ut illis satis/
faciam. Vale princeps optime. Ex Mediolano. iiij. Nonas
Aprilis.

Publicæ fidei precatiua familiarissima.

Accedere istuc nõnunq̃ uir clarissime: ut cum principe te
uisere: & negocia mea procurarem: si liceret. Sed sũt: qui/
bus nõnihil debeam æris: qui assidue interminentur cura/
turos se meã captiuitatem: si istuc iuero: nisi prius secum
pactus fuero. Conditionẽ autem nullam uolunt: nisi ut sol/
uam. At non nescis: qui me iam menses aliquot oppresse/
rint casus terra marique. Nam & mercatura mari mihi fuit
plurimũ detrimẽtosa: & agricltura terra me fefellit. Qua/
re te unice rogo: me cõmendes principi nostro humanissi
mo. eũq̃ roges publicam mihi fidem sua benignitate: lar/
giatur: ut istuc ire: indeq̃ ꝓ libito redire possim. Vale. Ex
Mediolano. iiij. Nonas Aprilis.

Publicæ fidei precatiua grauis.

Solon Fidẽ publicã a populis & principibus postulari docuit So
lon oportere: cũ timeret quicq̃ uel in uita uel in re ipa. Nã
uel erratũ sit quippiã: uel id minus: sibi cauendum esse dili
Modestin? genter Modestinus admonuit. Aliqñ sunt delatores: quo/
rũ murmura timent: ut apud Neronẽ multi sũt interem/
pti: plures cruciati: multi fortunis ac uitæ pte spoliati. Non
nunq̃ interueniũt inimicitiæ: quæ a malis exorent cum do
minis. Aliqñ uero solent occurrere alia & alia casuũ gene/
ra: quibus qui non ꝓuidet: facillime in miseriarũ incidit la/
Hagesilaus queos. Publicã aũt fidẽ Hagesilaus tãti uoluit eẽ: ut qui eã
uiolaret: cõmuni totius græciæ ꝑsecutione deberet etiã in
tẽplis añ deorũ dilaniari simulacra. Quid eñ in uita super/

esset fidei: aut pietatis: aut asyli: si principes suam fidē non seruarent: quam uel hostibus seruari uoluit Attilius: & docuit Cicero! Aut eñ cum postulatur a calamitosis & quouis hominũ genere: negetᶜ: aut ꝑmissa seruetᶜ: nec in fide publica (ut iussit Xenophon ille socraticus) iusta ne an iniusta promissa sint: quæratur postea q̃ ꝑmissa sunt: sed obseruentur nulla interpretatione adhibita: pura: nuda: simplici & intacta. Ego tandem quid sum postulaturus: ut clementia tua functus primum remittas mihi quod peccaui! Fateor enim me cōmisisse in tuam maiestatem: sed per errorem: ita me adiuuent superi. Non fuit culpa peccatum: sed quia tanti est in maiestatem peccare: sed id improbas: & indulgendum non esse ducis: producendum saltem nō stabiliendum consilium istud: uelis. Da mihi fidem publicam: ut istuc & in omnem regionem tuam: singulasque terras mihi liceat impune ire: pernoctari: morari: semelque ac pluries id exequi: ac inde libere discedere: nulla interueniente querimonia: cuiusq̃ ue inquietatione. Id si tua benignitate consequar: in hanc rem publicas mihi decerne tuas litteras tuæ uoluntatis ac fidei mihi testes: superaque tua mansuetudine malignitatem erroris mei: quod cum te orem unice princeps clarissime: tum spero mihi non negaturum. Ex Mediolano pridie Nonas Aprilis.

Attilius
Cicero. 3. of.
Xenophon

Synonyma publicæ fidei precatiua.

Rogo mihi des fidem publicam.
Posco abs te publicæ fidei litteras.
Insta cum principe pro fide publica.
Saluũ conductũ (quē uulgo dicunt) abs te posco.
Da mihi: ut impune istuc eam: ac redeam.
Fac ut ad uos mihi pateat liber & accessus: & reditus.
Ne neges mihi fidem tuã o princeps.
Cōcede ut tut⁹ ad uos ueniã: rediturus ꝑ arbitrio meo.
Nihilo mihi magis es gratificaturus: q̃ si pro me publicam ab isto senatu fidem exoraueris.

Ego te unice obsecro: quæras ab isto populo litteras pu/ blicæ fidei.
Vt asylo tuo tut⁹ istuc eã:& regrediar:quæso mi princeps.
Vt nullo impedimẽto inuoluar:si istuc iuero te oro mi cõ/ sul.
Præsta mi humanissime regule mihi ueniẽdi tuas in urbes redeũdiq3 quotiens uoluero:liberam facultatem.
Cõcede p deũ ĩmortalẽ mi prætor:ut nulla ingruẽte uexa tione istuc ire:indeq3 quotiẽs mihi libuerit:redire liceat.
Da mihi te rogo maximopere:impune ad te ire facultatẽ.

Titulus.xlvi.

Historiæ narratiua familiaris.

Belgæ
Lothoringi
Allobroges
Burgundi

Cum Belgæ cõuenissent cũ Germanis ijs:qui Rhenum in/ colunt:postea q̃ illorũ dux Carolus bello Germanico per/ emptus est: Ludouicus rex Gallorum adorsus est eos: ea spe ductus ut omnẽ illũ occuparet potentatũ. Causas autẽ inuenerat belli:qđ ad se diceret pertinere uniuersam Gal/ liam:cuius partem in Belgis dicebat ab allobrogum duci/ bus Philippo patre:ac Carolo filio iampridem potentissi/ mis occupatam. Existimabat aũt facile Germanos aut sibi fauturos:aut aduersarios non futuros:qui pauloante soci/ etatem aduersus allobrogem Carolũ tuebant᷑. Itaq3 & ob initã amicitiã:& ob odium uetus in Belgas principes:duce bat eos sibi futuros auxilio potius:q̃ detrimento. Fracti sũt tñ iam ter:ac fugati cum suo ianq3 duce Belgæ (ut ita dixe/ rim) tã dissipati:ut eneruati dici possint. Hæc historiæ nar/ ratiua est epl'a:q̃uis familiariter:ac succincte omnia expres serim:& p tabellarij celeritatẽ uoluerim ad te aliquid ex hi storia scribere. Bene uale. Ex Ml'o Nonis Aprilis.

Historiæ narratiua familiarissima.

Cum essent confecta repagula mœnia ĩ liburnis a Venetis ad quadraginta fere passuum milia:in cursione turcorum improuisa:& repentino quasi torrente influẽte: diruta sũt ea parte: qua magis uidebantur esse tuta & inconcussa. Turcorum autem ductu conuenere ex finitimis plurimi

Pannones: Seraphi: Epyrotæ: aliique: uel qui fidem obnegassent christianam perfidi: uel qui adhuc in fide uersati: nomineq́ christiano nihil habent cũ nostris cõmune. His mœnibus captis: inuadũt scænas militum nostrorũ: occupant omnia: cædunt: capiunt: in prædam omnia uertunt: populant mox & uastãt agros Teruisum penes. Quid deinceps dubitandũ sit: quis ignorat? Nam futura æstate metuit hisce partibus uehementius. Historiam habes: & eã quidẽ uerissimã: ut res acta est. Bene uale. Ex Mediolano viij. Idus Aprilis.

Historiæ narratiua grauis.

Historiæ describendæ genus utilissimum omnibus: & (ut Cicero inquit) speculũ nostræ uitæ: primus omniũ Pherecydes syrius adinuenit: id quod plæriq́ Hermodamanti ascribunt Creophilo: quid ascribunt dixi. Imo dono dant. Fuit eñ inuentum ut omnibus iucundissimũ: ita quidem uehementius necessarium. Nam ut ex historia multa semper discimus: quæ prodesse plurimũ possint: sic sine huius lectione quos imitemur in actione uitæ (ut Plato dicit) nõ habemus. Aegyptij uero sacerdotes iccirco dicunt despexisse græciæ illos sapientes: quoniam per diluuia plurima carerent historia: nec quicq̃ hac sine possent sapere. Homerum aũt scripsit Strabo eo præstãtiorem: quod primus historiæ modum etiam poematis dederit. Vident in historia quotidiani & priuati & publici uariarum rerum multorumq́ uirorum apparatus. Intelliguntur consiliorũ diuersitates: quæsitæ locorũ: & rerũ & temporum opportunitates: ut in Xenophonte: Herodoto: Thucydide: nostrisq́ omnibus hæc singula possumus conspicari diligenterque considerare. At ut epistola non nihil ex historia narraret: primus est apud nostros Tullius: apud græcos prosecutus Demosthenes ille: non parum hoc scribendi genus nostris hominibus attulit: dicit Aeschines: quo superiorum temporum: nostrorũq́ res gestæ memoriæ mãdarentur: atq́ tenerentur. Hinc ego ductus sum aliquando ad pscri-

Historia Cicero. Pherecydes Creophilus Plato Homerus Strabo Historici plures

bendas etiam epistolis historias: quibus & ingenij uim exercerem: & non nihil utilitatis afferrẽ illis: qui meas lecturi forent epistolas. Qđ quidem animi mei institutũ: ut tecũ nõ negligam: ecce historiam nostri tpis non uulgarem. Archimbaldus Gascon satis & ingenio acutus: & corpe fortis: & audacia perditus: cum inter ligustinos multa patrasset fraudum genera: & arces dolo cœpisset: & more crassatorum latrocinia cõmisisset: tandẽ dimisso Saliceto castello: quod socijs surripuerat: alteriq; uendiderat uili precio: uenit ad Tauriscos: ibiq; nõ pauca scelera (nec minima q̃dem) sed & multa & atrocissima secutus est. Non multo p⁹ capitur Pinnaroli & in carcerẽ intrudit̃: publicoq; damnãdus iudicio laqueo expectat̃ suspendi. Videt nescio quẽ: rogatq; ad Ludouicũ sabbatiæ ducem illum: hæc deferat: haud sibi molestam esse necem: quã multis maximisq; sceleribus sibi ꝓcurasset: at periniqua se mente ferre: quod prius suspendat̃: q̃ ea duci significet: quæ ad eius attinent status indemnitatem (cui si cõsulebat) accersiret ad se Archimbaldum: a quo auditurus esset mirabilia. Misit dux ille bonus atq; credulus arquitenentes (quos galli dicunt) satellites suos aliquot: a quibus ille nefarius uinctus tutoq; custoditus in sabbatiam ueheret̃. Ita fit: catenis alligatus equo uehitur satis debili: ne quo curreret fugam raptur⁹. In sabbatiam uenit: Ad ducem ductus non prius se inquit propalaturum arcana: q̃ & ducalis senatus totus interueniret. Sciebat enim esse in eo senatu ex ijs aliquot: qui gallorũ regis per id temporis Caroli partib⁹ fauerent: quem metuebat ille dux maximopere. Conuenere senatores: Quæritur quid dicere promiserit. Tunc sic ille Sinon: aut Sinone peior: Cum essem in pedemontio liber: nonnulliq; pedites mecũ agerẽt: Aloisius bellares princeps Relianæ atq; Cẽtalli: cui causa esset tutandi bñficij: quod ad ei⁹ filiũ deuoluebat̃ seruãdæq; possessionis ecclesiasticæ: me uocauit cum meis: qui ei uigiliæ custodiæq; præessemus. Hinc est mihi cũ eo principe familiaritas maxima compa-

Archimbaldus

Sinon. ij. æne.

rata:& iam tam assidua consuetudo ut aperuerit nobis sui pectoris secretissima. Is inquit Carolum regem iniustissimum eẽ in Ludouicũ filium:& ea ꝓpter nõ multo post habiturum pessime:in quem fierent in uniuersa francia maximi apparatus:q̃uis occulti summoq́ꝫ cum silentio. Ad hæc autem sentire principem Relianæ Ludouici delphinis intercessione cum Renato rege:Franciscoq́ꝫ Sphortia Mediolani duce in diuidendo pedemontio: ut pars Renato: pars Insubrium duci traderetur:quoꝝ mox auxilijs Ludouicus in patrem regem niteretur. Earum autem pactionũ litteras horum singulorum principũ esse penes Aloisium ipsum bellarem in eius pluteolo:quod se latere non dixit: reseraturumq́ꝫ reliqua ad hanc rem pertinentia ipsi Carolo regi:si opus foret. Nõ audet dux sabbatiæ(q̃uis huic nõ adhibeat fidem) ulterius in hunc progredi:nisi prius huiꝰ omnia significet regi. Rex autem his acceptis: per litteras iubet:ad se continuo delatorem libertate donatum honorifice mitti. Absoluitur latro:serico:auroq́ꝫ ac equis donatꝰ. Ad regem procedit:Idem replicat:additq́ꝫ:si sibi ex sabbatia fiat commissio:ea esse mente:ut principem Centalli capere audeat:captiuumq́ꝫ in franciam cum litteris illis pactionibusq́ꝫ apertissimis mittere. Impetrat quæ postulat: fingit:simulat: dissimulat. Centallum uenit quasi fugitiuus ex sabbatia: ubi hæc omnia clanculum transacta sunt: in arcem admittitur: Imo quasi nolẽs illo proficisci:cogitur Cẽtalli. Sed iam uidebantur hinc illi:illinc hi uenire Archimbaldum uisuri:cum quibus ei amicitia foret contracta. Cũ in arcem uentum est:hi socij qui ex improuiso uarijs ex locis uenisse simulabant: custodes opprimunt arcis: is præfectus latronum filium ante patris Aloisij oculos interimit: qui uellet rem tueri: patrem capit cum omni familia: arcem occupat munitissimam: atque ditissimum spoliat principem. Res ciuium in prædam uertit. Nam assidue concurrebant illo multi ex finitimis urbibus:quos ille

fur admonuerat. Mittitur Aloisius in franciam: sed sine ullis accusati sceleris testibus. Occupat ipse Centallũ munitissimo loco situm. Quæritur in gallia uir ille optimus Aloisius: quid in regem attemptasset cũ filio. Nihil inuenitur. Franciscus Sphortia (qui hæc resciuit omnia) ducẽ sabbatiæ cõmonefacit: ni continuo Aloisiũ qui fœdere sibi iunctus erat in suum restituat principatum: bellũ ab insubria sibi putet indictum. Quid faciat bonus dux. Iam a Carolo Aloisius liberatus est. Expeditio nullum sortitur effectum. Irridet Archimbaldus & regem pariter & ducem: dicitque sibi esse quædam cum duce signa: quæ nisi uideat non esse Centallum se redditurum. Tãdem fit expeditio ducalis in Archimbaldum. Ille rei militaris peritissimus: & ad eam natus (ut de inde bello Centallico uisum est) se tuetur: Pedemontium expugnat: ex finitimisq; quotidianã prædam refert: multoq; ditatur assidue magis. Militibus suis gasconibus inq̃ plurimis: qui conuenerant illo huius promissionibus pellecti: nunc se cum sabbatiæ persuadebat sentire duce: nunc cum insubribus. Tandem illo uentum est: ut fraus fraude sit intercepta. Nam Ambrosinus longignana: qui tũc præerat propinquæ arcis eiusdẽ principis custodiæ: simulata societate: dissimulataq; causa: cœpit Archimbaldum ei confidentem: Arx se continuo dedidit: capto præside. Inuentum est eum nebulonem tam sagaciter callideq; gessisse: ut paulopost futurus esset Pedemõtis princeps: cũ eorũ fere omniũ cõsensu: qui in Tauriscarum urbium arcibus præerant: quoq; omnis in sententiam diuersis traxerat promissionibus. Cæsus & sectus est Archimbaldus: laqueo suspẽsi: centũ ac triginta gascones: corpora fere gigantea. Reliqua nõ prosequor: & q̃ astute gesserit: & q̃ uideretur religiosus: q̃ munificus: quos habebat fautores: quos ministros: hic ut intelligas: q̃ soleat fortuna multos illudere: ac ut Boetius inquit: summa infimis: infima summis admiscere: utq; a sceleratis semp cauendũ sit: qui nil nisi scelera machinantur: nil aliud curant. Vale.

Boetius

Ex Mediolano.vij.Idus Aprilis.

Synonyma historiæ narratiua.

Hic bellũ apparatur in turcos.
Fiunt in hac urbe noui pacis apparatus.
Nihil est qđ dubitem⁹:huc summũ põtificẽ esse uenturũ.
Concilium in imperatorẽ instituitur.
Historiam tibi dico ueram esse.
Q̃ uelificatus Athos sit:non admiror: cũ apud Bænacum sint etiã montes uelificati.
Gigantes & nanos uidimus diebus hisce.
Nuper ego apud Venetos piscem uidi hominis habentẽ imaginem.
Cum essem Ferrariæ:hominẽ uidi bicipitem: ut Geryonẽ non obstupeam.
Inter historias & hoc habe:qđ asin⁹ bipes hic creber est.
Fabulã existimas uaccas inuenire bipedes:historia est.
In hac urbe sunt galli pondo decẽ singuli referentes.
Volãt hic equi:si uelis historiam ab me græcam accipere.
Nihil est ueri⁹ hac historia: quod nihil hac hyeme rigoris uisum est.
Hic ferunt turcorum regem esse interemptum.
Hõ uno ex loco uera hoc historia dicit̃:cõstituisse Mahomettũ regẽ turcorũ Christianorum sequi fidem.

Titulus.xlvij.

Fabulæ expositiua familiaris.

Vt rideas fabulam accipe:cũ superiore nocte apud cauponẽ peregrinus agerẽ:nam redibam ex galliæ diui Antonij templo:inter somniandum sum uisus cũ cauponis agere coniuge:cauponẽq; non multo post insidias mihi parantẽ uehementius expauescere.Hoc metu perterritus expergiscor:& adhuc somnij attonitus inuolucro: exagitatusq; formidine:uel uigilans in cauponem ense feror ac furore. Is uir bonus:satisq; ad præliandum debilis:fugiens delituit in stabulo:nec diẽ illum uniuersum:noctemq; sequentẽ apparuit.Ego ratus uerum esse: qđ somniaram:uxorẽ eius

ſubegi conſentientem inq̃:nec uſq̃ renitentem. In dilucu/lo mox diſceſſurus ab ea donatus ſum tanto nummoꝝ põdere: ut hucuſq; peruenerim. Vide quid caſus inuenerit: qđ ars uix ſibi cõparaſſet. Nunc & Iouem in cygnũ cũ Danae uerſum eſſe credo:cũ hoc longe ſit admirabilius. Nũc cũ Europa in taurum. Interea redeunti mihi domũ occurrit in propinqua ſilua ſerpens. Exiſtimaui fatũ eſſe (quod uulgus mulierum appellat) ibiq; pernoctaui aſſidue cogitans:quid hoc eſſet:quod continue me ſpectans a me non diſcederet. Sed ubi iam tenebræ texiſſent omnia: nec uidere quidẽ amplius poſſem:nec uideri:cæcus uiam perrepto in ſerpentẽ certe cõuerſus. Quo me ueterem neſciebam. Tandem luna mihi lumen obſecundauit:& domum regreſſus riſi ſæpius hoc monſtrum. Vale. Ex Mediolano vi. Idus Aprilis.

Iuppiter in cygnum

Iuppiter in taurum

Fabulæ expoſitiua familiariſſima.

Nihil hic maiore uenditur precio: q̃ fabula. Iccirco ut rem tibi hac ætate dignam mittam:ſic habe. Antonius abfuit hinc menſes duos de uiginti. Cum rediit: continuo coniunx peperit puerum ſcitũ:illiuſque ſimillimum ſacerdotis quẽ nõ ignoras. Perſuaſit uiro Martia: filiũ eſſe ſuum: ſeq; compreſſiſſe dolores: donec is rediret: exemploq; firmauit Alcmenes:cuius compreſſus eſt Iunonis cura partus: donec Sthenelo naſceret Euryſtheus:qui poſſet Herculi imperare. Credulus uir conditionẽ admiſit:ſimilemq; illorũ ſe fieri poſſe ratus fabulã nõ accepit aliter:q̃ diceret. Vide q̃ pulchre deceant mulieres litteræ q̃q; plura illæ uiderint:q̃ Plinius reliquiq; ſcriptores:quod ad duos de uiginti menſes naſci poſſe doceant partum. Nũc filius educatur Antonio quẽ ſibi ſimillimum aſſeuerat:ego eam ſimilitudinem uideo:qua gallus aſini ſimillimus eſt. Vale. Ex Mediolano. v. Idus Aprilis.

Euryſtheus

Fabulæ expoſitiua grauis.

Nihil eſt tam iucundum inquit Pindarus: q̃ fabulã ſcribere. Sed fabularũ duo eſſe genera:docent ueteres:tã græci

Pindarus

Duo fabularum genera

q̃ latini. Aliud de iis rebus: quæ neq; ueræ forent: nec ueri/similes (ut est illud Plauti: in faciem uersus Amphitryonis Iuppiter: aut quod homo in bæluã uerteret: cũ Aristotele teste: impossibile sit: unã speciem ĩ aliam cõmutari) Aliud de iis quæ si nõ ueræ: tamen uerisimiles: quæ fieri potuerunt: ut Terentius amare Pamphilũ ostendit: & Glyceriũ ei tandẽ cõnubio iungi. Horum utrunq; probat Symonides: quorũ alterũ delectet: alterũ iuuet. At Horatius inqt: Aut prodesse uolunt: aut delectare poetæ: aut simul & iucũda: & idonea dicere uerba. At poetas id admõet. Quid in epistolis obseruandum! Identidem puto. Nũc ergo scribendæ fabulæ ratio uenit in mentem: ut non desinas ridere: quam quidem rem posteaq̃ fabulam dixeris (quod potuerit fieri) factum existimato: & fabulosam historiam appellabis. Salualalius quidem picæus (uel ut alii dicunt ex flamminia) cum pertransiret nemus quoddam: ad quasdam nuptias profecturus: uir uel mediocris: uel infimo loco natus: serpentem uidit: non miræ longitudinis sed album miri candoris: corpulentum: & se ita respicientem: ut dicere uideretur: ad te ibam: hic callem occupabat nemoris: per quem iturus erat Salualalius. Secedit is ex calle: rectaq;: quo constituerat: procedit uia: sed respiciens aliquando post humeros relictum serpentem: quasi secum uerba facere uolentem: intuetur stare loco: seq; firma spectare acie. Horruit primũ Salualalius monstri magnitudinem: mox rem oblitus: in locumq; perueniens destinatũ choris saltibusque uacauit. Noctu rediens domum cum sociis: nihil uidit. Postridie in easdem uenturus nuptias: eadem iter fecit uia: eundem serpentẽ intuetur: sed tãq̃ blandientẽ: ac adulantẽ: toto se corpore contorquere ad Salualaliũq; alludere: ac eundẽ occupare callem: tãdemq; cũ iã securior ille monstrũ spectaret: cœpissetq; quærere: uellet ne quicq̃ dicere. Si me sequeris: respondit serpens ditissimus fies: ac maximus uir: nec dubita: me sequere. Factus ille audacior monstrũ sequit᷑: in quandã deuenit foue/

Plautus
Aristoteles
Terentius
Symonides
Horatius

am ubi sese abdebat serpēs: qui humana uoce descēde ait: nec quicq̄ (dicebat) timeas. Inuenta est (ut affirmauit) scala ærea: per quā ubi descēdit: spaciū comperit latius: ubi regina quædam eē uideretur egregiæ formæ: multisq; lapillis ac unionibus ornatissima: cum uirginibus plurimis eodem ornatu specieq; clarissimis. Admiratus hic homūcio quid hoc esset: ad eū sic regina. Ego tibi sum uniuersæ Italiæ datura imperium: uade modo: & milites tibi compara infinitos: quibus (quod ab me sortieris) æs maximum daturus sis: qui si tibi non crediderint: ad nos eant te duce: uoluit: ut inquit reginā osculari: Subrisit illa: subdiditque: Nondum hoc tibi consequi licet: sed commodior occasio dabitur. Inde hic abiens rē amicis aliquot aperuit: dixitq; quæ uidisset: singula. Sequuntur hunc ex ijs multi: qui ad omne facinus aptissimi uocabantur milites. Incipiunt pecuniam in hanc nouitatē impartiri: diuitesq; plæriq; mercatores: ac ex finitimis locis honestissimi ciues. Iam coalescunt hi milites: fiuntq; plurimi. Iam equitum peditumque ductores non pauci huic hærent monstro: fiuntq; manipli centuriones: decuriones: ex omniq; militum præfectorū genere atq; nominibus ad numerum usq; sex milium: ut omnes terræ Salualalij nomen uiderentur resonare: in locisq; cauernosis echo reboare. Interdū ex his primates ab eo in foueam illam ducebantur: ac æque reginā illā (quam fatam uocabant) cum suis nymphis omniq; ornatu uidebāt: ac ipse Salualalius: hoc etiā plus: qđ uidebant̄ ab ea regina illis ostendi thesauri apertissimi ac maximi: quos dicebat se parasse: ut suo traderet Salualalio. Sed non ante octauum Kalēdas quintilis tradere posse: sic esse ab ijs ordinatū: qui haberent in his rebus arbitriū. Hoc eos decepit multomagis q̄ & sequebant̄ hunc imp̄atorē: & ei pecunias dabant mutuas: qđ uiderēt thesauros: a tantaq; regina audirent ei heluæ paratos. Sed uide: q̄ soleat in ijs esse diligens dæmon: quæ ad homines fallēdos attineant. Cū iam per uniuersam Italiam audiretur hæc fabula: in uulgoque

increbruisset hæc uox: apud sapiētes minime crederetur res tamen sic haberet: ecce diui Ioannis diem festum: quo pecunia ex thesauris amplissimis illis debebat in militiam diuidi: ex qua omnes erant futuri q̄ ditissimi. Conueniunt illi cū Salualalio cūcti lætissimi: ad expugnandosq; superos imperatoris iussu paratissimi: modo illi uisum foret: ut gigantes fecisse fabulant̄. Credulus quoq; Salualalius non latet: exultat: ac gestit eo die se ratus fundamēta iacere ad imperium orbis occupandum: neq; regina inuenitur: nec fouea quidem illa: hiatusq; quo ad eā iter erat. Inquiritur diligentius. Eo minus inuenitur: nec inuestigari quidem signum potest: ubi nam esset ille aditus. Cum re perdita: speq; sublata: simul eis loci aufertur memoria. Illusos se uident illi. Sunt qui uelint in eum impetu facto cædere in frusta præuaricatorem: quem putant ac præstigijs usum. Sunt qui eos frænant: nec desperandum esse ducant: quibus minime fieret uerisimile: hunc non interim latuisse: si quid errasset: aut non in præstigijs perseruasse: si hoc sciret. Sunt qui simplicitatem illius minus esse castigandam censeant: q̄ cæterorum: præ cupiditate uæsaniam: qui adhibeant illusionibus infernis fidem. Ex ijs fuit: qui dæmonis quandam retulerit hoc modo fabulam. Malus dæmon o socij plurimum solet fauere uiris: illosque sæpenumero pro sua uirili obsequi. Quod cum sæpe alias: tum semel ubi miles quidam in tantam esset uitæ asperitatem redactus: ut neque per senectutem militaret: nec ei quicq̄ ad uiuendum necessariū subministraretur. Is enim: cum sese in templa sæpe colligeret: superosque rogaret: suæ mendicitatis misererētur: tandem cuiusdam uetulæ admonitus persuasusque consilio: candelas aliquot reliqua sibi emit pecuniola: & accensas inter sanctorum simulacra in ecclesia depicta diuidit: cuique suam affigens: atque orans: suæ calamitati subuenirent. Cum una superesset candela: diuisis cæteris: uideretq; dæmonem catena deuinctum: alligatumq; diui Leonardi ad pedes. En inquit & tibi cæreum uotum

Gigantes in superos

Dæmonis fabula

ut nõ boni me solum adiuuẽt cœlites: sed & tu stygiæ dæmon. Is noctu uisus est ei militi sic loqui: q̃ te plus ego adiuuem: q̃ ij cuncti: quibus tot candelas accendisti: accipe: hic est maximus thesaurus: eum tibi dedico: hisque dictis euanuit. Miles quid faciat nescit aliud. Erat enim ut uidebatur in prato mũdissimo: lapidem nõ habebat: nec quicq̃ quo signaret locum: mane ut statuerat rediturus: deponit illic superfluum onus: credens id mane se in prato inuẽturum: inuenit quidem: sed in lecto. Hæc solet dæmon. Hæc debemus prouidere. Ceperũt omnes ridere: locũq; dederunt fabulæ. Vale. Ex Mediolano quarto Idus Aprilis.

Synonyma fabulæ expositiua.

Hic mulier est uir effecta.
Nihil est in hac urbe cõmunius auro.
Asina peperit agnum.
In unam canem tres simiæ sunt cõuersæ.
Iuppiter in formam est fauni uersus.
Lupi solent hic diligenter de ijs rebus prædicare: quæ reddere solent omnes q̃ religiosissimos.
Vinum scio ubi ex aqua conficiatur.
In Apulia sunt boues aurũ effodientes.
In lydia dicunt formicas aurum effodere solitas.
Mulier formosissima in fœminã euasit pudicissimã.
Seneca cui nihil odiosius in uita q̃ mulier uxorẽ duxit.
Pueri duo facti sunt insubria cõtinuo senes.
Si senem tyrannum audis: admirare.
Mimi ac scurræ deliguntur Athenis in præsides.
A Romana dignitate illa quidem cẽsoria plurimum abest grauitas.
Ab insulsis abest omnis leuitas.
Nihil est in uiro doctissimo præstabilius ignorantia.
Qui disertissimus dicitur Cicero: nõ audet se cum eloquẽtia cuiusdam conferre noui.
Agnus apud nos candidissimus: qui p̱ urbẽ uagabat᷑: in ti-

grem maculatissimam uersus est.
Amicus ille q dormitat:otia solet in lecto sæpe conficere.

Titulus.xlviii.

Exemplificatiua familiaris.

Poesim inquit Symonides picturam loquentem esse:at picturã tacẽtem esse poesim. Vt em̃ debet poeta describere proprietates rerum atq̃ personarum:nihilq̃ prætermitte re:quod ad ullius artis expressionẽ pertineat: sic pictor nihil negligere :quod ad rem personã ue perfecte cognoscẽ dam pquirat. Nisi cæsarẽ tibi declararit historia: nisi post historiam ex huius re gesta:physionomia expresserit:qua lem oporteat esse: qui hac : aut illa est natura: quique hoc aut illo uersat in actu :nisi affectus naturales multa rerum experientia cognoscis:nisi ea prosequi possis uel carmine uel pictura singulari:quibus nõ recitari: aut pingi uideat: sed homo uideri uiuus in agenda re persistere: certe neq̃ poeticam bene tenes:qui scribis: nec picturam qui coloribus inuolueris actabellis. Vt enim Homerus æque recitat Vlyxis naufragium:præcedẽtibus tempestatis signis: succedẽtibusq̃ procellis: Identidemq̃ factitauit apud nostros Virgilius at armatos ferociores inducit:cẽsores grauiores:consules æquiores: turbam loquaciorem: sic & reliqui debent imitari: qui poetarum nomine uelint appella ri:illudq̃ sequantur:quod apud Horatium est. Vos exem plaria græca nocturna uersate manu:uersate diurna.Id nisi facturi sint:animaduertãt Horatianum rursus illud. Cur ego si nequeo:ignoroq̃:poeta salutor. Vt em̃ recte dictũ est ac sapient: Quam quisq̃ norit artem:in ea se exerceat: Sic Alexãdri macedonis exemplo non loquamur potius Persice:q̃ si loqui nesciamus:linguam illã profitentes: audi toribus ridiculo simus. Aliorũ exemplis uiuendũ est. Vale. Ex Mediolano.iij.Idus Aprilis.

Symonides
Proprietas poetæ
Homerus
Virgilius
Horatius in arte
Alexander magnus

Exemplificatiua familiarissima.

Vt ignoscam Antonio:rogas.Exemplo cæsaris:omnia me moria teneo:præter iniurias:& ut Hagesilaũ imiter dicẽtẽ

Iulius cæsar
Hagesilaus

cum transactũ est crimen: iniuriam e mente deleui: sic ego uix postridie illius diei: quo decoctor Antonius me fraudauit: sum illius doli memor effectus. Itaq; ne parcã: opus est: iandudũ peperci: ac ex animo aboleui fraudem illam. Sed ut in gratiam redeat: nõ postulas: quod ego admissurus sum nunq̃ negligentiæ genus: ut alijs fallendi similem præbeam occasionem. Eum igitur non sum odijs insectaturus: neq; ab alijs principibus quæsitur⁹ ut plectat̃: sed neq; mea gratia ei peccandi: alijsq; daturus exemplũ. Vale. Ex Mediolano pridie Idus Aprilis.

Exemplificatiua Grauis.

Horontes

Non iniuria placent Horonti Artaxerxis genero (quicq̃d psuadere quisq̃ uellet) exemplis firmandũ eẽ: ut quas per uestigia proficiscentibus præcedentiũ paratior esset ac tutior gradiendi cõmoditas. Nam & Hagesilaus ille rex sapientissimus dicere solitus perhibetur: nõ esse quicq̃ ulli dubitandum: qui bonorum hæreret exemplis. Xenophon autem ait: Et si solent: qui errare cupiunt exemplis maiorum: qui mali fuerint: gaudere: quasi cæci a cæcis ducti. At bonorum exemplo uiuentes securissimam habent uiuendi rationem. Ambrosius igitur ille non doctus minus: q̃ sapiens: magnam parari sapientiæ putauit uiam: cum exemplis bonorum alliceremur ad bene beateque uiuendum. Nam & Aristoteles illos refert Hesiodi uersus. Optimus ille quidem qui per sese omnia noscens: Præceptor suus ipse sibi meliora peregit. Ille bonus rursum: monitus qui recta peregit. Sunt enim ut Demosthenes dicebat doctorum hominum admonitiones: exempla pariter: quæ possimus imitari: cum nihil in medium afferãt docti: quod aut non sit in recta fundatum ratione: aut inde sumptum atq; translatum: quod latam habeat auctoritatem: atque plenam. Cum igitur ad te frater optime scripturus non nihil essem de ijs: quæ te censerem oportere sequi: sum arbitratus exẽplificatiuo utendum scribendi genere: non qui te aut doceã: aut horter: aut admoneã suadẽdo: sed qui ante

Hagesilaus
Xenophon
Ambrosius
Aristoteles uersus Hesiodi
Demosthenes

oculos exẽpla ponã: per quæ possis & ĩ luce ãbulare & ĩ te/
nebris. Alexãder admodũ adolescẽs nihil uel dicere sole/ Alexander
bat uel facere qđ a patre Philippo illo sapiẽtissimo uel di/
ctũm accepisset: uel factum: dicens turpe uideri sibi: qui nõ
didicisset litteras: eũ doctrinam ꝑfiteri: publice ue docere.
At Alcibiades uir deniq; modestissimus proponebat in/ Alcibiades
ter senes quæstionem: de qua illos audiret cõmentari: be/
ne ne: an male: hoc aut illud ab adolescente nescio quo di/
ctũ esse: uel factũ: nec nomen cuiusq; aperiebat: nec suã du/
bitationẽ dicebat esse illam: sed ut intelligeret illorũ sen/
tẽtijs: quid sibi diligẽdũ foret. Cyrus autẽ iunior præmia Cyrꝰ iunior
consiliorum grauissimis proponebat senatoribus: resq; ar/
duas quasi ad se non pertinentes in medium afferebat: ut
prius eorũ audiret sententias q̃ opus aliquod aggredere/
tur incõsulto. Cupio te igiť: qui mihi tum ob egregiam in/
dolem carissimus es: tum pro ea: quæ mihi cum patre tuo
principe optimo fuit beniuolentia: ut Alexandrum: Alci/
biadem ac Cyrum imitatus uel nihil dicas: uel facias: ĩ quo
non adhibueris quoquo uel exquisitissimo commentatio/
nis consultationis ue modo rerũ omnium experitissimos:
aut earũ saltem: de quibus dubitas: uiros & doctos: & gra/
ues: a quibus uel idem factum aut dictum accipias: ut per
eorũ proficiscare uestigia: aut faciendũ dicendum ue tibi
persuadeatur: quibus uti queas ducibus. Nam cũ multa
sint adolescentibus: per uitæ nouitatẽ difficilia: cũ id qui/
dem difficillimum: ea in ætate: quæ perfectæ ratiõis est in/
capax: non errare: non labi: non decipi. Q̃obrem Aristo/ Aristoteles
teles: moralis disciplinæ idoneos auditores noluit esse iuue
nes: q̃uis subdat non differre: iuuenem esse ætate: aut
moribus: Et Symonides dicat: multos ætate consenuisse Symoni
qui sunt moribus admodum adolescentes. Es tu quidẽ ea des
ingenij præstantia: ut si quis ex se quicq̃ egregij discere
potest & addiscere: in te hoc debuerit iam radices propa/
gasse. At ea est uiuendi rectæ parata difficultas: ut uix etiã
adhibitis aliorum & exemplis: & institutis: & consilijs: qui

plurimũ sapiant: satis nobis sit adiumenti ad eam laudem capessendam comparatum: qua debemus ornati & uideri simul & esse: ut ĩmortalẽ gloriã cõsequamur. Quot cum habuerint parẽtes eximios: præceptores clarissimos: auxilia naturæ ac artificij plurima: in pessimos nebulones euaserunt? Præter Ciceronis ac Hortensij degeneres illos filios: circũspice hodie multos ex omni hominũ præstantiũ genere: quibus nihil facilius: cõmuniusq; atque paratius est: q̃ a suis degenerare maioribus: seseq; inimicissimos ueræ laudis exhibere. Tu igitur nõ adeo uel acumini tuo confidas: uel ullo ingenuæ tuæ naturæ muneri: nisi omnino senũ assistas lateribus: ab illis: qui plurima solstitia cum uirtute uiderint: aliquid discas: ab eorum fontibus: qui uiuacissima sunt sapientia: nõ nihil nutrimẽti haurias. Habebis ante oculos semper exempla: quibus nixus cadere nequeas: quorũ ductu p rectam uiam gradiaris quorumq; memoria semp tibi iucũdior sit. Eo pacto & tibi tua uita suauior fiet: & me summa quadã afficies ppetuaq; uoluptate. Vale. Ex Mediolano Idibus Aprilis.

Ciceronis & Hortẽsij filij degeneres

Synonyma exemplificatiua.

Cæsarẽ tibi exemplũ adhibe imperando.

Ciceronis in eloquẽtia exemplo nitere.

Fac ut in republica gubernãda Periclem adhibeas exemplum tibi.

Neminem in poematis utiliorem tibi Nasone ducito: ac Marone.

Velim in omni tuæ præturæ administratione: solius Catonis hæreas exemplo.

Noli ab eorũ exemplis aberrare: qui fuere modestissimi.

Nunq̃ fallet tua te sentẽtia: si constantia tibi Fabriciũ propones exemplũ.

Eris omniũ cõtinentissimus: si exemplo tuæ modestiæ Scipionẽ præficies.

Vbi non deserueris Vlyxis exemplũ: fies assidue prudentior.

Si uis fortissim⁹ fieri: Aeacide aut Hectoris exemplis fias. Scæuolã quære ducem tuarum cogitationũ: si uis iurisconsultissimus appellari.
Vestigijs bære Curij: si cupis innocentissimus incorruptissimusq; dici.
Nibil erit tibi cũ uulgo cõmune: si sapientum exemplis: ad perfectã contendes uirtutem.

Titulus.xlix.

Contentiosa familiaris.

Quid te mibi præfers o bælua? Quæ tibi mecum esse potest æqua cõtentio? Generis ue? At tu bomo nouus (ut illo in Ciceronẽ utar Salustij) qui rupto robore nat⁹: ut Naso inquit: nullos babuisse parentes cẽsendus es. Virtutis? At quæ uirtus est tua? Quot cyatbos amplissimos: calicis illius nasonis quattuor beneuentani sutoris nomẽ babentis: de quo loquit' Iuuenalis: simillimos uno baustu sorbilare delectaris: in tuaque nefandissima libidine tua est militaris composita gloria? At mibi & generis est nobilitas tanta: ut erubescere me iure possis: ubi bæc tibi sit cõtentio: & tm̃ in uirtute laudis: ut me uenerari nõ nequeas. Cõtẽdis mecũ de diuitijs? Tibi nõ cædo. Nã q̃q̃ babes plures nũmos: plura prædia: plures fundos: nõ es me tñ ditior: cui⁹ cupiditas nulla est: nisi cũ uirtute. At tu cupis: & inflãmaris tuis pturbationibus: nec tm̃ babere potes rerũ: ut nõ multo auidi⁹ optes plurima. Ego paupertate mea contentissimus nibil appeto: & ut illo utar Terẽtij: Cum nibil babeam: nil mibi deest. Ex Mediolano. xix. Kalendas Maias.

Salustius in inuectiua
Ouidius. i. metamor
Iuuenalis
Terentius

Contentiosa familiarissima.

Et si me summopere pudere decet: tecũ cõtentionẽ ullam agere: ne tua te tamen in pbrenesi iactes: ad ea cõtentiose rñdebo: quæ unis ad me scripsisti litteris. Non audere me boas affirmare bene dictum te coram. Monimẽta: cũ monumẽta dicenda putes potius. Peto abs te uir ignare litterarũ: moneo qđ præteritũ babeat? Monui dices: Quod su-

Monimẽta
Monumẽta

pinum: monitum. Vnde hoc monimen: & monimentum formatur? A supino. Cur igitur i mutabitur in u? Cur in nocumento? Veteri quadam consuetudine: uel alia formatione quam ea: quae ad monimentum attinet: quae pōt & debet monitio dici mētis: ita ut nō monimen: sed monitio: quasi a praeteriti adiectiuo dicatur: & mente deriuetur: & cū ipsis cōponantur. Inde apud Virgiliū monimentum & pignus amoris: Et rursus ab Andromache: manuū tibi sint monimenta mearum: hoc est memoriae. Sic ego reor. Vale. Ex Mediolano xviij. Kalendas Maias.

Vir. iij. aene.

Contentiosa Grauis.

Contendere mecum audes: quobrem nō est mihi negligendū: de quo contendas. Non enim sumus perduelles nec perduellionatus crimen nobis est propositum contentionis genus. De bonis litteris nō de uulneribus: nō de probris est contētio: quā adeo probauere Atheniensiū scholae: ut uel praemia cōtēdentibus cumulatissima proposuerint. Romani uero declamatores habebant assiduos: qui & muneribus simul: & honoribus donabantur non paruis: si recte tamen Quintiliani: tū Senecae declamationes intuemur: tū paulo prius quae a Cicerone de multis aequalibus suis: & de seipso scripta sunt. Commētationes aūt & a Platone: & a Cicerone in suis dialogis introductae: quid significāt aliud: quam cōtentionis genera honestissima: quibus uerum fiebat dilucidius? Quid hodie diui Thomae Scotique disceptatiōes quibus cum haec aut illa quaesiuerint: & sibi respondent: & in suas arguūt sententias: ut ea contentione quicquid intricatū erat: magis enodetur? Hoc dicendi scribendique genus cum utilissimū esse probat Thomas: tum doctis hominibus iucundissimū: quo excitantur: ut Lactantius ait: si qua sunt ingenia semisopita: mentes refouentur: doctrinae inter se conciliantur: Quanto nos emimus clarorum familiaritates uirorum precio? At contentionibus hisce: cum eruditissimis ac clarissimis assidue uersemur: opus est: quorum auctoritate ac gratia fraeti possimus eorum superare uersutias calli-

Atheniēsiū scholae.
Declamatores
Cōmentationes
Thomas Scotus
Lactātius

dissimasq rationes: q̄ nobiscū certamē ineūt. Faciūt enim eiusmodi uexatiōes pspicatiores intellectꝰ: ut docet Seneca. Itaq tibi contendere parato uicem apparo: ut cōtentione cōmuni: aliquid ad posteros a nobis pfectius deferat. Quod dixi de polypodis ac telluris coloribus: improbas. At Aristoteles probat: ut ignis terrā in suum & naturalem reformans colorem: albam efficiat: ut calcem ex lapidibus factā. At Basilius te docet: cū nullus sit natiuus polypodi color: eum sibi ex adiacente quæri solo: ut alius albus sit: alius croceus: alius mixtus. Q̃ uero inertiam non debere aspirari: affirmaui: tu aspirari uis: contendis rursus insipide: cum si ars non aspiratur: ut uel tu non negas: Iners ab in & arte dictus: quasi cui nulla sit ars: aspirari non possit. Ars enim philosophorum testimonio est collectio præceptorum ad unū finem tendentium. Adducis nescio quoꝝ nomina imperitorum: quos obscurissimo loco ereptos in medium affers testes tibi tuæ ruditatis. Tūc tibi credo minus. Dicis & uiros hodie doctissimos ijsdem scribere characteribus. Si id faciunt: in hoc sunt ignarissimi litterarum q̄q̄ ego pro te dictum hoc puto: qui te doctissimum esse uelis. Sumo uerbum gemino uis m scribendum esse: ut & summum: quod inde dictum autumas: quia nemo sumere dicat: nisi quod summū est. Vnde somnies hæc non intelligo: cum aliud summū sit: aliud sumo: illudq duplici m scribatur quasi a sumo & manu: hoc est: quod tota sumitur: & uix strigit̃ manu. Sumo uero unico m scribi debeat: quiq secus censent: ij fallantur uehementius. Contendis rursus non decere principem magnificū appellari. At Cicero ab Aristotele usurpauit in ædificandi splēdore: domesticoq apparatu magnificentiam esse sitam. Qui ergo ædificijs dignissimis omni laude delectatur uiuitq pereleganter: is magnificus dicendus est. At elegantiam uis in uocabulorum præstantia: non in domestico uel apparatu: uel cultu: uel corporis esse ornatu dicēdā: affersq testimoniū & Laurētij ualle: qui elegātias ædidit: & Augustinū senēsem: qui

[Margin notes: Aristoteles; Basilius; Iners; Ars; Sumo; Magnificus; Cicero; Elegātia; Laurentius; Augꝰ datꝰ]

elegantiolas effecit. Ego neq3 illũ: nec illum duces sequor
Aul9 Gelli9 sed ueteres quos Aulus Gellius probat. Elegantiam in ui/
Tabella ctu uestituque sitam uoluisse. Vis tabellas pro paruis acci/
Tibullus pi tabulis: quibus ædificatur: adducisq3 Tibullum testem: qui tabellã uoluit tabulam esse: in qua depictum aliquid in templo foret. Ego tabulas alias ædificijs debitas puto: ex quibus tabellæ nõ ꝓdeant: alias quibus scribatᷣ: pingatᷣ ue quicq̃: ex quibus tabellæ prodire possint: ut etiã ius ciuile ad cõtra tabulas titulũ habet: & tabulæ testamẽtariæ dicũ/tur: & inde tabellæ: ac inde tabellarij: quoniã in tabulis scri bebatur cæratis: ut te dicis non latere. Quod nõ arbitreris recte dici Martiale sexto casu: ut Iuuenale: nõ cõtendas: in sententia uolo permaneas: ut apertissimus uideare fatu9: qui neq3 quod ipe: nec quod alij fanᷣ: intelligas: cætera tua eiusmodi sunt obiecta in meas litteras: ut per se sileant: eru bescantq3 meam faciẽ. Sile uir ineptissime. Contẽtio sit ti/bi postbac cum tui simillimis: mibi uero non nisi cum doc/
Alexander tissimis atq3 disertissimis: ut & Alexander inuitatus ad sta/dium: sibi respondit: nõ nisi cum regibus currendũ: nolui/sti bac contentione (ut opinor) non nibil tibi gloriæ com/parare. Esto: sis quod optabas assecut9. Nibil ex tua pere/at opinione: Resipisce: Ex Mediolano decimoseptimo Ka lendas Maias.

Synonyma contentiosa.

Non babet bæc res: ut tu sentis.
Hector nequit (ut sentis) inaspiratum scribi.
Male opinaris de bubalo: qđ sit genus elepbantis.
Recte dixi elepbãti ꝓblossidẽ: eminentiam esse nasi.
Rbinoceros scđm casum male tua sentẽtia format rbino/cerõtis: sed babet rbinocerotis.
Non bene doces: rbinocerota in fronte cornu babere: cũ babeat in nare.
Non est sapide dictum (melius dici) bonor: q̃ bonos & le/por: q̃ lepos.
Gloriosũ uetuste admonui nõ inueniri nisi in malã partẽ.

Fac ut elegantius studeas loqui: si uis doctus haberi.
Nihil dicis: cũ si contentione utendum sit: non possim aliquid addere.
Nolim tecum cõtendere: quod si facerem: multa in te falso dicta conijcerem.
Habes tu quidẽ in sensu nihil de litteris sani.
Qđ credis de litteris breuiandis: omne falsum est.
Multa in syllabis disiungendis fingis: quæ nescis tã abdere ut esse uera uideantur.

Titulus.l.

Cõminatiua familiaris.

Affecisti tu me quidẽ iniuria: qui conuitijs famam meam maculare nixus es. At esse me puta: non assuetũ contumeliæ tolerandæ. Reddam tibi sed maiore mensura multo: & nõ solũ par pari (ut apud Terentiũ legit: quod te mordeat) sed tanto magis: quãto sum te lõge maiore qdẽ animo. Terentius
Tu tamẽ a tuis nõ degeneras: q ea fuere semp cõditione: ut in cõtumelijs & cõuitijs summope detestandis assidue sunt uersati. Sed cũ quo credis agendũ esse tibi: qñ mecũ! Certe cũ illo: q multos tui similes castigaui: multosq castigaturus sum. Interminatũ esse me tibi: nõ multi facies. At id exequar cõminationis: qđ deinceps magis metuas. Afficiã te tanto (nõ metu solũ) sed dolore: ut possis non iniuria optasse: me tibi fuisse nũq̃ antea cognitũ. Faciã ut faun⁹ Herculis ictu cadas: aut nanus gigantis pcussione delabare. Sanus sis. Ex Mediolano. xvi. kalendas Maias.

Cõminatiua familiarissima.

Nõ sum ego ex eo passerꝝ genere: quib⁹ fiunt laruæ formidabiles: sed hoc tu tibi non esse prædictum: neges me omni opera curaturũ: ut pro tuo tam acerbo furore plectaris. Sunt: ut nõ nescis: & amicitiæ tot mihi: & clientelæ ut possim te in ægyptum usq; insequi. Nec falli quidem potero: Scio q̃ sis intrepid⁹: q̃ elata mẽte: ac supbo spũ: qui neminẽ metuas: sed erũt sine insidijs: eæ paratæ uindictæ: q̃s metuisse præstiterit. Hoc aũt facilius offendere: qđ lædi a nullo

dubitas: tantũ esse tibi uiriũ: tantũ facultatũ existimas: Resipisce. Ex Mediolano. xv. Kalendas Maias.

Cõminatiua Grauis.

Aeschines Nihil est durius ut Aeschines inquit: q̃ publicas iniurias perpeti. Quid aũt (ut Thucydides uoluit) tam publicũ existimari potest: q̃ qđ in oĩm est ore constitutum? Iam uel tonsores: uel ipsi pistores clamitant: fuisse te in nos iniurium: uiolenterq; nobis prædiũ ablatum possidere: nec uereri iudicium aliquod: nec nos metuere. Sic solebat Diomedes Thrax: qui tyrannus acerbissimus omnes afficiebat iniurijs. Sic Antæus qui suo ducebat potẽtatu confundere cũctos quire. Quod te cõsilium in hoc perduxit patrandum sceleris? Quæ tibi confidentia in nos fuit? Habes tu quidẽ non nihil pecuniolæ: sed nõ tantũ uel imperij: uel potẽtiæ ut nulla in te referri uis ualeat. Non est opus Alciden renasci: qui te puniat. Animo es perditissimo: sed neque ingenio: nec facultate: quæ uires suppeditet menti. Potes & a me longe inferioribus lædi: nec cum magna ui: manu certe parua. Fac igitur ut quando me inimicũ maluisti: q̃ amicum: postbac tibi diligentius nocte dieq; caueas: custodiasq; tuam uitam si uis mea non interire opera. Nolim ego abs te unq̃: si uulneribus confossus euaderes dici proditorem aut perfidum. Leonis ego plus natura delector: q̃ uulpis. Nam haud e memoria excidit: quod apud Plutarchũ legi: dicere solitũ Hagesilaum insidiatorem uel in ara interfici oportere. Nunq̃ insidiabor. Apertis usum me comminationibus in te probabo. At quo pacto possim ego: non esse honoris ultor? Præter prædiũ meũ tam fertile: tã pulchrũ: tam nobile: qđ mihi surripuisti: debacchat⁹ es in me sine ulla tuæ linguæ mitigatione: ullo fræno: eaq; de meis & parentibus: & moribus dixisti: omni uerborum obscœnitate adhibita: quæ uix ausim de tuis cogitare. At linguam dicebat prienensis ille Bias: & optimum esse membrum: & pessimũ. Quid eñ excellentius: q̃ eloquentem audire uirum de bono benedicentem? At quid fœdius: quid inq̃ (ut

(Marginalia: Aeschines; Thucydides; Diomedes; Antæus; Alcides; Plutarchus; Bias)

inquit Tullius)imanius:q̃ eloquentiã ad usum naturæ:atq; ad amicitias cœlitus datã:ad perniciem hominũ cõuertere! Tu uero quasi suauissimo quodam nectare plurimum oblectaris:maledicentia me fœdare: nec usq̃ de me in sermonẽ inciditur:ne me(non modo pũgas)sed acerbissimis insectere uerbis.Fingis aũt ea de me scelera: quorum ego antea neque nomina quidem audiueram.Id unde audeas nescio: nisi quia nimis me bonum: nimis inuenisti mitem: nimis iniuriaꝝ immemorẽ.Non nego:me solitum iniuriarum penitus obliuisci:si eum errati pœnituit:qui fuit in me malus.At si pertinacior es :nolim(Apostoli sententia)crudelis appellari : qui negligam famã meã.Id eñ ut obesset famæ:sic tibi licentiã pararet:cæteris exẽplũ ad omne malignitatis genus.Vt apud Aristotelẽ uocanť insensati: qui nullã accipiũt ex iucundis rebus uoluptatẽ: ita quidẽ non habẽt hoĩs quippiam:qui cũ eis subtrahiť bona fama :non excandescũt.Nam ubi etiã tibi nocere nõ uellem:in ꝓpulsanda iniuria:quicqd agerem:iniustus dici nõ possem.Docuit eñ Plato:nõ esse quenq̃ iniuria conficiendũ:nisi cum propulsať iniuria.Inferre nõ licet iniuriam dicit Pherecydes:propulsando aũt inferẽtem cædere semper licet. Quobrem ego prædico tibi:curaturũ esse me omni diligẽtia: ut tibi non oris fœditate: sed reipsa reponam :ut uerberibus ad mortẽ usq; cæsus resipiscas: fiasq; aliqñ tuæ linguæ compos.Id si times(ut timere te certe scio:q̃uis non simules uereri) fac ut prædium restituas meo uillico: fructusq; quos iam circiter annos tris q̃diu in Britannia absfui:percepisti:cõtinuoque apud omnis: apud quos meæ detraxisti laudi:restituas mihi famã:& euangelico instituto:mentitũ te dicas cũ detraxisti:& me nõ solũ mitigabis: sed ad uerã inconcussamq; amicitiam pacatissimũ reddes:ita quidem: ut nihilo sim tibi defuturus: quod in me sit magis :q̃ fratri. Q; si meã hanc neglexeris cõminationẽ: uel quia nolis inferior me uideri:uel quia ut es petulans:sis etiã temerari⁹: teq; plurimi faciẽs cæteros asp̃nere:nec tuas uires: nec al

Tullius in officiis

Apostolus

Aristoteles

Plato

Pherecydes

terius metiare cuiusq́: non multo postea procurabo: quib⁹ manifesto cognouisse fatearis: quantũ inter asinũ intersit & leonẽ. Scis quæ mihi sint: & diuitiarũ fundamenta: & famulorum clientumq́ʒ turbæ. Te tibi uendica: nec in id incidas discriminis: unde facile nequeas regredi. Ex Mediolano. xiiij. Kalendas Maias.

Synonyma cõminatiua.

Ego tibi ob tuas in me collatas iniurias: interitũ ꝓcurabo.
Caue tuæ uitæ: cui⁹ ego finẽ omni diligentia quæram.
Nihil plus appeto: q̃ tuam necem.
Sum in te interimendo cõtinue occupatus.
Amici mei nihilo se nunc sciũt mihi potius gratificaturos: q̃ si te cædent.
Proditorẽ me nemo dicet: tibi mortẽ interminor.
Hæc epistola sit tuæ mortis tibi cõminatiua.
Tanta me nõ contumelia solũ: sed iniuria cõfecisti ut mortem tuã sim omni studio procuraturus.
Habes me tuũ assiduũ hostẽ.
Nunq̃ hoc tibi remittã in me crimen.
Tam me turpiter affecisti: ut sim nullis temporũ discursibus indulturus tuæ culpæ.
Tua in me malignitas quotidianam ultionẽ expectat.
Nulla mea simulatione aut dissimulatiõe: indultum ab me tibi iudica.
Semper ero curiosus tuæ ignominiæ.
Assidue in tuis ero damnis occupatus.
Cum tutiore te loco censebis: maiora mea sollertia tibi tũc imminebunt pericula.
Nusq̃ esse te securiorem a me iudicato: q̃ ubi luce functus eris.

Titulus. li.

Belli edictiua familiaris.

Vt naturæ bonorum omnium pax est iucundissima: sic ab ingenio meo semp alienum fuit bellũ. At cum pace uiuere non licet: nõ laudatur minus apud doctos Mars æquus

uel armatus cruentatusq;: q̃ Phœbus crinit⁹ cum citharaq; decorus. Ego nihil omisi: quo me paci præseruarem: nec miseros colonos tuos cogerem plangere: ciues collachrymare: te uero tandē & regno cedere: & fortasse uitæ. Sed nihilo profeci magis: q̃ si littus ararem: quod Didoni obijcit apud Maronem Hiarbas. Assidue peior: & immanior factus es: nec quicq̃ præterijsti: quod ad me prouocandū intellexeris posse facere. Nam & seruos meos cæcidisti: & agrum inuasisti: & affecisti nos omni iniuria. Cogimur & nos (ut homines sumus: sentimus dolores: ac nequim⁹ nō interdum perturbari) cum urget causa uehementior: aliquando ulcisci nos atq; nostros: declarareq;: q̃ iniqua tulerimus mente tuam in nos diuturniorem insolentiam: atq; immodestissimam uastitatem: atq; depopulationē. Ne igitur aut inobseruantes nos aliquis unq̃ dixerit Martialis legis: aut tu te oppressum improuide dicas: indicim⁹ tibi bellum ad tertium Kalendas Martias: ut deinceps intelligas: nec ad nos tuto uenturum ex tuis quenq̃ esse: nec non tibi agro tuo: tuisq; cauendum esse: die noctuque terris. Tunc enim edicto belli: nemo nos accusabit iniuriarum: nec tu tibi non prædictum esse: dices. Rem habes. Exercitus apparabimus: q̃to poterimus plures: quotq; nobis uidebuntur equitum: peditūq; milia: in te debellandum traducemus: omniq; annitemur opera: tibi declarare: q̃ male senseris: cum amicitiam nostram non tanti feceris: quanti faciunda fuit: sicq; alij quandoq; deterrebūtur ab ijs sceleribus committendis: ꝑ quibus se pœnas aliquādo daturos esse sciant. Ex Mediolano. xiij. Kalendas Maias. Virgili⁹. iiij. æne.

Belli edictiua familiarissima.

Quantis nostros affeceris incōmodis: & ministros contumelijs: agros depopulationibus: & filios ipsos interdū uulneribus nō ignoras. Nos omnia uolumus prius experiri: q̃ armis cōtendere: pacis potius studiosi: ut regulos esse decet: q̃ belli: cui uix sufficiunt tyranni. Te nonnunq̃ admonuimus: ut desisteres ab iniurijs: non esse nos aliud: q̃ homines: aliquandoq; fortasse non toleraturos: qđ sæpius ui-

dimus inuiti quidē: sed tuā demolitionē expectantes. Eo fuisti tu semp īmanior: minusq; nostris comminationibus credidisti. Quare cū uerbis proficere nos nihil posse intel leximus: ad arma confugere auxiliaria constituimus: & q̄q̄ regulus nō multū apparere possum armorum: nō multo tn̄ posse te plura scimus: q̄ nos ualeamus. Q2 si qui tecum sociale bellū ex nostris finitimis contrahent (ut solent ali/ quando inquieti uelle uiuere multi) nos quoque socios ex ijs nobis asciscemus: quibus in te uehemētior ac æquior sit pugnandi causa: q̄ illis in nos. Ego nemini sum iniurius: Tu multis. De me nemo: de te iure queruntur multi. Sed tu curabis ut uoles: ego rem sequar: ut uidebitur. Tu tibi hac epistola bellū indictum censeto: ut post tertium Kalendas Martias: hostē me paratum esse tibi ducas. Ex Mediolano xij. Kalendas Maias.

Belli edictiua Grauis.

Plato — Bellum edicere dixit Plato: non decere quenq̄ nisi reges.
Aristoteles — At modestius Aristoteles artē esse militarē inquit: in qua non nisi iuste se quisq̄ exercet. Non em̄ iniustis uictoria est
Homerus — expectanda: ut Homerus ait: sed interitus. Sequit enim a
Seneca in tragœdijs — tergo iniustos deus: Seneca teste. Omnis igit in bellando ratio fundata esse debet in æquitatis lege: ut nihil iniquū
Tullius — attemptetur: ut uoluit Tullius: nihil fiat: quod a bonis & æquis uiris probari nequeat. Nam ut negligant iura: non regibus locus est: sed tyrannis. Hi em̄ (modo sic libeat) illi
Iuuenalis in vi. satyra — sunt in quos illud Iuuenalis dici potest. Sic uolo: sic iubeo sit pro ratione uolūtas. At ubi iura seruantur: nihil esse po/
Gregorius — test uiolabile: nihil corruptū: nihil īmūdum: ut Gregorius inquit. Qui Martē sequūtur: eū sequi Martē debēt: cui sa/ cra fieri queant: qui non iniuria sit in concilio cōnumeran/ dus superum. A quo nihil inuenitur factum uiolenter: om
Vir. vi. æne. — nia innocenter: & illo (ut Virgilius docuit) præcepti fine: Parcere subiectis: & debellare superbos. Imo interdum eo
Dauid — de quo inquit Psalmista: Quis ascendet in mōtem sanctū tuū: aut quis stabit in tabernacula tua? Innocēs manibus &

mūdo corde: qui non accepit in uano animā suam: nec iurauit in dolo proximo suo. Homūculi quid in hoc orbe facimus: qui socios iugulamus: finitimos uiolamus: nec proprijs (quasi Pelopes) filijs parcimus! Vnde tantum creuit in nobis facinus! Non aliunde certe: q̄ ex auariciæ labe: ambitionis rota: inuidiæq; liuore: ut in te manifesto cognoscimus qui iā Phinaus effectus es: aut Tantalus: cui⁹ & deturparint Harpyiæ mensas: & neq; undæ potēt: nec poma saturent: præ nimia: qua detineris cupiditate: quique non fabulose: at uero dici possis in Ixiōis torqueri rota: Sisyphiq; assidue uehendo saxo cruciari. Quid enim tu non concupiscis æstuante ista tuæ mētis furiosissimæ fornace! Quos amicos (q̄uis simulatos omnis: nullos stabiles) non ambis: ut maior fias: ac potentior! Quibus satellitibus (q̄q̄ fidelibus nullis: sed ad tempus tibi obsecundantibus) non polliceris plurima: ut tibi morigeri sint ī om̄e scelus! Quotiens tu nocte intempesta furtis eos & latrocinijs exercuisti: quos uidisti tibi deditos! Quotiens multa uicinis eripuisti: sacros prædiorum ac finium lapides subtraxisti! In ipsis lectulis eos cæcidisti: a quibus rem tuam detegi posse credidisti! Proinde qui tecum in aliquo fuit nefario crimine: curat nihil aliud: q̄ ut abs te prope diffugiat: hinc alios quæris tibi fures: alios trāsfugas: alios p̄fidos: nec consideras: in eū esse fidē posse neminē: q fidē nulli seruat: cuiq; credere ualeat nemo. Resciūt inde nō multo post omnia: quæ clanculum te ducis commisisse: nullicq; nota. Qđ cum alias sæpe: tum hoc anno bis ad nos delatum est ab ijs: qui neq; mentiri sunt soliti: nec alia id mihi referarūt de causa: nisi quia noluerint tātā me semper incōmoditatem sequi: nec me quicq̄ ex ea re scire. Nā ubi quererer: & armenta mihi noctu surripi & in prædijs nocturnas factas esse depopulationes ac uastationes innumerabiles & in agris multa deesse: quæ quis subtraxisset: nesciremus: detexerunt ij latronē: probaruntq; non uulgaribus argumentis: quid in nos egeris: quid agere nixus sis. Scripsimus ad te sæpe:

Pelops

Phinaus

Tantalus

Ixion

Sisyphus

rogauimusq́ꝫ:ne nos malles hostes:q̄ amicos:contra inge/
nuam meā uiuendi ratione͂ esse:ut molesti cuiq̄ fieremus:
sed coactos id demū non esse nos neglecturos. Respondi/
sti tātū esse ab Lacedæmone Athenas: quātū Athenis La
cedæmoniā:neqꝫ curare te uerba:cum uiri ducis filius :nō
mulieris famulæ fueris. Tande͂ huc uentum est:ut Marte
nobis hæc tua iniuria ꝓpulsanda sit:quā Phœbo tueri me
nequeo. Tua tamen causa in bellū nos existimes cadere:
Vir.i.æne. memineriśqꝫ qđ Virgilius ait sanctissime: At sperate deos
memores fandi atqꝫ nefandi. Ad tertium Kalendas Marti/
as indico tibi exitiale bellum:quod ferro flammiśqꝫ defini/
atur. Vt enim & crudelissimus es: & sæuissimos habes cli/
entes:atqꝫ tuorum ministros scelerum:sic nos fore in te tu
osq́ꝫ imanissimos:expectato. Si qua in re mitiores nos ex/
hibebimus: id benignitati naturæ nostræ concedet᷑: quæ
interdum plus sibi seruiet:q̄ tibi sæuiet. Præterea coniugi
tuæ pudicissimæ: filijsq́ꝫ tui dissimillimis compatiemur: ut
homines sumus: & Terentiano instituto: nihil humani a
Terentius nobis putamus alienum. Transacto igitur eo die: quo edi
cimus tibi bellum hac epistola belli edictiua: nihil esse tibi
tuisq́ꝫ mecum atqꝫ cū meis cōmune ducas: præter prælian
di cupiditatem. Nunc habes & quid tibi cauendum sit: &
quid mihi cogitandum. Ex Mediolano undecimo Kalen/
das Maias.

Synonyma belli edictiua.

Tali die bellū indictū esse tibi:scito.
Post eum die͂ pax mecū tibi nulla futura est.
Fac ut existimes pᵓ eū die͂:ꝑpetuas tibi mecū inimicitias.
Implacabile trāsacto eo die exercebit᷑ inter nos odium.
Nihil post eū diem inter nostros:tuosq́ꝫ exercebitur beni/
uolentiæ.
Tuā ob causam talis dies initiū nobis constituet belli.
Prælia quæ tali die sumᵓ tecū inituri:cessabūt deinde nūq̄.
Ea dies principiū nobis erit præliandi:nullū habitura fine͂.
Fecere iiuriæ tuæ:ut nūq̄ pᵓeū die͂ bello cōstituā abstinere

Nemo me iam distrahet: ut pacto die illo: sim assidue tibi bellum illaturus.
Frustra laborabis: si lapso die illo censebis posse nos a prae liando diuertere.
Cupim⁹ diẽ talẽ aduẽtare: ut deinceps geram⁹ sp̄ bella tecũ.
Adeo me coegisti tuis iniurijs saeuire: ut eo die supato immortales simus futuri hostes.

Titulus. lij.

Pacis proclamatiua familiaris.

Posteaq̄ nõ mediocres nos ad bellũ prouocauerunt causae: subest iam ultima praeliandi ratio: ut in pace ocioq; uiuatur: ut apud Thucydidẽ legit᷑: & Cicero p̄pulchre complexus est. Nos iandudum iuste mouerũt ad cõmunes inimicitias rationes: quibus alteri alteris non cessimus. Credidere tui iã sibi fines nostros communes esse pascuisq; suis debitos. Nos secus sensimus. Res dirimenda bello fuit. P⁹ cruoris tantum effusum: Mars uiam inuenit ueri. Sublatae sunt discordiarum uiae. In pacatissimam & tranquillissimã uenimus mentem. Ager noster nobis relictus est. Vos iure cessistis. Iam est pax perpetua proclamãda. Sciant igit᷑ & nostri oĩs: & exteri: licere publice priuatimq; inter nos nostrosq; quicquid re℞ agi: & cõmerciorũ omnibus transigi: sublatasq; nobis bellorum leges praeconisque uoce nostras hasce proclamatiuas pacis litteras declarari. Ex Mediolano. x. Kalendas Maias.

Thucydides
Cicero

Pacis proclamatiua familiarissima.

Curate o nostrarũ urbium praesides: passuumq; custodes ubiq; publice proclamare praecones nostros: post diutina bella: inter nos Tauriscosq; transacta: iam pacẽ indelebilẽ esse firmatam: ut omnibus liceat quoquo modo res suas in utriusq; imperijs agere: tũ pedemõtanis apud insubres tum insubribus in pedemontio: tum exteris in utrisq; principatibus: omnes eñ cessarũt discordiarũ causae: cũ de iniurijs: quas querebamus nobis illatas esse: pacti simus: nec cuiusq̄ uel minimae rixae supersit causa. Laetandum autem

& publicam læticiam ambabus agendam partibus remur: quod tam cito beneq; sedatis periculis: quæ utrisq; imminebant: pacata sint omnia. Proclametur igit' hæc epistola: & publicæ seruiatur læticiæ. Ex Mediolano. ix. Kalendas Maias.

Pacis proclamatiua grauis.

Theophrastus

In omni humanæ uitæ actione: id præcipue quærendum docet Theophrastus: ut medicos bonos imitemur: qui si possunt præseruant ualitudinem bonã: curantq; prouidẽtes: ne quid accidat ægrotationis. Vbi uero uel naturæ malignitate: uel uiuẽdi corruptela in morbũ incidit': & diligẽter: & cito annituntur manibus pedibusq;: aut omnino: aut magna ex parte ægrotationẽ tollere: ac radicitus extirpare. Id cum in alijs plærisq; causis uideam ualere similitudinis: tum imprimis in præliando: pace armisq; uiuendo: ut

Hesiodus

docet Hesiodus inquiens: Si pace uiuere licet: bella non quærantur. Si bella temptanda imminent: q̃to ocius sedãda sint. Prælia sunt quibus ager sudat hominum cruore: Pax est: quã in terris: ad conseruandum genus humanũ: instituit dominus. Vt enim bello cædunt' homines: squallent urbes: sordescunt agri: sic pace nascuntur uiri: splẽdẽt ciuitates: læti sunt suis satis uberrimis coloni. Iandudum inter nos & Thauriscos: intercedentibus quorundam discordijs finium: bella sunt gesta: in quibus nec eis conduxit præliari: nec nobis quidem. Tandem huc uentum est: ut sedatis discordiarum uijs: in perpetuam conuenerimus pacem: atq; concordiam. Vt enim æquitas iubet: & admo

Cato

nuit olim Cato: nec nos omnia consecuti sumus: quæ poscebamus: nec ipsi: maluimus utriq; regredi finibus: q̃ progredi: ne quid ad publicum delendum odium deesset rati

Cicero.

onis: nec ut Marcũ Carbonem Cicero factitasse refert per inique: rem non nostram quæsiuimus usurpare: sed quisq; de ijs potius quæ ducebat ad se pertinere: partem dimisit q̃ si futurus in ea seruanda pertinax semper in bello uiue

Plato

ret. Hæc sumus a Platone admoniti: esse rerũ diuturnarũ

fundamenta:quibus in quiete ac ocio ut Horontes ait: ui/ Horontes
uendũ est. Vbi aũt in sentẽtia stare cõstituũt hostes: nunq̃
uiuit:dissipantur urbes: corruũt principatus: eneruantur
omnia: quibus est opus uitæ nostræ. At ubi mentes piæ si/
bi suisq́ indulgent: in id deuenit ingenij: ut omnia: sileant
quæ torpebãt: reficiant quæ calamitosa modo fuerant: ue
luti splendeant: reddanturq́ fœlicissima. Pax igitur est no/
bis cõstituta: & ea quidem mente: ut stabilis inuiolabilisq́
permaneat: nec ullo mutari quæat casu: nec ullis rerũ euen
tibus. Delegimus enim futuros arbitros: si qua unq̃ inter/
uenerit controuersia: uel contentio. Ad hæc autẽ & affini/
tate propinquiores facti sumus: ut quos fortasse diuisos san/
guine mentes acrius disiungebant: coniunctio proximita/
tis nunq̃ in diuersas traducat sentẽtias. Vos aũt o nostrarũ
urbium iudices: prætores: præsides: tribuniq́ publica præ/
conis uoce ubiq́ facite proclamari pacẽ hãc: ut licere om/
nes sibi sciant: in locis pacatissimis omnia sequi: quæ ante
bellum indictũ: aut agebant: aut agi procurabant. Amate
aũt ac honorate quos fuistis odijs olim hostes insectati: sic
enim nobis plurimũ gratificabimini. Ex Mediolano. viij.
Kalendas Maias.

Synonyma pacis proclamatiua.

Seruite publicæ inter nos initæ paci.
Proclament præcones nostri pacẽ publicam.
Vt a nobis est pax perpetuo duratura firmata: sic curate
ut omnibus innotescat.
Facite cũctis notã esse: quã cũ Tauriscis firmauimus pacẽ.
Plurimũ cupimus pacem hanc a nobis tam diligenter in/
stitutam omnibus palam esse.
Adhibete curã omnem: ut pax nobis Tauriscisq́ commu
nis ad exteras usq́ nationes fama pferat.
Nihil hoc tempore magis optamus: q̃ attentissime hanc pa/
cem proclamari.
Sit hæc epla pacis pclamatiua: quasi ore nostro sentẽtia.
Mittite præcones nostros: qui ubiq́ proclament hanc pa/

cis firmitatem.

Post diutinas discordiarum causas pacem nobis firmatã esse diuturnam: omnibus aperite.

Cũ sublatae sint offensiones: paxq inter nos stabilita: uos quoq hoc omnibus declarate.

Quod pacata sint inter nos omnia: desideramus omni studio cunctis populis reserari.

Sciant omnes ex uehemẽtissimis odijs inter nos summam beniuolentiam stabilitam.

Titulus. liij.

Foederis icti significatiua familiaris.

Vnde id sceleris sit ortũ admiramur: ut inter finitimas nõ nũq̃ urbes odia sint natiua quaedã: ut nihilo se plus amare possunt: q̃ si assiduae insurgerẽt laesiones: assiduae caedes. Habemus enim ante oculos Romanos cum poenis: cũ latinorum multis: cum quibus & fines communes forent: & interdũ cõsanguinitates: in quos inferebant iniurias: & semper bellis instabant crudelissimis. Hoc aũt cum natura nõ patiatur: consuetudo non ferat: propinquitates non tole-

Augustin⁹ rent: ut Aurelius inquit: sola procedunt animorũ uehemẽtia: qui superbissimi atq pacis impatiẽtissimi: aut alienae foelicitatis inuidissimi: atq multarum rerum auidissimi semp aliquid cupiunt. Nos tamen solutis hisce tenebrarum uinclis: significamus omni hominum generi: cum Tauriscis ictum nobis foedus indelebile. Ex Mediolano septimo kalẽdas Maias.

Foederis significatiua icti familiarissima.

Cum Tauriscis nobis ictum foedus omnibus significatum esse uolumus: hac epistola icti foederis significatiua. Quid enim dirius erat: q̃ cum finitimis nostris: cum quibus communibus assidue deuinciebamur affinitatum uinculis: semper gerere bellũ? At id aliq̃diu: uel nostra negligentia: uel ipsorũ incuria factum est: ut neq homines: nec deos ueriti nostris inseruiuerimus odijs: agros alternos depopulati: omneq discordiarum genus insecuti. Tandem in mentes

rediuimus bonasq̃: & publicũ nobis est fœdus ictum: diuinis auspicibus. Ex Mediolano. vi. Kalendas Maias.

Icti fœderis significatiua grauis.

Non fuit eius Themistoclis parua diligentia: qui ad fræna dos iracundos & perturbatos animos: iacere fœdus instituerit. Quod uel induciarũ uel ꝑpetuæ pacis genus tã uoluit apud nostros Mamerco ille prudentissim⁹ & bellandi peritissimus obseruari: q̃ quod diligentissime posset mentes instituere ad amicitiæ sempiternam uiã comparandã. Quid eñ homines ut soli sumus aut discordes: si pace nõ uiuimus: aut si cũ bellandi causæ intercidũt non esse ullum fidei munus: quo nobis credere possimus! At fœdus a fœda porca dictũ: quæ in medio decertantiũ posita: lapidib⁹ solebat fœdari ac cædi: uerba hæc malis in obseruãtes omnibus proclamabat: sic in eũ obruat̃ qui fœdus hoc infringet. Fœdifragi deinde cũ fidifragis cõparati publicis odiis uindictisq̃ digni oñi incõmodoꝝ afficiebant̃ genere: in quos possent libere ĩpuneq̃: Imo & ꝓpositis publicis præmijs tẽdere laqueos: atq̃ ultionis uiã oẽm. Q̃obrẽ in pœnos Romani fuere difficilioresq̃: qui fœderibus q̃dẽ int̃ Africã & Sardiniã ictis nõ seruatis: uisi fuerũt oĩ ꝑsecutione dignissimi: & quorũ deniq̃ urbs solo æquaretur. In Pyrrhũ fuere mitiores: ac in oĩs eos: quibus fœdera inuiolata ꝑmãsissent. Hoc tã præstanti munere cõcordiæ seruãdæ nunc cõuenimus nos & Taurisci: cũ quibus fuerãt aliquot ãnos publica bella. Ne pluribus tãdẽ molestijs & nostros & eorũ clientesq̃ cruciaremur: pridie Kalendas decẽbrisq̃ iecimus apud Verellũ fœdus his uerbis: una eadẽq̃ oĩm uoce confirmatũ: Siquis in hoc inter Insubres atq̃ pedemontanos audebit unq̃ uel recto uel indirecto quidẽ argumento q̃cq̃ anhelare: in eum & astra cõiurẽt: & oẽs Italiæ populi: & licite illius rem ac uitã possit uel externus quilibet sibi quærere: iureq̃ uẽdicare. Significamus igit̃ singulis hæc Christianorum populis: ut siquando quicq̃ huic fœderis obseruantiæ minuet̃: in minuentẽ omnes insurgant: arma capi-

Themisto cles

Mamerco

Fœdus Ser. vij. æne.

Carthaginẽses

Pyrrhus

ant:eum deleant. Quid enim iniquius aut perniciosius: q̃ simulatione dissimulationeq; proposita: id non obseruare: qđ ictũ est fœdere? Vt eñ qui fidũt illis auspicijs: puri sunt atq; dei manibus educati: sic & deũ ipsum ultorẽ habent: si

Hagesilaus fallunt. Quobrem Hagesilaus cõsultus de fœdifrago: quid esset demeritus cũ captus foret: respondisse fert: oĩe crucis genus: cũ id existimaret omniũ scelerũ impietissimum: & ei amplius adhiberi fides nequiret: qui fœdus uiolasset. Fœderis igit sit significati obseruãtia sincera & ĩmutabilis quæ apud omnis semp fuit sanctissima: ut si qua fides inter eos reperit: qui fuerint hostes: hæc sit maxĩa & certissima quæ & hoĩes & deos aduocat testes: & hominũ pariter & deorũ custodiã uocat: quã sumus nos quidẽ perpetuã immutabilẽq; seruaturi. Ex Mľo. vi. Kalẽdas Maias.

Synonyma icti fœderis significatiua.

Iecimus cũ Tauriscis fœdus.

Vir. vij. æne. Posita est nobis in mediũ & cæsa fœdere porca.

Inuiolabile nobis firmatũ est fœdus.

Nihil minus sumus unq̃ hoc fœdere uiolaturi.

Sit hæc epistola icti inter nos fœderis significatiua.

Cupimus inter nos ictum fœdus cunctis aperiri.

Vt omnes sciant ictũ hoc inter nos fœdus: facite.

Firmauim⁹ perpetuã pacẽ publico inter nos icto fœdere.

Erimus (ut opinor) in fœdere: quod iecimus tenendo immortales.

In obseruãdo fœdere (qđ iecim⁹) æternos fore nos spero.

Qui censent nos ocius a fœdere quod iecimus defuturos fallentur uehementius.

Nihil est qđ magis appetã: q̃ omnibus significari nobis hoc initium fuisse fœdus.

In oẽs hoc ictũ inter nos fœdus facite gẽtes significari.

Estote in significãdo hoc inter nos icto fœdere cunctis populis diligentissimi.

Titulus. liiij.

Triumphi expositiua familiaris.

In nulla lætitia gestiendum inquit Fabius. Itaq; nolim gestire forte uideri cuiq; in hoc nouo mei triumphi festo: ne aut a ueterum institutis censear discordare: aut eorum lætari calamitate: qui sunt in prædam uersi. At ut humanissimum illud est: ita quidem inhumanum gloriæ non esse participem illum: qui longa difficultate: summisq; laboribus triumphauit. Vt enim quisq; fert patienter plurima: ita patientiam non nescit eam esse rerum durissimarum tolerantiam: cui sperat uoluptatem optatorum successuram. Itaq; cum expugnauerimus Tauriscos: nec sine nostrorum hominum cæde non uulgari: tandem uictores: urbe Taurino capta: principibus urbis uinctis: populo seruato triumphantes huc rediuimus. Ex Mediolano. v. Kalendas Maias. Quintilianus

Triumphi expositiua familiarissima.

Cum triumpho demum ex Tauriscis rediuimus quos non paruis laboribus: sine summaq; difficultate superauimus. Sunt uiri non bellaces multum: at pertinaces nimium: qui uel imbelles ac imperitissimi militandi: cum capiebantur: cædi mallent: quam cædere. Superauimus eos in prælio sæpe. Vrbes aliquot cœpimus: nec a militum furore potuimus uiolentiam cohibere: ne in prædam uerterentur. Hortati sæpe sumus: ut cederent. Superstites fiebant assidue ferociores. Deniq; uniuersis urbibus domitis: ex singulis nobiscum ducimus primates aliquot secutos triumphum. Ex Mediolano. iiij. Kalendas Maias.

Triumphi expositiua grauis.

Quam bene & sancte instituit Ninus assyriorum ille rex fortissimus Semiramidis uir: ut post uictoriam triumpharetur. Is enim quæ uera uictoria foret: est primus expertus omnium: qui finitimos expugnauit: regnandi cupiditate ductus: superauit duxitq; captiuos. Sed eam certe dixit Herodotus uictoriam esse debere: ex qua triumphari possit: in qua & milites uicti sint & imperator: aut rex bello captus: & urbes superatæ: ut captiui possint triumphantem sequi: & ex domitis signa referantur & prædæ. Sic Scipiones legimus triumphasse: sic Marcellum: sic Fabium: Ninus Herodotus Qui triumpharunt publice romæ

sic Nariũ. Munus est aũt hoc gloriæ nõ mediocris: ut qui tot discriminibus in prælíando uitam subdidit: tot laboribus: ac angustijs die noctuq; consulendo: regendo: ducendo: subactus est: multifariãq; conquassatus: is tantos post labores hanc laudẽ: hæc clarissima laudis signa consecut?: & ipse fiat in tales euẽtus promptior & cæteros alliciat paratissimos. Spes eñ uictoriæ militem bonũ facit: ut inquit Homerus. At spes triumphi præstare cogit imperatorem quæ in se sunt omnia summa. Recte apud græcos Apollinis Phythij iussu statuæ triũphantibus aureæ cõstituebantur quæ in eius sitæ tẽplo declarabant: eos quorum exprimebant nomina: debere plurimũ apud omnes græcos honorari. Inde aũt apud Romanos antiquissima fuit statuarũ ad arcus triũphales (qui sic a triũphãtiũ statuis dictæ sunt) collocandarũ gloria unde cognosci posset: q clari? militiæ suæ munus edictó publico retulisset. Quobrẽ Iuuenalis satyrus: cũ doleret in id calamitatis puentũ esse: ut in illas statuas eorum conuenirent effigies: quibus nulla fuerat gloria militaris: in Crispinum inquit. Inter quas ausus habere nescio quis titulos ægyptius aut arabarches: cui? ad effigiem non tantum meiere fas est. Quid eñ fœdius: q̃ quibus debent (ut dicit Vegetius) diuina munera: in eorũ cœtum cõferre malos: aut ĩmeritos! At ut ad me tandem ueniã: & uobis o proceres mei exprimam rem haud iniucũdã: & si nequiui esse in patria cũ gloria: sum tñ apud exteros cum dignitate: quod uobis uniuersæque nostræ patriæ non debet: nõ lætũ esse. Nunc ubi gessissem in Tauriscos bellũ: & annos circiter duos aliquot eorũ urbibus obsidendis uersatus forẽ: tandẽ omnia superaui: & quod pauci admodũ siue solẽt: siue possunt: frænari me in uictoria supra modũ ac meorũ coercui mẽtes militum. Qui eñ qm̃ iandudum nõ hi seruassent: defatigatiq; mirũ cũ suis famulis armigerisq; fuissent: amissa iam maxima & equorũ: & sarcinarum parte: uehementius irati ac infensi seruabãt insectabantq; Tauriscos: erat difficile prohibere illis in uictoria prædam.

Homerus

Apollo phythius

Iuuenalis in Crispinũ

Vegeti? de re militari

Sed probibui:uetuiq; ne quid uiolentiæ uel in fœminas sit illatum:uel in domos. Præter eos:qui primo impetu dimicãtes cæsi sunt:nulli deinceps uel cæsi sunt:uel minima qui dẽ iniuria lacessiti. Qui qđ ex illis ad me sunt adducti nonnulli:qui multis in me cõuitijs abusi fuerant prius q̃ uincerẽ. Arbitrabant & cæteri oẽs:& illi se nibil: nisi frustra me ꝓ uita sua precaturos. Cœperũt apud me flere ueniãq; ꝓcari:calamitatẽ suã exprimere:misericordiã iplorare. Non modo peperci singulis:sed nequiui nõ collacbrymare:bumanã cõsiderans conditionẽ:ut qui pauloante tã acres & in loquẽdo erãt:& in agẽdo:nũc tã demissa & uoce & mẽte supplicarent:nequiuiq; non laudare maximopere cæsarẽ cũ in omni uita:tũ ubi fleuit Pompeij uiso capite obtrũcato:nec illis assentior:qui rẽ simulasse dicant sed bumanã uiuẽdi gerendarũq; rerũ legẽ ac sortẽ animaduertisse duco:quos in maximis triũpbis maxime interdũ erumnæ sequerent & opprimerent. Sic cogitans plurimos libertate: oẽs donaui uita:multis etiã rem oẽm quæ in militũ deuenerat manũ:reddi iussi:tantundẽ aliunde illis decernens: ne me uiolentẽ esse diceret. Demũ pacatis omnib⁹: ꝓuinciæq; custodibus deputatis:cõstitutaq; ueteranorũ diuersis in urbibus deuictis turba:dies triumpbo dictus est quo me reciperet rex ille:cui⁹ sum in id belli decretus impator. Renui triumpbo:quantũ potui:ne aut gloriæ uiderer cupidus:aut si eũ malebat rex ipse:ducerer ei⁹ opinioni uelle refragari. Nisi rex clarissimus suos oratores:a qbus nõ sec⁹ bonorarer:ac ipse foret si adesset. Designatus est locus unde in urbẽ ueberer quadrigis equis albis:candida reda:cãdido indutus uestimento serico: & corona laurea insignitus:cuius quidẽ præcederẽt illi redã quos magno loco natos uel donassem:uel donare libertati cõstituissem: sequerent aut illi uincti:quos essem captiuos babiturus. In urbis ingressu carmẽ rerũ a me gestarũ cecinit Pandiocles poeta principis:qui iure ac merito posset cũ ueteribus cõueni re:nec cuiq̃ post Maronem atque Nasonem cedere. Tam

Cæsar Iulius

Triumpbi apparatus

Pandiocles

fuit eñ & cultum:& elaboratum industria illius poema in meas profusius laudes:ut nequiuerim:non admirari: diebus nostris tãtum poeta uideri posse. Nõ multo post orator regius in platæa orationẽ mihi procedẽti recitauit:qua & nomine regio:& totius prouinciæ illius dicebantur instituæ gratiæ:qui tantã uictoriã illis cõparassem. Mox in sacrum deueni: publicæq; sunt ibi festiuæq; supplicationes pro me factæ:inde domũ meam reuect⁹ cum omniũ plausu dimissus sum. Nolui hæc uos ciues meos ignorare:quorum opus sum: cum mea gloria uestra sit. Ex Mediolano iiij. Kalendas Maias.

Synonyma triumphi expositiua.

Marcus est triumphũ assecutus.

Post egregiam uictoriæ laudem triumphauit.

Hoc sibi deerat laudis:ut triumpho potiret quo nunc est insignitus.

Magna fuit eius in triumphando gloria.

Cum omnia inuictissime hic gesserit:triumpho demum dignus est effectus.

Nec uictoria huic defuit singularis: nec triumphus uictoria dignus.

Triumpho iam illustratus quid maius atq; nobilius in uita quærat?

Quod præmium summis laboribus uix sunt pauci cõsecuti:triumphum hic tandẽ assecutus est.

Potest hic demum inter triumphales describi cum iam triumpharit.

Eam est triumphi gloriã sua uirtute nactus: ut cupere debeat nihil maius.

Triumphauit hic:quod ei non fortuna: sed ĩnumerabiles sui labores præstiterunt.

Tanto hic semper & ingenij fuit acumine: & militaris peritiæ studio:ut nunc deniq; triumpharit.

Gaudendum est suæ patriæ:quod tam digne Marcus triumphauit.

Titulus.lv.

Inbibitiua familiaris.

Officiũ nostrum hoc a tuo differre: ut ego prouinciæ præ/ses: tu prætor urbanus sis: ego tibi possim inbibere: si quid inique uideam uel agere: uel attemptare. Tu cogaris obedire. Id eñ iuris Labeonẽ instituisse describũt: ne minori/bus ad inique iudicandũ magistratibus pateret adit⁹. Nõ/nunq̃ corruptelis id fieret. Aliq̃n amicorũ precibus. Nunc aũt eorũ imperitia: qui iudicãt. Nolunt eñ semp iniqui eẽ: sed errore inducunt: ut peccent. Tulisti tu quidem in Læ/lium sententiã interlocutus te iudicẽ eius esse: cõpetereq; tibi aduersus eũ iudicare. Is autẽ: qui sibi scit imũnitatem a principe factam: ut eius oĩs cã imediate ad prouinciæ præ/sidẽ deueniret: isq; solus iudex hui⁹ competens diceretur: appellauit scripto: nosq; adijt: cum abs te impetrare non posset: postulans ut inbiberemus: quod & inbibemus: ut post appositam appellationẽ sub gratia nostra nil inoues. Ex Mediolano pridie Kalendas Maias. Labeo

Inbibitiua familiarissima.

Cum tete ingeras in ijs rebus: quæ ad te minime ptinent: Inbibemus omnino tibi: ne posthac rem nostrã ullam istic geras: quã si geres: tuo periculo: nostro uero cõmodo ac lucro gestam intelliges. Quid tam es audax ac temerari⁹: ut cum intelligas: nolle nos tuã administrationẽ in causis nostris ac rebus interuenire: non desistas! Vniuersis autẽ prædiorum nostrorum uillicis inbibemus: ne quid tibi ob/temperent: si nolint id omne in eos conuerti malignitatis: qui tibi obtemperauerint. Scimus eñ: q̃ uersutus sis: q̃que multa summo nostro gesseris detrimẽto. Rem habes: Ab/stine. Ex Nediolano Kalendis Maijs.

Inbibitiua grauis.

Nisi Virgilianũ illud in multos suaꝝ rerũ dominos conue/niret: Qui premere & laxas sciret dare iussus habenas: pes/sime fierent a plurimis plurima: nec possent deinceps re/parari. Mittunt a regib⁹ legati: qui præuaricatione corru/ Vir.i.æne.

ptelisq̄ pellecti: cōmittūt in dominos scelera. Decernunt a ciuibus procuratores: qui sentiunt interdū cum aduersa/ rijs. Præficiuntur multis causis multi: qui errant peccantq̄ uehementius: a quibus omnis abest innocētia: omnis gra/
Solon uitas: omnis fides. Eos castigari iussit Solon de re male tra ctata: sed interim ne deterius gererent: inhiberi: ne quid ul terius conficerēt. Hinc apud Athenienses & Romanos nō/
Quippe male administratione reipublicæ dānati sunt. nulli sunt malæ administratæ reipublicæ damnati: ut Alci/ biades: Cyrillus: Diocles: Cicero: Scipio: Furius: & nihil/ ominus inhibita ijs imperia: inhibiti magistratus. Id ut ali/ as: ita nūc apud nostros obseruat̄: edicto publico: ne quid audeat quisq̄ exercere officij: in quo cōtaminatus esse sus/
Paulus iurisconsultus pectus sit. Q̄obrem & Paulus iurisconsultus inhibitorias instituit litteras: quibus ulterius progredi nōnullis inhibe/ ret̄: qui male alioꝝ & inique causas agerent. Nec id quidē iniuria. Nā si locus eiusmodi reparationi nō foret: facillime
Lactātius longiores magistratus multa peccarēt. Nam ut ait Lactan tius: proposita non unq̄ impunitate: qui & magni essent: & neminē uererent̄: multa cōmitterent. Q̄obrem illud reci
Scipio Nascica tatur Nascicæ Scipiōis: qui deleta Carthagine: superataq̄ græcia: nūc inquit nobis uehementer esse metuendum ar bitror: ne fiamus insolentes: cum neq̄ quos timeamus ha/
Theophrastus bemus: nec quos erubescamus. Quid aūt & malos: ut The ophrasto placuit: magis arcet a peccando: & bonos: ut at/ tentius bene uiuant: cogit: q̄ cū intelligant: paratos esse cē sores: a quibus plecti queant! Cum igit̄ hisce dieb⁹ tu præ/ tor urbane sententiā interlocutus sis: qua quidē Læliū esse torquendū censueris: quoniā accusatus eēt parricidij: nec eum reclamantē audiueris: appellantemq̄ nō admiseris:
Gregoriani apostoli dicens: apostolos illi te Gregorianos daturum: nec modo Gregorianos dederis: in soleas eum conijciens atq̄ cōpe/
Neroniani apostoli des: sed etiam Neronianos: qui eum acerbissimo cruciatu quæstionaris: sumus admirati tuam hanc temeritatem: ut neque nos sis ueritus: nec ius ipsum. Sciebas autem esse nobis tui castigandi facultatem. Q̄ si posse te id efficere:

cogitabas:cũ id obseruare interdum liceat: ne appellatio/nis officio:iuris tollatur executio: succedebat quod anim/aduerteres:illud Terentij: summũ ius: summa iniuria est. Tandem ne deinceps hunc dilaceres: si dilacerandus nõ est:aut ubi plectendus sit:ne nos paruifacias:quibus mini/me deferas inhibitiuis hisce litteris tibi præcipimus:ne qd posthac appellatione pendẽte innoues in Lælium: ni ma/lis indignationẽ experiri nostram: quinimo ad nos conti/nuo cũ Lælio mittas omnis ea in causa processus: cum ijs quæ ab illis pendent:& emergũt:& etiam ijs cõnexa sunt: ut quid rite iudicaturi simus:q̃que tu recte iudicaris:intel/ligamus. Rursus in eos soles imperium exercere:qui maie statem lædunt:cum iampridem cõmiserimus tibi:ne quid eiusmodi iudices:quod crimen ad maius auditorium atq; tribunal pertinet. Verum & remanerẽt impunita delicta: lædentem maiestatem in seditione publica: uel cruẽto fa/cinore:aut qui læsisse accusaretur:abs te captus ad nos re/mitteretur uigilum diligẽtissime custoditus manu. Tu ue/ro captiuos eiuscemodi criminosos aut continuo cædis: aut absoluis:aut clanculum ea tractas: ut a nobis cognosci non possint:nulla (ut cẽsendum est) alia de causa: nisi ut cõ cutias & corruptelis delinitus demolitusque potius tuo lu cro:q̃ publicæ consulas dignitati. Quobrem hoc tibi quoq; inhibemus:ne quomodolibet læsam cognoscas maiestã/tem:aut publicam seditionem:aut cruentã factionem: aut conuenticulas:aut rapinam & manipolium:ne & magistra tu priueris:& omni re tua. Ex Mediolano .vi. Monas Ma/ias.

Terentius

Crimẽ læsæ maiestatis

Synonyma Inhibitiua.

Fac ne hanc te in causam deinceps intromittas.
Ab hoc iudicio posthac omnino cessa.
Inhibeo tibi omnem hanc causam.
Nihil ausis deinde in Lælium attemptare.
Nolumus licere tibi posthac quicq̃ in eum.
Auferimus hac inhibitione tibi oẽm in eum facultatem.

Inhibita sit tuo magistratui deinde oīs opera in eā rem.
Abs te surrepta sit oīs hac in causa uis maiestatis.
Nullū deinceps sit tibi in Læliū robur.
Vires officio tuo hac inhibitione cædimus.
Volumus uacare te penit⁹ huius causæ cura.
Sustulimus tuo tribunali causam hanc omnem.
Est tibi nihil agendum inhibentibus nobis in Lælium.
Alijs adhibe curā:hanc inhibemus tibi.
Nolumus sis posthac in Læliū curiosus.
Causa omnis Lælij nostro iussu tibi est abrepta.
Lælius in tuis non erit deinceps manibus.
Non molestus sis ampli⁹ Lælio:cui⁹ cām nobis reseruam⁹.
Inhibem⁹ hac epistola omnino tibi:ne quid audeas in Lælium animaduertere.

Titulus.lvi.

Legis enunciatiua familiaris.

Mercurius Trimegist⁹

Frustra leges a principibus dicerent̄ (ut Mercuri⁹ instituit Trimegistus) nisi suis enunciarent̄ & pplis & iudicibus: ut quid obseruandū esset: aut a quibus abstinendum intelligi posset. Nam Atheniēses nōnunq̄ Ephoros lacedæmoniorum irridebant: qui leges dicerent suis: easque in archiuum cōferendas dicerent: quasi cūctis innotescerent: quæ in archiuum conferrent̄. Ego uero secus cēseo faciēdum seruandūq; potius Romanorū edictum: ut nulla lege posset homo plecti: quæ nō esset enunciata. Statuimus igitur hoc tempore legem: ut nullus frumentū ex nostro regno in aliud trāsferat: ni malit nos indignatos sua experiri pœna. Id enim iccirco indiximus pœnæ: ut abstinerent: qui solebant in summa regionis nostræ caritudine maiorem inopiam facere. Sunt enim aliquot: qui abundant annona: cunq; preciū eius intelligāt hac tempestate summum: non animaduertunt: quid in patriam detrimenti cōferant: ubi alio misso grano: necessitas suos urgeat. At nos eos uel tenere sua iubemus: uel nostris uenundare: a quibus si non idē traditur precij: non iniqua ferāt mente auarissimi om-

mium:& suorum conciuiū ac proximorū inimici:ac in supe ros ingratissimi:a quibus cum acceperint beneficium in le gendis pluribus:q̄ cæteri soleāt:abutūtur munere:indigni quidem quibus munera dimittantur. Lex igitur hac epl'a enunciatur uobis singulis subditis nostris ac terrarum no/ strarum incolis:accolis atq; aduenis:ne quid posthac teme re præsumatis frumenti: uel exportare: uel exportādum alio uenūdare sub nostræ indignationis pœna. Ferremus enim tam grauiter ut grauius nihil esse quiret. Ex Medio/ lano Nonas Maias.

Legis enunciatiua familiarissima.

Enunciamus hac epistola publica uobis legē:quam ædidi/ mus:indictāq; uolumus nostris oībus: ut nemo sese in gal/ liam:aut mercādi causa cōferat:aut q̄uis occasione inuen/ ta:uel causa:ne incurrat & rei:quā secum deferat perditio nem:& quadrupli solutionē. Nec qui nō obediuerit quicq̄ expectet a nobis gratiæ. Quid em̄ ineptius est in principe q̄ si eorū misereat̃ a quibus cōtemnit̃? Causas aūt huius le/ gis:& multas & eq̄ssimas fuisse:oēs existiment. Nihil sole/ mus ꝓperā meditari:præsertim in gallos:cū quibus sumus nedū antiqua familiaritate coniunctissimi: uerūetiā affini/ tate deuincti. Sed ita nūc opus est facto:ut aliq̄n nos omni/ no nō negligāt:& arbitrent̃ posse nostros sine illoꝝ uiue/ re nundinis:ex quibus oēm totius orbis thesaurum ꝓdire iactant. Occurrūt & alia:quæ nesciūt: quibus satis est obe/ dire. Ex Mediolano. iiij. Nonas Maias.

Legis enunciatiua grauis.

Nō iniuria Cecrops Athenaꝝ instaurator instituit: quod a Solone nō modo mutatū non est:at potius confirmatū: ut singulis urbibus: atq; principibus fas esset: sibi suisq; le/ gem dicere. Itaq; id in cunctos licere populos lege publica sancitum a Iustiniano legimus: & a Theodosio cōprobatū & prius inuentū. Nā ut urbes quæq; ac principes alias ha/ bent nationes:atq; causas: sic eis leges subministrant. Itaq; in ægypto siluas cædi nefas est. In Liburnis ac Epyro :ubi

Cecrops
Solon
Iustinianus
Theodosi⁹

robora Ioui sacrata esse dicunt᷑:sed publica:nõ cædi siluas: est nefas. Græcas mulieres ad circũ saltare:non dedecuit: at latinas saltare:dedecet. Regibus ob raritatẽ quondam dabat᷑ purpura: nec multo ante imperatoribus Thraciæ: nũc omnes ea indui possunt. Alicui uineta sunt rarissima: ibi pœna mulctantur:qui in uineas prodeunt. At in Creta: Naxo:Chio:Champania. Liguria sunt fertilissima & pluri-ma hæc:neq; exigit᷑:nec indicitur pœna. Recte igit᷑ uoluit

Scæuola — legis ferendæ ministrum Scæuola:diligentius considera-re: abrogaret ne lex: aut derogaret: rursusq; inhiberet:an licentiã daret:atq; iterum permitteret ne aut uetaret:& id omne:aut aliud ad tempus: an sp cũ hisce uijs pararentur legum ferendaꝝ rationes:aliudq; ex alio iustũ ac honestũ

Muti⁹ Scæuola — nasceret᷑. Nã Mutius legẽ statuit:ut uinũ mulier siqua bi-beret:uestalis esse sacerdos nõ posset:turpiterq; nobili nu beret. Id in hunc usq; diẽ legis uim habet:ut Romanæ mu lieri uino uti turpe sit. Semp igitur obseruandũ institutum

Virgineus — est:qm̃ conducebat pudicitiæ: atq; modestiæ. Virgineus decreuit:ne mulier in templũ iret nuda caput:nisi tegeret᷑ undiq;:ne cui uisa placeret. Id hodie non obseruat᷑:uel pe-ioribus fortasse tẽporibus:uel moribus hæc nõ admitten-tibus. Leges ergo seruiunt & causis:& temporibus:& sunt ferendæ non sine causa:sed non nunq̃ ignota pluribus cã. Vanũ em̃ esset:uocare uel minimos quosq;: ubi lex feren-da foret:qui aut causas audirent:aut assentirẽt. Vt em̃ uul-gus est ineptũ:ita in cõtrarias sæpenumero sententias tra-heret᷑. Vbi uero multitudo foret dominantiũ:in illud inci-

Lycurgus — deret᷑ Lycurgi:cũ declarauit:q̃re plures dños lacedæmo-nijs non decreuisset. Nunc aũt & nos tulimus duas leges: quas exposuimus populis:ut obseruent: Aliam decimari-am (ut uectigal decimarum quod nostris maioribus fiandu dum tradi cõsueuerat: nescimus qua incuria uel ægestate temporũ desuetum) in usum redeat. Aliã salis: ut idẽ in sa-le uectigal expendat᷑:qđ iã annũ cẽtesimũ circiter solebat. Si quis enim admiretur: reuocare nos hasce tã obsoletas

leges:& populo odiosas:aut tacitus conquiescat: etiam ra/tione non audita:aut hũanitate nostra funct⁹ hanc habeat rationem: p id tpis has fuisse uectigalium abrogatas leges quo necessitas urgebat:& metus.Nã in uehemẽtissima primum pestilentiæ ui:annũ centesimũ circiter exactum: tanta fuit turbæ paucitas:ut salis tradendi conditionem opus fuerit incidere: ac expectare: ut populi crescerent: qb⁹ sal traderet:nõ quia nõ essent superstitibus illis opes: quibus uectigal ad se pertinens traderent:sed quia nos in condu/cenda tanta paruitate: salis amitterem⁹ potius ex precio: q̃ lucraremur.Nunc aũt in pristinam redeuntes conditio/nem:salis a nobis nostrisq; uectigalibus emendi & precium & pœnam illam indicimus:& legem eãdem:quæ in Archiuo est inuenta nostro:reuocatam in usum: annunciemus. Decimarũ autem legem p id temporis obseruari desijsse scimus:quo finitimi nobis bellum cõminati multos ex no/stris habuere consentaneos.Q̃obrẽ & nos inualidi ac mi/nores natu:& metuentes:ne quid seditionis obesset:tole/rauimus quæ ppli uoluerunt:q̃q̃ inique in nostros reditus pristinãq; seruitutẽ:uiolenterq; constituta.Nunc aũt reuocamus eam legẽ in usum ueterem: enũciamusq; oĩbus re/uocatã :hortamurq; ne qs obseruator nos irritet: cogatq; reuidere q̃tũ simus hacten⁹ passi detrimẽti:uobis quod debebatis:nõ soluentibus.Leges ergo:q̃s reuocatas innouatasq; uobis enũciamus:obseruate: ne pœnã grauissimã in/curratis.Ex Mediolano.iij.Nonas Maias.

Synonyma legis enũciatiua.

Legem hanc a nobis latam esse:uobis enunciamus.
Abrogasse nos hanc legem significamus.
Scitote nos ei legi derogasse.
Non est amplius ea lege(nostro iussu)abutendum.
Reddimus uos ea de lege certiores.
Ne uos lateat:hanc nos legem edicere.
Constituimus eam seruari legem.
Cupimus a uobis intelligi:eã nos legem decreuisse.

Quæ lex fuit hactenus obsoleta de decimis:in usum reuocata nunc est.
Legem salis olim iacentem nūc e somno surrexisse: uobis enunciamus.
Ne abutimini posthac ea lege.
Rediījt ea lex in uim pristinam.
Facio uos cōmonitos:meo iussu locum esse legi Agrariæ.
Reddidimus legi Iuliæ suas uires.
In suū antiquissimū robur illud reuocauim⁹ legē Corneliā.
Nō est dubitādū de sicarijs:quia lex est a nobis ī eos facta.
Quid noua nostra lege decreuerim⁹:uobis enūciamus.

Titulus.lvij.

Læticiæ nouæ nūcia familiaris.

Quam mihi uita hoc tempore iucunda sit:hæc ep̄la nouæ
Plutarchus læticiæ nuncia tibi significabit. Sum em̄ illo Plutarchi ductus ad scribendū hoc quoq;: cum ait uoluptatē amicis significatam amicorū perinde:ac propriā esse. Quo enim a me differs alio:q̄ corpore! Animo sum⁹ ambo quidē uno. Itaq; quod mihi lætum est:lætū esse tibi pariter:non dubito. Non uidet̄ igit̄ alienū a ratione:si te participē facio rei tuæ. Sum autē in hac urbe plurimū honoratus:a principe maximopere: qui non solū præsum monasterio: qd̄ & ingenij acrimonia:& incōcussa mente: & summa prudentia opus est gubernare:sed in multis exerceor maximisq; rebus in cōnubijs transigendis:discordijs plurimorū sedandis:amicorum animis recōciliandis: componendisq; causis interdū difficillimis: quibus & si uiro longe præstantiore foret necesse:suppedito tamē tantum industriæ: ut nequeam non gloriā reportare plusq̄ optatam. Id ego tamē diuinæ tribuo benignitati: quæ multo largit̄ seruis plura: q̄ sint promeriti:eo magis eos ad uirtutes:pietatem:æquitatem:caritatemq; inuitans. Ad hæc aūt sum ad finitimas perplures inuitatus prædicationes: nō qui merear esse tā attente uocatus:quasi aut sanctus sim moribus ac uita: aut ingenio doctrinaq; maximus ac disertissimus: sed eadem:

ut opinor diuina largitione: quæ ut plura in me cõfert: eo me uocat in grandiorẽ sui numinis curam. Hæc sũmatim habes: intelligisq; q̃ lætus sim: & q̃ te (q me amas) oporteat lætũ esse. Ex Mediolano pridie Nonas Maias.

Læticiæ nouæ nuncia familiarissima.

Tam sum hoc tempore lætus mi frater: ut plane gestiam. Rediit em̃ ex syria pater meus ditissimus. Possumq; post/ hac nõ angi: ut solebam futurã uitæ cõditionẽ meditatus. Nam ut nõ te latet: quibus nõ est in hoc orbe summũ æs: ii mussitant: diuites læti sunt. Dices in uirtute diuitias sitas eẽ. Nec id quidẽ inficior: Sed ut Iuuenalis inquit: haud fa/ cile emergunt: quorũ uirtutibus obstat res angusta domi. Crede mihi (qđ apud Nasonẽ legit̃) miseros prudẽtia pri ma relinquit: & sensus cum re: consiliũq; uenit. Læticiæ no uæ sit igitur hæc epistola sed familiarissima nũcia: cui⁹ & te participẽ esse uelim: quẽ amare adeo me scio: ut oĩa mea sint tibi cõmunissima. Ex Mediolano Nonis Maiis.

Iuuenalis in umbricio
Ouidius de ponto.

Læticiæ nouæ nũcia Grauis.

Qui primi omniũ læticias hominũ mentibus instituerunt: eos (ut Hesiodus docet) superos fuisse censeo. Nã mœro/ rem certe: lachrymas: labores: languorẽ. & reliquas animi pturbationes recte poetæ noctis & Erebi filias declararũt: Eumenidasq; ultrices ab inferis ꝑdire: quæ nõ sinant iniu/ cũdos cõquiescere: at delectationes a cœlitibus traditas: & Charites a diis ꝑcreatas nõ iniuria descripsere. Nã quæ mens inquieta uel pturbata quicq̃ põt uel recte iudicare: uel nõ potius errore ad iudicandũ induci? Vt em̃ Aristote le teste: temeritas obest cõsilio: sic rationi pturbatio. Quo fit: ut neq; afflictus possit nõ temere iudicare: nec nõ ptur/ bare. At deus optimus cũ mercedẽ uoluit rite sibi obtem/ perantibus polliceri: Gaudete inquit: & exultate: qm̃ mer/ ces uestra copiosa est in cœlo. Gaudẽt & lætent̃ angeli assi stentes superis. Affligunt̃ & torquent̃ dæmones mali: dã/ nati apud inferos. Læticia quæ nos acceperit noua: est ti/ bi nũciãda: ut cognoscas: q̃ me deus foueat. Vbi legebam

Hesiodus
Eumenides
Charites
Aristoteles
Christus

inter nostros quotidiana illa philosophica & theologica: quæ nostra esse nō nescis: uenit qdā furiosior poti⁹ q̄ sapiētior: sed neq; rudis: neq; nō disertus: qui uoluit me temptare: rogauitq; quid existimarē eē angelū? Bonū respōdi nūciū. At ipe male inquit accipis: Nam si angelus bonum per se nūciū significaret: frustra dicti sunt Euāgelistæ boni nūciatores: aut Euangeliū bona nūciatio: cum Eu: apud græcos idē sit: qđ apud nos bene: unde & Eucaristia bona gratia. Huic ego. Dic mihi bone uir: q̄uis id etiā proprietas uocabuli nō sonet: posset sonare uocabulū re ipsa? Negāte illo. Sic ego: Inuentus dū Saluator in medio doctoꝝ in templo rn̄dens & interrogans illos: Ad doctores oēs intelligimus qui docēt: quo qdē uocabulo & ij dici possunt: q præsunt litterarijs laudis. Vnde id potius cēsendū est esse de theologis doctoribus: q̄ de reliquis dictum? Propterea inquit: ꝙ dei filius nō nisi de diuinis censendus est solitus cōmentari. At & homo Christus erat: & inter homines uersabatᷣ: & tūc admodū erat puer: cur nō sic de humanis: ut de diuinis? Q̄m quod erat in templo: cū doctoribus: id significat: cū alio loco dixerit: Domus mea domus orationis est. Huc ego te demū pexuexi: quo uolebā: ut faterere uocabulū illud uniuersale ad oēs doctores: ad eos hic restringi solos: qui de diuinis rogabāt: atq; respōdebāt: præcipue cū Iesus ad matrē dixerit: Nescitis in ijs eē me oportere: quæ patris mei sunt? Angelus igitᷣ & si nō bonū potius nūciū: q̄ nunciū absolute significet: cū tn̄ diuinus sciatᷣ nūcius esse: bonus intelligi debet nuncius. Q̄ aūt euangeliū dictū est: ad excellentiā diuini uerbi dictū est. Obstupuit ille tam disertus (ut dicitᷣ) græcus uocabulorum interpres: nec ausus est obijcere quicq̄ aliud: me sibi satisfecisse perpulchre dicens. Id & si nō ē læticiæ maximæ munus per se: nūc tamē sūma me affecit uoluptate: cū inuidi nōnulli existimarent: nequire me quicq̄ aduersus illi⁹ dicta respondere. Læticia igitur hæc fuit hoc maior: quo cæsi sunt liuore tincti q̄ cum tibi amicissimo cōmunē esse sciē: quē unice amo: & a quo

Angelus

Euāgelistæ

Eucaristia

amari plurimũ opinor:ad te scripsi: ut nõ minus tua sit uo/luptas hæc:q̃ mea. Ex Mediolano. viij. Idus Maij.

Synonyma læticiæ nouæ nũciatiua.

Magna me tui fratris uidendi læticia cœpit.

Haud facile dixero:q̃ lætus nũc sim.

Hæc uoluptas in me maxima quidem est.

Nihil hoc tpe iucundius esse mihi potuisset.

Affectus sum tuo filio uiso :tanto gaudio: ut maius ullum esse nequeat.

Læticia est hac in re mihi maxima.

Tam lætus sum hoc tuo munere:ut amplius esse nõ posse unq̃ opinor.

Non existimabã unq̃ ad me tantã ulla pro re læticiam per/uenturam.

Quid est cur lætius uiuere queam:q̃ nunc uiuam!

Fuisti in me lætificando propensissimus.

Ego tam lætus sum hisce tuis acceptis litteris: ut lætiorem esse me posse non ducam.

Hoc gaudiũ cõe tibi esse uolo:qđ maxime me lætificat.

Cura ut tã lætum me semp efficias:q̃ nunc effecisti.

Debebã tibi plurima:sed qđ me adeo nunc lætũ effeceris: debeo dedicoq́ me totum.

Titulus.lviij.

De filio principi nato lætificatiua familiaris.

Et si multa sunt argumenta: quibus omnis fortuna nostri principis nos debeat plurimũ oblectare: tũ hoc imprimis: cum filius nat⁹ est ei. Tunc em̃ intelligimus nos esse diuti/us sine cura in pace:quieteque nostra facturos negocia & omni molestia uacaturos. Nã ut Homerus ait:cui principi nõ est filius:is perinde ac priuatus populis uir. At ut Euri/pedes dixit:principis filius lætificat populos. At non iniu/ria Hesiodus inquit: Nihil est tam populis exoptandum: q̃ ut principi filius sit:cuius se facie:quasi solis aspectu: a te/nebris diuidi posse censeat. Natus igitur nostro inuictissi/mo principi filius:tam nos reddidit omnes lætos: q̃ quic/

Homerus
Euripedes
Hesiodus

quid usq̄ uoluptatis contingere quiuisset. Quid em̄ si sapiebamus, uehemētius optabam⁹? Nostris denicꝫ precibus supplicationibusqꝫ superi satisfecere. Puer natus est nobis: ut illo utar Christiano: & fili⁹ datus est nobis: cuius fide: ac prudentia possum⁹ aliqn̄ iustissime regi: pacatissimeqꝫ gubernari. Hanc uoluptatē nostris oībus comunē esse reor: uerū etiam illis: ad quos nihil hæc successio ptinet. Manifesto em̄ quotidie intuemur: & cometē: & alia cœli signa pro principibus apparere: quippe quoꝝ ortu: atqꝫ interitu fiūt & deficiūt plurima. Quot em̄ unius obitu principis: cuius nō sint successionē hæredes ulli filij possessuri: mutationes factas esse legimus: uidimusqꝫ nonnunq̄? At nomen hoc filij cohibet omnia: nihilqꝫ pmittit aduersi patrari: nihil insidiarū a finitimis parari. Gaudete igit̄ & nos uobiscum hoc tam optato bono: & alios nostra læticia gaudere simul docete: ut & nostra sua causa intelligat̄: finitimos etiā nostros lætos esse. Ex Mlo. vij. Idus Maij.

Pro filio principi nato lætificatiua familiarissima.

Qd̄ plurimū omnes optabamus: sumus hoc tandē summis innumerabilibusqꝫ supplicationibus consecuti ut natus sit nostro principi filius. O q̄ scitus est infantulus. Facies Priami (ut Aristoteles ait) digna ē imperio. Nihil habet cum plæbeis cōmune: tā formosus est: tāta proceritate mēbrorū: tā egregie robustis nodis ac int̄nodijs. Admirant̄ hunc matronæ: natūqꝫ dicunt iā triennē existimandū. Q̄ꝫ sit hæc huic uniuerso regno uehemēs læticia: inde potes cōiectari: qd̄ ut optabamus & sperabam⁹: ita dubitabamus nunq̄: nō posse a superis cōsequi. Deorū beneficio factū est: ut & nos uotis nostris largitionem inuenerimus: & de hoc principatu sit subditis uniuersis spes bona relicta. Nā ut ē princeps noster prudentissimus: & gubernat nos sapiētissime: sic filiū instituet sui similē: ad omnē uirtutis gloriam. Læte mur igit̄ & exultemus oēs: hoc tā iucundo & fœlici munere. Ex Mediolano. vi. Idus Maij.

Aristoteles

Pro filio principi nato Grauis.

Antiquissimus populorum mos extitit: ut cum principibus filij nascerent: omne summae laeticiae genus declararet. Quam obrem Persae undiq cum muneribus eo casu conueniebant: ut & regi gratularent: & psaltis chorisq publicam exultationem exprimerent. At aegyptijs regibus aliquando plus dicit: uno filio nato: tributi accessisse: quod cum totius anni redditus mittebantur. Quare apud illos trito id coeperat usurpari (ut Plato inquit) uerbo: boni sunt anni fructus: si filius regi natus est. Thracibus uero regibus solebant occurrere cum sacrificijs sacerdotes paeana canentes: cuius auspicijs boni filij creti forent illis. Quem quidem ritum cum dirimisset Diomedes ille crudelissimus: populis odiosissimus fuit. At Arcades habuerunt Lycaonem semper infensum: posteaquam Arcadem (quem poetae iure fabulant in ursum esse uersum: quoniam patris metu lateret in siluis) pepulisset ex regia: coegissetq profugum in certa latere sede. Nam si gratulandum est principi cui filius natus sit: multo debet eo filio magis laetari pater: cuius est: & cuius cum salute sua conexa est salus. Quod si uero modo non laetatur: sed eius interitum quaerit: is merito est omnibus odiosus: & Lycaonis promeritus est cognomentum: eoq peius: quod uel ipsi lupis suis afficiuntur foetibus: At Tantalus rex tam illustris: qui & Europae magnas rexit urbes: & grandem Asiae partem subegit: iccirco coactus est demum in se suosq mores omnes poetas plura fingere: quod cum haberet Pelopem filium: non modo laetus eo non erat: quem amabat uniuersa graecia: sed eum a se pepulit: & exulare coegit: quem graeci imprimis odium: eiusq uirtutem sibi regem asciscentes: ab eo suae regioni nomen dederunt: eamq Peloponnesum uocauerunt. Quid Agenorem in medium afferam: quem phoenices pari sunt insectati ratione: quod Cadmum a se filium abdicasset: Is autem non multo post in Boetia Thebas condidit. Astyagem in nepote Cyro eijciendo damnant: & Amulium in fratris Numitoris eijciendis nepotibus improbant: & Laium crudelissimum in Oedipo filio feris mandando: sui sceleris passum esse poenas dicunt: propterea: quod non laeticiam pub-

Persae

Aegyptij

Plato

Thraces

Diomedes

Arcas

Qui filios eiecerunt

Tantalus

Pelops

Agenor

Cadmus

Astyages

Cyrus

Amulius

Laius

licam (ut debebant) exegissent: sed dolorem acerbissimũ: quod ab omni naturæ ui alienissimũ & uidebatur: & erat. Quo em̃ debent iucũdius exhilarari parentes ac aui: q̃ si filij: nepotesq; nascant: a quibus propagari uideant gen⁹ suum: suæq; immortalitati studeri? Tam est im̄ortalitas sola (cuius uident esse omnes: q̃to maiores & magis sunt illustres: cupidissimi) bonis omnibus exoptanda: ut cũ aliqd acquiritur: unde possit ea quicq̃ nancisci muneris: in eo sit omnis mens occupata: ab eo pendeat uoluptas oĩs. Quare sapientissime dictũ est apud Virgiliũ illud: Omnis in ascanio cari stat cura parẽtis. Natus igit nunc nobis filius: & nos summope lætos fecit: & ut eplas eius causæ lætificatiuas ad amicos mitteremus atq; subditos fecit. Lætati certe nos sumus supra modũ: nõ solũ ea iucunditate: quæ cõmunis est patrib⁹ singulis: ut filiorũ successione uiuant: sed ea uoluptate: quæ nos nobiscũ subit: ut uideamus iam parari: qui nobis obeuntibus aliqñ: ut mortales sumus interituri: nostro nomine: ac nutu. Iuste sapienterq; uos omnis moderet atq; regat. Quid em̃ est dubitandũ populis: ne pace uiuant tranquillissime: cũ bene natũ regẽ habent? At uobis amici ac fœdere mecum iuncti cõmunẽ iccirco uoluptatẽ hanc reor: qm̃ ut patrimoniorũ sunt filij: Demosthenis instituto: sic debẽt paternaꝝ esse amicitiarũ hæredes. Quare ut ego uester sp̄ fui: nullaq; in re diuisus a studijs & uoluntatibus uestris: sic filius hic futur⁹ est meus paternæ mentis æmulus: ad quæ oĩa sic instituã: ut in eo aliũ meipsum uos eẽ nactos: sitis nõ multo post intellecturi. Gaudete igit mecum: & publicæ huic læticiæ festos hisce dedicemus dies: cũ sacris etiã ut talis in uos filius futurus sit: qualis pater ante hac sp̄ extitit. Ex Mlo. v. Idus Maij.

Vir. i. æne.

Demosthenes

Synonyma pro filio principi nato lætificatiua.

Lætandũ est nato principi filio.
Cõmunis nos ꝓ nato nobis regulo uoluptas capiat.
Eandẽ agamus læticiã ꝓpter natũ nobis principis filium.
Choros & saltus adeamus ꝓ nobis nato principis filio.

Gaudeant omnes hoc nato regis filio.
Publica est hæc: non priuata læticia: quod nostro principi natum sit pignus.
Successur⁹ nostro regi nunc natus infans cōmunē in nos contulit uoluptatem.
Sumus tam summa detenti læticia propter principi natū hoc die filium: ut nihil uoluptuosius: nihil iucundius dici possit.
Tanta læticia tenemur cuncti: ut nihil addi possit ad cumulum: quia filius est principi nostro nunc natus.
Ob natum nunc mihi filium: cupio uos mecum pariter exultare.
Qui me amant: hanc meam exultationē ꝓpter natum mihi infantem: sibi cōmunem faciant.
Qui particeps est meæ iucunditatis: quia natus sit mihi filius: non me minus longe exultabit.
Qui meus est uel affinis uel propinquus: natum mihi filiū meum summopere lætetur.

Titulus. lix.

De filia nata lætificatiua familiaris.

Viri boni: iurisconsultorū illud maximum uitium considerātes: uel duce natura: non minus filias amant: q̄ filios. Eodem beniuolentiæ gradu suo semine natos prosequūtur. Q̄obrem Artaxerxes una dicebat sibi nata filia: duos sibi filios quæsiuisse: quoniam Horontem sibi generum adoptasset. Inde fit: ut neq; natura repugnet: nec interdum cōsuetudo: nec ius hominū: ut amentur filiæ non minus: q̄ filij. Quare cum mane sit nobis nata filia: & nos lætati sum⁹ maximopere: & ut lætentur æque amici nostri: plurimum cupimus: qui nullis a mēte nostra uideant̄ esse studijs abhorrentes. Si nos igit̄ amatis: uos subditi publicā læticiam choris: saltibus: supplicationibus triduanis efficite: omneq; uoluptatis honeste genus exercete. At uos amici: patres atq; fratres: declarate cæteris: mea quæq; nobis esse cōmunissima. Ita enim me dij adiuuent: ut non minorem ex hac Artaxerxes

nata filia uoluptatem suscepimus: q̄ si filius ortus foret. In hac nostrā nos solabimur senectutē: arbitrabimurq; nasci turos nobis nepotes oēs filios fore: uobis (ut opinor: & curabo) gratissimos. Ex Mł̄o. iiij. Idus Maij.

De filia nata lætificatiua familiarissima.

Cum nobis sit nata filia: sumus non mediocriter lætati: siue qđ nullū haberemus antea pignus: seu quod eo pacto nos ad amandū inuitet natura hominum hac in re ductrix atq; gubernatrix. Cupimus aūt eadem esse lætos iucunditate cæteros: qui nobis sunt ullo uel amicitiæ: uel ꝓpinquitatis deuincti genere: uel clientelæ: ac seruitutis subditi debito: ut patefaciant: nulla in re uel mœsta uel læta: sese a nostris mētibus esse disiunctos. Itaq; quo pluribus ac maioribus publicæ læticiæ signis hæc cōmunis mihi uobiscumq; reliquis finitimis omnibus uoluptas declarabitur: eo mihi rē gratiorem & cariorem effeceritis. Ex Mediolano pridie Idus Maij.

De filia nata lætificatiua grauis.

Qq̄ q̄ natura docet: nō minus amari debere filias: q̄ filios (ut Plato docet) tamen est & illud nobis argumentum: quod ueteres omnium doctissimi non sine causa: una uolucrunt appellatione mares fœminasque dici filios: ut Ciceronem legimus: cum ad filiū filiāq; scribebat: dicere solitū filios dilectissimos. At principibus Assyrijs qui primi omnium regna gubernarēt: nō minus filiæ succedebāt q̄ filij: nec Medis rursus: nec Græcis si & in Argiuis uideant: & in Thebanis plurima. Nec me deterret ꝙ Plato uoluit muliebre semē esse fœminā: uirile uero marē: qđ & Naso declarauit illo Deucalionis accepto Pyrrhæq; oraculo: ut quotquot lapides post se iaceret frater: mares: quotquot soror: futuræ fœminæ quidem essent: cū Aristotelem: quē sequuntur hodie oēs sapiētes: sciamus oēs filios patris dicere: nec cōiugem aliud quicq̄ operari: q̄ tellurē: quæ acceptum foueret propagaretq; semē. Sed esto sit uerus Plato: qui pote hoc fit: ut mater tam amet sincere igitur filiū marem illum qui

Plato
Cicero
Plato
Ouidius. i. metamor
Aristoteles
Plato

dem quem ipsa non genuit. Vt ea communis & studijs & mente uiro idem pignus amat: quod sine uiro nunq̄ ædidisset: sic amet & pater filiam qua nisi coniugi fuisset adiumento: nunq̄ illa peperisset. Quid φ Aristotelis testimonio pater plus filiæ afficit necessario: mater uero filio! Nā cum mater non auxiliaris sit: sed quæ auxiliū postulet: illū filiorū amat uehementius: a quo plus intelligat aliquando se posse adiuuari: cuiusmodi marem sibi futurū adiumento certo scit: qui naturæ ductu patris supstes: matrē possit adiuuare: At pater qui auxiliator eē solet: & ea de causa filios amat: ut ipsis adiumento sit: iccirco diligit natas plusq̄ natos: quoniam maribus omnia sunt profutura: fœminæ sine subsidio patris male sint habituræ. Quid: quod hinc affinitates principibus quæruntur q̄ plurimæ: quibus solent cōtineri principatuū nerui: successionesq; stabiliri! Nam φ inter Cæsarem & Pompeiū: inter Danaum & ægyptū: int Astyagem & filiæ natū fuerint dissidiæ: discordiæque non uulgares: id ne quidem reliquos ad minus amandas: commoueat filias: cum & illæ id quidē acerbissime tulerint: & non omnes eædem sunt filiæ: non omnes ijdem generi. Quanto Oedipo iucūdior filia: quæ cæcū est patrem semper comitata: & ea quidem tutata diligentia: ut nihil ei potuerit esse hac sublata iucundum: cum hac nihil pene molestum! Quot possemus easdē in mediū afferre: quibus intelligeret: nō lætos esse posse patres min⁹ filia nata: q̄ filio! Quid si interdum & multo magis! Hinc ubi nunc nata est nobis filia: nec minus lætati sumus: q̄ si filius nasceretur: nec minus alios esse lætos decere opinor: qui nobis afficiuntur. Itaq; uos qui nobis estis subditi: debetis publicam hanc læticiam exercere: ut intelligatur a nobis nostraque uoluptate pendere uestram: quos nihil alienum a mente nostra factitasse aut facturos certū est. Vobis aūt O amici ac nobis fœderibus deuincti: nō edico: nec præcipio: sed supplico: & si æquum est pro mea in uos fide: rogo atq; obtestor: ne minus sitis in hac læticia publica me minus iu

Aristoteles

Q affinitates aliqn̄ sūt causæ discordiarum

Oedipi filia

cundi festiuiq;: q̃ ego & fuerim: & sim: & esse cõstituerim. Nolim enim quenq; arbitrari: quoniã filia sit: aut nos auaricia ductos: dotis adimplendæ causa: aut ullo doloris genere pellectos: confusos existimari. A mente nostra nihil est alienius uituperatione: nihil nobis communius & antiquius cupiditate gloriæ: ut facile cognosci possit: nihil mihi simulandũ aut dissimulandum. Quare cum & ipse uere lætor: & uobis lætandum esse ducam: rogo ut hanc publicam læticiã sic exerceatis: ut exercui ego hactenus. Ex Mediolano Idibus Maij.

Synonyma de publica ꝓ filia principi nata læticia.

Lætandũ est publice pro filia principi nata.
Nihil uoluptatis omittendũ est pro ea: quæ nata est principi filia.
Cum creta sit principi nata: gratulandũ est ei.
Nobis summopere gaudendum: quia filia est regi nostro creta.
Post satã regi filiã: & ipse exultat: & nos exultamus.
Sũma nos uoluptas consequatˀ: qñ filia regi nata est.
Nihil potest hoc tempore nobis iucundius esse: q̃ ꝙ regi sit nata filia.
Pro ea læticia: qua rex noster exhilaratur propter natam filiam: & nobis pariter lætandum est.
Nihil est publicæ prætermittendũ festiuitatis: ut principẽ imitemur in nata sibi filia.
Tam est dux noster ꝓ filia sibi nata lætus: ut nobis identidem faciundum sit.
Faciemus rem duci iucundissimã: si propter filiã ei natam publicã læticiam exercebimus.
Q̃ʒ gratissimi possumus esse duci: ꝓ eius filia publicã exercentes festiuitatem.
Ob filiã duci natã debemꝰ & choros & saltꝰ p urbẽ agere.
Afficiemus ducẽ incredibili iucunditate: si ꝓ filia sibi nata ut ipse iubet: publicam læticiam ostendemus.

Titulus.lx.

De hoste fugato:uel cæso familiaris.

Iam deniq₃ cæsus est noster hostis:qui nos atq₃ nostros oīs iādudum insectat⁹ est omni ꝑsecutionis ac odij genere. Iā nihil nobis est timendū amplius.Imitari debemus Assyri/os:quibus ꝓ hoste cæso faciebant nō publica solum sacra: sed festa triduana:ut declararetur omnibus:q̄ hosti cauendum foret:cū eo cæso tantū exultaret̃. At Persæ int̃ eosq₃ magi Zoroastris instituto cōstituerūt:ut quicunq₃ hostem cæcidisset:nō solū publico donaret̃ munere:coronaq₃ magni precij:sed inter ciues sūma ualeret & auctoritate & gratia: qui cæso q̄dē hoste ciuitatē omni metu laborasset. Vt enī hostilis man⁹ calamitatē inducit nonnunq̄ maximam: ita eius interempti conditio maximā affert urbibus uolu/ptatē. At Sempronius cappadociæ rex iampridem in nos fuit acerbissimus. In nos usus est omnium inimicitiarum & publicarum & priuatarum genere. Affecit nos nedum cō/tumelijs:cōuitijs:probrisq₃ q̄plurimis: uerumetiam quo/tiens in agrum nostrum excursionibus nixus est: prædas reportauit:captiuos duxit:omneq₃ scelerum exercuit ge/nus. Precabamur superos:ut huius nos pestis metu liberarēt. Nostra cura sublatus est:deniq₃ supatus:& cæsus in frusta:ut publica læticia merito debeamus dijs īmortalib⁹ ha/bere ac dicere gratias:qui nobis hunc sustulerunt morbū. Hoc ego & in templis:& in platæis:agendū iubeo:qđ & uobis præcipio:quos scio mei studiosissimos. Ex Mediolano xvij. Kalendas Iunias.

Assyrij

Zoroastres

Semproni⁹ Rex cappa/dociæ

De hoste fugato uel cæso familiarissima.

Fugatus est demum noster acerbissimus hostis ille:qui nobis tanto fuit nonnunq̄ terrori:a quo sumus aliquando tā acerba calamitate cōfossi. Qui iuste dimicant:sic solēt sēper supos adiutores sperare. At quib⁹ iniquitas est ad de/certādū ꝓposita:ijs īminēt suporū cōsilia:& a tergo mundi ꝑicula: qb⁹ facillime ꝑplexi ac irretiti nihil possunt euitare demū incōmodi. Qđ q̄ uerū sit:uel ex uno hoc hoste no/

bis nũc fugato turpissime: fiat in reliquos cõiectura. Quot fœdauit modis nostros ois! Quib⁹ est in nos iniuriarũ gradibus nixus! Quid omisit calamitatis: quo nos non confecerit! Pridie huius diei: cũ in agrum nostrũ plurimis & uiolentissimis quidẽ: ut uidebatur: satellitibus comitatus fecisset impetũ: dijs fautoribus pplo nostro nobis comite in eũ occurrimus: oppugnauimus: ex suis multos occidimus: coegimusq; demũ terga turpissime uetere: tanq; fugauimus fortiter: ut nunq̃ audeat amplius: de nobis expugnandis cogitare. Vobis publicã significo læticiã: quã & nos exercemus. Ex Mediolano. xvi. Kalẽdas Iunias.

De hoste fugato uel cæso Grauis.

Non sine certa sanctissimaq; ratione: præter triũphũ: aliud inuenere græci uictoriæ genus: quo qui potirent̃ in hostẽ: & lætari publice deberent: & suos amicos subditosque ad læticiã eandẽ inuitare. Nõ ẽm sp captiuus ducit̃ hostis: ut in triũpho ligatus fidẽ faciat uictoriæ: sed aliqñ est: qui Platonis instituto: malit armatus mori: q̃ inermis triũphi pompam & catenatus augere. Aliquando sunt ea conditione quidem hostes: ut terga uetere potius uelint: q̃ uel cædi uel capi. Qobrem trophæum a græcis dictum est triũphi genus: quo non duceret̃ captiuus hostis: nec eius urbs ulla subacta esset. Huiusmodi genere uictoriæ Babylon uisa est sæpius & potita: unde illud poeticũ: Babylon spoliata trophæis. At Nin⁹ Assyrius: Cyrus Persa: Alexander Macedo: Cæsar Romanus cũ sæpenumero uertissent in fugã hostes: & ex eis multos ĩteremissent: raro tñ triũphasse dicunt̃. Sed ab Assyrijs ipsis ad Persas: Medos: Græcos: Romanosq; deinceps hic mos institutus ẽ: ut cũ uel cæderet̃: uel fugaret̃ hostis ipse: publica fieret exultatio: qbusdãq; ornatissimis donaret̃ muneribus: qui cæcidisset siue fugasset: ut & alij ad eandẽ inuitarent̃ uictoriã: & in eũ q uicisset ppli regesq; nõ uiderent̃ ingrati. Profecto laudat̃ adhuc illud Hannibalis supra modum qui cum Marcellum cuiusdam fortitudine constantiaq; coactum terga uertere: uel

Græci

Plato

Trophæũ

Babylon

Lucanus in primo

Qui uictoriam obtinuerint præcipuam

Hannibal

nõ multo interliminio accepisset: cũ donauit in urbe prædijs: in castris autẽ corona: quæ summũ preciũ habuisse p/hibet. Id ubi Carthaginenses admirarent: quærerẽtq;: cur tantũ in eũ muneris contulisset: ut & reliqui dixit: idem co nent: & uos ingratos non me reddã accepti beneficij. Sci/tis fuisse nobis iandudum crudelissimũ hostẽ Cleophilum qui nobis tã fuit molestus: ut dirior esse nemo posset. Huc deuẽtũ est ut aliqñ auderet: uelle nobiscũ de nostris agris pacisci: nosq; in tam asperã angustamq; calamitatẽ: ac for/tunã redacti fuissemus: ut salua uita cuperemus omnia no/stra illũ possidere. Qđ & trãsegissemus (ut non nescitis) si cõfidere illi tuto potuissem?. Sed ut perfidissimus erat: ita nullã pollicitationibus oĩbus fidẽ adhibendã cẽsebamus. Cura nostrorũ militũ fortissimoꝝ inquã & cõstãtissimorũ fugat? est primũ triduo prius: q̃ interimeret. Mox in præ/lium animosior solito rediens: cũ pugnaret sæuissime: nihil sine cruore nostro postulãs cæsus est: cui? nescit manu: plu ribus confossus uulneribus. Publicã læticiã & nos fecim?: & uobis faciendã iccirco ducimus: ac si æquũ est rogamus Ex Mediolano. xv. Kalendas Iunias. Cleophilus

Synonyma de hoste fugato uel cæso lætificatiua.

Exultandũ est ob fugatũ hostem nostrum.
Sæuissim? ẽ nobis ĩterẽpt? hostis: ex quo lætãdũ ẽ publice.
Cædes nrĩ hostis crudelissimi nos ad publicã ĩuitat læticiã.
Cur exultare palã ñ debem? cũ fugat? sit nobis nost hostis
Multo nos magis reliqs ꝓuocat ad lætãdũ hostis nrĩ fuga.
Qꝫ cæsus sit noster hostis: ut princeps lætus est: sic & nos esse debemus.
Iucundissima simus mente: cũ hostis noster fugatus sit.
Ob cædẽ hostis nostri gestiam?: choros & salt? exercẽtes.
Nihil est publicæ nobis festiuitatis prætereundũ: ut cæsus est noster hostis.
Pro cæde hostis nostri: quæ satis sit publica festiuitas?
Affecit nos hostis nostri fuga: demũq; cædes tanta uolup/tate; ut incredibile dictu sit.

Omni cura in publicam debemus lætíciã attentos nos ob cæſum hoſtem exhibere.
Tãto nos metu cæſus hoſtis liberauit:ut poſſimus eſſe iucundiſſimi.

Titulus.lxi.

De familiaribus negocijs familiaris.

Negocia mea hic publica nulla ſunt. Sum em̃ uir in monaſterio clauſus:& ciuilia nulla quæro:quæ ad monaſterium attinent:curo. Priuata igiẽ & familiaria negocia ſunt plurima:quibuſq; tranſigendis non mediocri opus ſit ingenio: Bias apud Plutarchũ atq; qui bene trãſigit(ut dixit apud Plutarchũ Bias)laudari maximope poſſit. Nã in ſũma rerũ oĩm caritudine mihi tenenda eſt in monachos abũdantia:in ſumma loquacitate ſilentiũ ꝓcurandũ:in oĩ ægritudine adhibẽda ualitudo. Verũ ego quo difficiliora ſunt negocia familiaria:eo cõſtãtius pſeuero:paratã mihi ſaltẽ apud eũ mercedẽ ratus:qui cõpenſator eſt laboꝝ æquiſſimus. Tu rẽ habeſ:intelligiſq; quid ſũmatim de negocijs meis familiarib⁹ ad te ſcribi poſſit. Cura tñ ut cito his difficultatibus liberat⁹ ad uos eã. Ex Mediolano.xiiij.Kalendas Iunias.

De familiaribus negocijs familiariſſima.

Antonius hic priuatim agit nihil. Eſt cũ principe tempus (ut aiunt)terens. Nuſq̃ em̃ exercet ingeniũ: cumq; uideat ſe ocio perdi:ſuã fert ruinã perbelle. Familiaria igiẽ negocia eius:de quibus te rogas faciã certiorem:nulla ſunt. Vide quo redactus ſit: ut neq; uelit impenſæ domeſticæ ſibi faciundæ laborẽ:ſed domũ ſe alterius conferat:a quo accipiat:quid comedat:dato ei maiore precio: q̃ opus ſit. Neſcit(ut paucis agam)ſibi uiuere: nec alijs quidem. Sæpius Terentius hũc interpellaui: accuſaui: cõminatus ſũ. Narratur fabula ſurdo. Ex Mediolano.xiij.Kalendas Iunias.

De familiaribus negocijs grauis.

Pittacus Et ſi mihi familiare uideaẽ eſſe graue poſſe(ut Pittacus inquit unus ex ſeptẽ)eſt tamen inter familiaria quidem ipſa Ariſtoteles qđ præ cæteris poſſit appellari graue: Vt em̃ uult Ariſto-

teles: ex duobus malis minus malum illud esse: qđ alterius respectu possit bonũ uocari: sic & in hisce reliquis relinquitur cognoscendũ. Nam inter familiaria si quid ad honestatẽ eximiã turpitudinẽq; muliebrem attinet: si quid ad filiorũ egregiam laudẽ aut uituperationẽ ptinet: illud graue dicendũ reor: de quo serio: nõ familiariter tractandum sit. Nunc igit̃ ut rem oẽm accipias: quã ego epistolæ hoc graui genere scribẽdum ad te uolui: filius meus religionẽ ingressus est: ea quidẽ (ut opinor) sentẽtia fortasse: ut bonus fieret. In mundo eñ iãdudum sibi cœperat desperare: qui cũ uniuersum circuisset terrarũ orbẽ: nec usq̃ sibi relictum ullum uideret amicitiæ genus: ad id tandẽ ordinis statuit deuenire: in quo bene modesteq; uiuere cogeretur. Sed ubi aliq̃diu inter sacerdotes uersatus est: decreuitq; sacerdos initiari: & initiatus est: & factus: & multo tñ peior euasit q̃ antea fuerit unq̃. Nũc perreptat urbes mulieribus uacans & gulæ: ocioq; incũbẽs adeo pdite: ut nulli se dedicet arti: nulli studio. Si q hũc accusant: irridet eos: ut iã in iocularium uersus: publicus monachorum scurra censeatur. A me uero nõ semel & a matre castigatus: simulat aliqñ qcq̃: sed nũq̃ resipiscit. Hæc sunt quæ ad te grauiter scribenda nõ neges. Nã ut pondus res habet: non paruũ ut me interdum affligit: sic & tibi molestũ fore: non dubito. Scio eñ q̃ me ames: & q̃ te mea quæq; commoueant in læticiam læta: in mœrorẽ luctuosa. Verũ ne me ducas: hãc perditionẽ hominis tantifacere: ut nequeam recreari. Ea mente fero: qua quod iam inueteratũ est malum: & qua ipse fert meũ pro se dolorem. Ad ipsum eñ hoc plus longe: q̃ ad me ptinet. Si bonus erit: & sibi cõducet: & me afficiet uoluptate. Si malus: sibi oberit. Hæc habes. Ex Mediolano. xiij. Kalendas Iunias.

Synonyma de familiaribus negocijs.

Nihil hic agimus domi.
Meus filius ægrotat.
Res meæ familiares ita paruæ sunt: ut de his nihil scriben/

dum arbitrer.
Quid scribam ad te familiare: cũ nihil habeam.
Si de negocijs uis meis familiaribus fieri certior: aliunde q̃ a me postula.
Pauca sunt mihi familiaria negocia: de quib⁹ quicq̃ possim ad te scribere.
Omnis familia mea bene ualet: hoc est quod de meis familiaribus negocijs ad te scribam.
Sunt omnia mea familiaria negocia iucundissima.
De meis negocijs familiarib⁹ hẽs alios & scribas & nũcios.
Res meæ familiares habent ꝑpulchre.
Lætare (si me amas) negocijs familiaribus meis: sunt enim faustissima.
Cupio tã esse familiaria mea negocia tibi cognita: q̃ mihi.
Familiariũ negocioꝝ meoꝝ magna me uoluptas capit.
Nihil ẽ mihi familiaris negocij: qđ me nõ delectet ꝑlimũ.
Scio te meoꝝ familiariũ negociorũ curiosissimum: sed habent omnia ꝑpulchre: ut cupio.

Titulus.lxij.
Publicæ fidei familiaris.

Hisce publicæ fidei nostræ litteris: neminẽ ignorare uolumus: nostro iussu Lælio (qui has secũ attulerit) patere ad quãlibet urbem nostrã: oppidũq;: passum: arcem ac terrã aditũ: ac morã: & inde reditum semel & sæpius: ut ei uisum fuerit ire: morã ducere: atq; regredi: cum omni familia sua reque: supellectile: ac fortunis & bonis omnibus tam coniunctim: q̃ diuisim: ac sine impedimento: inquietatione: uexationeque quacunque. Q si cui deberet: aut subdito nostro: aut locorum nostrorum incolæ: aut alienigenæ quicq̃ cui uel publico uel priuato deuinctus foret documẽto: uolumus eũ in ꝑsonis: aut rebus cõueniri apud nos nostrosq; iudices & satellites quire. Si rursus aliqd in nostrorum aliquẽ: aut extˀnoꝝ cõmisisset: quo plecti apud nos nostrosq; ualeret: derogamus oĩ legi: quæ hoc admitteret cõuẽtiõis genus & accusationis officium. Volumusq; tandem eam

huic suisq; rebus ac psonis.imunitatem adiutricem atq; fau tricem:ut si quo iure potuisset tam in petitionib? ciuilibus: q̃ in accusationibus criminalibus pturbari atq; cogi: quasi ad asylũ confugisse ducat̃ cũ huiusce nostræ publicæ fidei munimine. Iubemus iccirco nostris omnibus tã peditibus q̃ equitibus militibus:& tam tribunis q̃ cæteris quibusque magistratibus:ne quomodolibet has audeant cõmentari litteras:aut in ullo eas uiolare:aut quicq̃ ulla uia uel exquisitissima attẽptare:quo minus quietus cũ suis oĩbus in nostris singulis locis sit ipe Lælius. Id si secus aut fieret:aut attemptaretur:indignationem nostram quilibet inobseruator præcepti nostri se sciat indubitãter incurrisse. Ex Mediolano.xij.Kalendas Iunias:.

Publicæ fidei familiarissima..

Huius epistolæ serie uolumus oẽs tam nostrarũ urbiũ custodes atq; magistratus singulos:q̃ milites atque subditos nobis quomodolibet seruientes:in nostrisq; locis uersatos fieri certiores:patere Lælio ad nos aditũ:& ad omnes singulasq; terras nostras:ac loca maris sita:fluminibusq; quælibet cũ familia omni sua suisq; ac familiæ rebus oĩbus: sine inquietatione molestiaq;:quæ uel dici posset uel excogitari ob aliquot priuatũ debitũ:aut publicũ:crimenq; quodlibet. Præcipimus igitur nostris sub pœna indignationis nostræ :ad unguẽ hæc obseruari:nec quicq̃ attẽptari:quo minus hæc publica nostra fides seruet̃. Ex Mediolano .xvi. Kalendas Iunias:

Publicæ fidei Grauis:.

Sunt certe quidẽ causæ:quibus principum animi facillime quidẽ inducuntur:ut illis faueãt:& in ijs etiam succurrant: quæ legibus uidentur aliqñ derogare: qui sunt omni laude cumulati. Nã solet multos & graues & bonos uiros(ut ait Cicero) uel angustia rei opprimere: uel fortunæ casus ut nequeãt uideri q̃les sũt:uel quia deficiãt a fide :uel quia nequeãt obseruare diẽ:ul'qa in reb? restituẽdis aliquo sint impedimento perturbati. Q̃obrẽ Aratus Sycionius:cum

Cicero

Aratus Sycionius

s

in patriam (a qua iampridẽ exularat) rediisset: suorũ ciuiũ aliquos: q decoxerant: magno donauit ære: aliquibus fidẽ præstitit publicã: ut nulli perturbarentur. Cæsar aũt quot huiusmodi fecit dona ex gallis Romã rediens? Quot ea fide succurrit publica? Sũt qui hoc imunitatis gen⁹ moleste ferant: cur illis quibus publica præstatur fides: aliquid etiã donet: cũ aut multũ æris debeãt: aut in ipos etiã principes nõ nihil iniuriarũ intulerit? At si recte cõsiderãt: sine publica illos fide in eas urbes nunq̃ eẽ uẽturos: malle debebunt uel tutos illo ire: cũ quibus possint pacisci nõ nihil: & aliqñ sperare qcq̃: q̃ si minime tuti nunq̃ uenerint. At non ueniant inquiũt: absintq; poti⁹: q̃ qui aut nobis debẽt: aut nos affecerunt iniuriis: nobis inuitis ad nos eant. At principes o boni uiri: hoc solo differunt a priuatis: qđ imperant: quoq; pluribus præcipe quidẽ possunt: hoc maiores sunt principes. Populorũ eos multitudo atq; concursus (ut Lycurg⁹ ait) reddit principes. Præstat igit̃: ut illis interdũ aditus pateat: qui possunt aliquo pacto nõnunq̃ ꝓdesse: aut nũq̃ obesse. Quid si & nobis debent: dimittimusq; ad tempus: aũt omnino: ut tutius nobiscum uersari uelint? Quid si uel nobis fuerũt iniurii: toleramusq; ueniendi ad nos: morandiq; licentiã: ut potius pœnitentibus utamur: q̃ nullis? Lælium igit̃ huius epistolæ publicæq; nostræ in se suosq; fidei ostẽsorem uolumus semel ac sæpius ad nos & quælibet nostra loca tam terra q̃ aquis: urbes: oppida: arces: passus: pontes & cætera quæque uenire posse cum omni familia sua: suisque ac familiæ rebus: uel sine: ut sibi libuerit: ac uisum fuerit: & in illis singulis die noctuq; morari: ac inde discedere: rursusq; ac iterũ idẽ efficere sine molestia: inquietatiõe: uexationeq; qualibet atq; cuiusuis generis arrestatione ac retardatione. Nõ obstantibus tã priuatis q̃ publicis debitis: qbus cũ instrumẽtorũ fide aut testibus: aut sine: obligat⁹ tã nobis foret ac nostris: q̃ aliis qdẽ oĩbus: nec obstãtibus quibusuis criminibus: quorũ reus cuiuis eẽt principi atq; potentatui: etiã si in nos crimẽ lesæ maiestatis cõmisisset: qui

Cæsar Iulius

Lycurgus

bus quorũcꝫ cõuentioni atcꝫ accusationi ꝓcessuicꝫ ac pœnæ uolumus hac publica fide derogatũ: etiã si ea foret: de quibus hic oporteret expressam fieri mentionẽ. Iubemus autẽ magistratibus nostris quibuscuncꝫ ac subditis sub nostræ indignationis hæc obseruari pœna. Ex Mediolano. x. kalendas Iunias.

Synonyma publicæ fidei.

Sit huic nostra fides publica.
Pateat Lælio ad nos nostrosꝗ liber aditus atcꝫ reditus.
Possit Lælius ad nos & loca nostra ĩmunis ire ac esse: & discedere.
Quotiẽs placuerit Lælio: huc & in singulas terras nostras liceat uenire ac regredi.
Nullum obsit iudiciũ ei in nostris locis.
Nulla uis aut lex obsistere possit ei.
Publica hæc nostra fides eũ tueat̃ ab omnibus ĩmunem.
Sub nostra ꝓtectione cũ suis omnibus ad nos is accedit.
Fides nostra publica data sit Lælio.
Nihil impediat eũ: cui publicæ fidei litteras hasce dedimꝰ.
Qui has ostẽderit nostræ fidei publicæ tabellas: is inquietari a nullo nostrorũ ullo iure queat.
Nulla sit in Læliũ molestiæ causa: cui sunt nostræ fidei publicæ litteræ.
Siquis in eũ quicꝗ attemptarit: quẽ publica fide communiuimus: is a nobis plectendus acerbissime maneat.
Lælius nostrã habens fidem publicã nulla de causa possit inquietari.

Titulus. lxiiij.

Familiaritatis institutiua familiaris.

Eos sibi debẽt principes familiares asciscere: ut Hagesilaus ait: qui sunt: uel genere uel moribus principum familiaritate non indigni. Q̃obrem cum Iulius & nobilissimo genere natus sit: ex Romana quidem antiquitate: & uitæ institutione tam clara: ut merito sit inter maximorum familiarissimos principum admittendus: uolumus hisce publicis Hagesilaus

familiaritatis litteris oībus manifesto patere: hunc nos uobis familiarē designasse: uelleq; ut illis deinceps honorib⁹: imunitatibus: libertatibusq; potiat: qbus familiares reliqui nobis iucundissimi potiti sunt & gaudere cōsueti. Ne quid autē uectigalis aut exactionis cuiusq ab hoc exigat eunte: stante ue: aut redeunte p quæuis uel nostra uel amicorum nostrorū loca: cū suis rebus oībus: ac socijs siue famulis: ad numerū usq; psonaꝝ sex: nostris edicimus sub nostræ indignationis pœna. Amicos uero nō secus ac patres fratresq; rogamus. Ex Mlo. ix. Kalendas Iunias.

Familiaritatis institutio familiarissima.

Qui hanc ostēderit epistolā: uir oī laude cumulat⁹: noster est familiaris: eūq; sic in cœtū ac numerum familiarium nostroꝝ collocauimus: ut oībus posthac illis fungat dignitatibus ac imunitatibus: quibus cæteri familiares nobis periucundi fungunt. Rogamus igit illos quoscunq; principes patres ac fratres: ad quoꝝ hic peruenerit uel solus: uel cū famulis: siue comitibus loca: usq; ad sex psonas: cūq; rebus quibuscūq;: ut sine ulla hunc inquietatione aut exactione ire: stare: redireq; permittāt. Nostris aūt hæc iubemus obseruari singula sub nostræ indignationis pœna. Ex Mediolano. viij. Kalendas Iunias.

Familiaritatis institutio grauis.

Inachbus Cæsar Iulius

Cōmodissime prouidit primus in græcia Inachbus: apud latinos Cæsar: ut in eos se familiariores principes præstarēt: qui laudatissimi uiderent: & eos suis litteris insignirent: ut apud exteros pateret: q p suis meritis amarent. Hoc em̄ pacto solēt animi bonorū ad assidue meliora & cogitanda & agenda inuitari: & reliqui paratiores ad uirtutem fieri ut paribus exemplis ad similes dignitates alliciant. His & nos nup rationibus: ut alias in alios sæpe: sumus in Læliū allecti: qui meritus nobis uisus sit aliqua dignitate condonari. Est enim uir ut summa uirtute: ingenio acutissimo: doctrina singulari: probitate ac fide incōcussa: sic nos assidue obseruauit: ac statui nostro deditissimus fuit. Cōstituimus

hunc igitur nostrũ familiarem: aulicum: atq; comitem: in eorumq; traduximus numerum atq; cœtum: qui eiusmodi locis apud nos gaudent: ut illis posthac semp honorib⁹: muneribus: stipendijs: priuilegijs: immunitatibus: exemptionibus: libertatibus: francesijsq; fruat᷑ atq; potiatur: quibus frui ac potiri sunt ubilibet soliti reliq nostri familiares: domestici: aulici: carissimi quidẽ atq; iucũdissimi: summaq; uirtute præditi. Quod ut facilius assequamur: rogam⁹ obsecramusque serenissimos reges: illustrissimos duces: Inclytos marchiones: Præclarissimos principes: Barones: Comites: dominosq; quoscunque: ac magnificas communitates: æquissimos prouĩciarum præsides: Iudices magistratusq; quoslibet terrarũ: passuumq; custodes: tribunos: uigiles: & reliquos omnis: ad quos: quorum ue loca singula peruenerit hic Lælius cũ familia comitibus ue suis: ad numerum usq; personarum duodecim: cunq; omnibus suis: suorumq; bonis: fardellis: capsis: impedimentis: auro: serico: pannis laneis aut lineis: iocalibus: argẽto: supellectileq; quacunq;: aut bonis alijs quouis nomine nuncupandis: ut eundem Lælium tam coniunctim q̃ diuisim immunẽ: liberum: inquietatũq; quomodolibet: ire: stare: redireq; semel ac sæpius uelint: uelleq; suos omnis uel mediatos uel imediatos faciant subditos: sine cuiusq̃ solutione uectigalis: datij: uel Gabellæ: pontatici: bulletarum: telonæi: trauersiæ: fundinatijs: alteriusq; cuiuslibet exactionis mora: retentione: molestationeque prorsus cessante. Quinimo ei: si opus fuerit: aut requirendum ipse duxerit: de cohortibus: societatibus saluisq; ductibus: omniq; prouideant imunitate necessaria & opportuna: quib⁹ nos & uices nostras iu multo maioribus compensaturos pollicemur: atq; promittimus. Quicquid eñ in hunc officij: hac nostra intercessione collatũ fuerit in nosipsos arbitrabimur esse collatũ. Subditis uero nostris quibuscũq; ac quouis nomine uocãdis: hæc iubemus obseruari singula: sub nostræ indignationis pœna. Nihil eñ in eum molestiæ inferret᷑: qđ in nos nõ censere

mus illatũ esse continuo. Ex Ml'o. vij. Kalẽdas Iunias.

Synonyma familiaritatis institutiua.

Hic est a me familiaritate donatus.
Inter meos familiares iucundissimos institutus hic est.
Põt hic atq; debet meorũ potiri familiarium legibus.
Dignus is est q sit in numero familiariũ meo℞ cõstitutus.
Habet omnẽ immunitatẽ: quam qui familiares sunt aliorũ principum.
Pro suis de me meritis familiaritate mea dignissimus est.
Non est hic demeritus familiaritatis meæ munus: quo nuper a me insignitus est.
Cum fuerit hic semper studiosissimus mei: a me factus meus est familiaris.
Quibus soliti sunt reliqui principũ familiares potiri: familiaritatis exemptionibus: hic in mea potit' aula.
Cupio plurimũ huic familiari meo succedere optato oĩa.
Nihil est quo mihi magis gratificent' oẽs: q̃ si sese in hunc familiarẽ meũ præstiterint humanissimos.
Est hic familiaris me⁹ tam mihi iucundius: ut quicqd in eũ a quoq̃ bñficentiæ cõferet': collatũ in me putem.
Qui me uult afficere summa uoluptate: sit in hunc familiarem meum gratissimus.

Titulus. lxiiij.

Consularis dignitatis familiaris.

Magna est principibus diligentia considerandum: ut nihil agant temere: singula uero consultissime: ut Plato docuit dicens. At principes quo reliquis & maiores sunt: & meliora curant atq; maiora: hæc etiam consultius priuatis longe omnia meditent'. At Lycurgus dicebat: uetus maio℞ esse uerbũ: ut q̃to aliquis alteri antecelleret: aut dignitate: aut re gerenda: tanto esset in deliberando prudentior. Consules igitur non debemus nobis alios asciscere: q̃ & doctissimos: & sapientissimos: ut onera gubernãdarum urbiũ rerumq; maximarum gerendarum nostris humeris demandata nobiscũ tueant': cumulatissimeq; seruent. Læliũ igit'

Plato

Lycurgus

uirũ optimũ ac innocentissimũ:ad hæc autẽ iurisconsultis/
simum in nostrũ consiliariũ admisimus: quod hisce litteris
liquere cunctis uolumus:ut cũ apud amicos nostros prin/
cipes:tum apud subditos illis gaudeat muneribus: quibus
cæteri consulares nostri hactenus potiti sunt:qđ eos roga/
mus uices in maioribus impensuri:nostris sub indignatio/
nis nostræ mandamus obseruari pœna. Ex Mediolano.vi.
Kalendas Iunias.

Consularis dignitatis familiarissima.

Hisce litteris palam sit omnibus Læliũ nostrũ esse cõsulẽ:
in numerũq; consiliariorũ nostrorũ collatum: ut illis dein/
ceps gaudeat præeminẽtijs apud oẽs qbus cõsulares reli/
qui nostri sunt ubiq; terrarũ gaudere cõsueti. Id ut cum su
is & familijs & rebus ubiq; consequatur: amicos ex intimo
rogamus cordis:subditis sub indignationis nostræ præci/
pimus pœna. Sic eñ instituimus amamusq; hũc diligẽter.
Ex Mediolano.v.Kalendas Iunias.

Consularis dignitatis grauis.

Eos sibi consules asciscendos regibus:inquit Polybius:qui Polybius
& prudentia clari sint:& innocẽtia singulares :& fide inuio
labiles. Huiusmodi cõsultãt reipublicæ regendæ: oneraq;
nobis a superis æquitatis demandata moderent᷑. Nam ut
Agis dicebat:homines sumus: cõsulibus usi reges facilius Agis
intuemur: quid agamus. Cũ igitur hæc intelligamus: scia/
musq; Læliũ esse clarissimũ in uniuerso terrarũ orbe iuris/
consultũ :philosophũq; non uulgarem: quiq; multarũ ex/
perientia rerũ præstantissimus est:nobisq; ac statui nostro
deditissimus:decreuimus in consilijs nostris secretissimis
hunc residere:numeroq; ac cœtui consulũ nostrorũ addi/
dimus:ut illis posthac honoribus simul ac oneribus uiuat:
quibus nostro senatu insignes cæteri apud omne hominũ
genus uiuere consuerunt. Id ut apud exteros assequatur:
quotiens cum suis & personis & rebus illo peruenerit in/
tentius rogamus illustrissimos omnes principes eorumq;
magistratus:nostris uero edicim⁹ sub indignatiõis nostræ

pœna attẽtius obseruari. Ex Mło. iiij. Kalendas Iunias.

Synonyma cõsularis dignitatis.

Hic meus est senator præstantissimus.
Ex meis cõsularibus: ijsq; quos plurimũ diligo hic un⁹ est.
Nõ tenet hic inter meos cõsiliarios locũ inferiorẽ.
Tanta hic est integritate: ut in senatu meo sit mihi iucundissimus.
Cupio uehementius: omnes scire: hunc inter meos senatores primã nactum esse sedem.
Ex ijs consiliarijs: qui sunt apud me non mediocri uirtute clari atq; insignes hic est delegendus.
Habet hic meus senator ut uirtutis plurimũ: sic fidei ac innocentiæ.
Nulla senatorẽ hunc meum latet probitas.
Est meus hic cõsul tã insignis doctrina & fide in me: ut nullum cũ hoc ausim cõparare.
Virtus & modestia & eruditio Lælij senatoris mei mihi iãdudũ est ꝓspectissima.
Tam est rara huius mei cõsularis probitas: ut hunc merito præferam cæteris.
Tanto est multis meis consulibus Lælius clarior omni laude: q̃to rariores sui similes inueniũtur.
Cupio intelligi oĩbus: q̃ hũc senatorẽ meũ diligent᷑ amem.

Titulus. lxv.

Medicinalis familiaris.

Est nobis medicus præstãtissimus: q cũ Aesculapio Hippocrateq; de medicina possit cõtẽdere. Hic ẽ nobis carissim⁹ atq; iucundissimus. Nã tã est nobis sæpe usui: ut uitã nobis sine hoc esse nullã diuturniorẽ posse ducamus. Contingit hũc sæpenumero: tũ nostra cã: tũ sua negocia curaturũ ꝓficisci. Cupimus ei sp iter tutũ & expeditissimũ ubiq; terrarũ esse. Id ut assequat᷑ clarissimos quosq; principes rogam⁹ instãtissime. Nã cũ bonũ hũc uiꝝ & eruditissimũ accuratius & imunẽ sua ꝑ loca quæq; ꝑmiserint ire sæpius ac regredi: meaq; intercessiõe plurimũ honorarint: mihi rem adeo

gratã fecerint:ut gratius nihil unq̃ sint affecturi. Nostri aũt subditi hunc sciãt eum esse: quẽ æque ac me diligo. Ex Mediolano. iij. Kalendas Iunias.

Medicinalis familiarissima.

Qui cũ hisce litteris ad uos iuerit O patres conscripti: meus est medicus: mihi ꝓ incomparabili sua uirtute q̃ gratissimus. Is iccirco istac iuit: ut deuotionẽ suam exolueret. Cupio apud omnes eum plurimum honorari: quoniã est mihi ob incredibilẽ suam uirtutẽ gratissimus: tum ob incomparabilem erga me obseruantiã æque carus ac ego. Si me amatis hunc honorare summopere: admittite gratiose: ac excipite beneficentissime: cẽseteq; hoc mũnere uos in me nihil conferre posse iucundius. Ex Mediolano pridie Kalendas Iunias.

Medicinalis Grauis.

Erasistratus eos recitat reges: qui suis tẽporibus uiuerent medicis esse tã delectatos: q̃ quod maxime. Hagesilaus uero medicos inquit iccirco dictos esse Apollinis filios: quod hominũ uitas tuerentur: ut Phœbi luminare quicquid in terris gignit᷑: tueri solet. Quod diligentius Naso complexus est: cum ait: Inuentũ medicina meum. Num id mediocre munus est: quod pulcherrime poetæ fabulant᷑ Aesculapij medicaminibus Hippolytũ Dianæ restitutũ Virbiũ appellatum! Nam qui quasi sunt difficultate morbi in orcũ traducti: medicorum officijs uitæ restituuntur. Q̃obrem apud ægyptios Inachus & cultus est pro numine: & Osiris appellatus: quasi oculus multa uidens. Sed non erant ꝑ id temporis alij: q̃ chirurgiæ periti: physici uero nulli: ad Hippocratis usq; tẽpora. Nunc aũt medicina floret: ubi & Galienus Pergameus: & Auicenna: & Serapion tam claram reddidere medicinam: & noui sunt plurimi: quorum ingenia facultatem hanc nobilitarunt. Inter quos cũ habeamꝰ nos quidem medicum chirurgicũ: simul ac physicũ (ut decet quidem esse) omni laude præstantem: uirum probum ac inocentem: nobisq; deditissimum: huic afficimur uehe

Erasistratus
Hagesilaus
Ouidius. i. metamor
Osiris
Optimi medici

mentius: cupimusq; hanc in eū beniuolentiam nostrā oīb⁹ esse pspectissimam: sed uobis imprimis conciuibus: propinquisq; illius. Q̃obrē sic existimate: nullam rem tantam esse quā ꝓ uobis ego facturus non sim: modo illi me gratificaturum esse cognoscam. Gaudete igit᷑: & eū sp̄ existimate uobis profuturū: nō apud nos solū: sed apud quos nostra poterit quicq̄ intercessio. Ex Mł̄o kalendis Iunijs.

Synonyma Medicinalia.

Hic est clarissimus medicus.
Ab hoc uno dependet oīs bene medēdi ratio.
Quæ hic in medendo nō tenet: nemo tenet.
Nihil est medicinale: quod latere hunc possit.
Habet hic omnia medicinæ iura.
Est hic maximus medicorum interpres.
Tantus est hic medicus: ut queat cū antiquis cōparari.
Nullus medicinæ fructus hunc fugit.
Tam est hic medicaminibus clarus: q̄ qui maxime.
Accepit hic omnia medicorum fundamenta.
Secum hic attulit omnem medicinæ laudem.
Huic uel soli nostra tempora debent medico.
Hic nō chirurgicus modo: sed physicus est præclarus.
Nihil habet huius medicinæ peritia cum uulgo medicorū commune.
Cū quo ueterū nō potest hic meus medicus adæquari!
Quo nouoꝶ medicoꝶ hic meus nō est maior atq; melior!
Cui cedere possit hac tempestate medico!
Tanta est medendi peritia insignis: ut possit quasi deus coli medicorum.

Titulus. lxvi.

Legalis familiaris.

Herodotus Cicero. Quanti sint habiti semp iurisconsulti: & Herodotus describit: & possumus nō uulgari coniectura consequi. Nā ut Cicero inquit: ubi ius ratioq; perit: illic habitandū non est. Iusticiæ aūt ministri sunt ipsi legū sapientes: qui lites ut Paulus iuriscōsultus Paulus ait: dirimūt: discordias sedant: iras componunt: hoīesq;

hominū utilitati cogunt inseruire. Legis ergo clarissimus interpres utriusq; Lælius uir modestissimus ac unice quidem æquus: mihi ꝓ incōparabili sua sapientia dilectissimus est: & cui cupiam mea intercessione: ab omnibus ubiq; terrarū faueri. Non quia cōmēdaticiā ꝓ hoc hoīe tam insigni laude cumulato misisse dicar (sua enim sit satis uirtute cōmendatus apud omnis) sed ut intelligāt oēs: q̄ti hunc faciam: q̄ti fieri a uobis optem: his paucis eius nomen prosecutus sum. Sed est certe multo præstantior: q̄ cuiusq̄ possit litteris explicari: & cui quicq̄d officij tribuit: mihi traditū esse ducā. Ex Ml'o. iiij. Nonas Iunias.

Legalis familiarissima.

Multis prosequerer uerbis epistolaq; ꝓlixiore clarissimū iurisconsultissimūq; uirum Lælium: qui præturā nunc istic exercet: qui ut est innocētissimus: sic æquissimus: & dignus qui maiori præsit digniorīq; magistratui. Eum non ut cæteros pedaneos iudices: sed ut rarum ac præstātem a uobis cæterisq; subditis nostris cupimus honorari: cum non tam soleat lucro ad magistratus: q̄ potius gloriæ cupiditate ꝓduci. Sitis in huius præceptis obsequiosi: ut intelligat uos fide in me potius præstare: q̄ diuitijs: alioq; urbis ornamēto. Id ubi feceritis: & prætorē istum mihi deditissimū semper obseruaueritis: gratificabimini mihi plurimū. Ex Mediolano tertio Nonas Iunias.

Legalis Grauis.

Legum maiestatem: quā uenerandam Augustus declarat inquiēs: Legum uenerāda maiestas: maximā apud omne hominum genus fuisse: declarant omniū nationum ac linguarum codices atq; monimenta. Nam cum eadē tēpestate Moses hebræis: Mercurius Trimegistus Assyrijs: Cecrops Atheniēsibus tradiderūt leges: culti sunt ꝓ dijs singuli apud suos. Nā & Iuppiter apud Cretēses non multo antea: & alius eodē nomine apud Arcades: quia leges suis populis statuissent: uenerationē consecuti sunt. Idem de

Augustus Cæsar

Apolline legim⁹ factitatū:Idē d' Aeaco:Minoe:Rhadamā thoq;:qui qm iudices seuerissimi fuissent:apud inferos dā-nare sunt dicti reos. At nō multopost Lycurgus apud La-cedæmonios:Solon apud Atheniēses eas istituere leges: q̄s & Xenophon recitat: & ad nostros traductas intelligi-mus orbē terrarū hodie moderari. Nā sine hoc iure:qđ ex positum ait Cicero pplo:ut obseruet:quis bene uiuat: aut deniq; inter hoīes uiuat! Q̄obrē in hunc usq; diem assidue iurisperitissimi Bartholi Baldiq; similes honorātur:nec par uo habentur in precio. Id cum ab alijs diligenter seruetur: tum a meipso cui Lælius clarissimus hic iurisconsultus est iucundissimus:qui cū ingenio est acutissimus:tum doctri-na sapientissimus:tū etiam fide innocentissimus. Eum pro tam egregia laude plurimum amo cupioq; a uobis cæte-risq; meis plurimū honorari. Ex Mlo pridie Nonas Iunias.

Cicero

Synonyma legalis laudatoria.

Quæ pōt ars cū legali comparari!
Nulla facultas in urbe pōt cū iuris æquari sanctimonia.
Supat ius ciuile pontificūq; facultates quasq; reliquas.
A legū peritia uinci solet omnis in republica administran-da disciplina.
Si recte ius tenes tuæ patriæ:potes in ciuitate præesse.
Prouinciæ præsides legalis solet ars efficere.
Tanta est legalis facultatis laus:ut nulla sit in urbibus regē dis ratio:quæ cū hac audeat conferri.
Qui uolunt ei uacare sciētiæ:quæ plurimū sit in regēdo fo ro necessaria:uacet legibus.
Tā est egregia legū peritia:ut præstātior nulla dici possit.
Qui deprimūt legū maiestatē:nō sunt homines.
Hūanæ societatis fundamētū in recta legū sapiētia cōstat.
Nihil est in aliqua disciplina tam egregiū:ut a legali facul-tate nō superet.
Qui legalis est facultatis peritissimus:is uerā nō simulatā philosophiam ꝓfitetur.
Hic iuriscōsult⁹ Vulpiano est:Cerbitio:Belaq; præstātior.

Titulus.lxvij.
Poetalis familiaris.

Cur uates sint a ueteribus appellati poetæ: si recte cōsiderec̃:facile inuentu sit:quadā fuisse hos quondā diuinitatis apud homines ueneratione cōspicuos:ut non iniuria illud Nasonis legat̃. Sūt etiā qui nos numē habere putent. Itaq; poetarū ego præstantiā nōnunq̄ admiratus Læliū poetā illustrē assidue feci plurimi:cum eius sim uirtutem beniuolentia prosecutus:tum a quo uiderim posse quicq̄ imortalitatis meo qdem acquirere nomini. Id ut ego sic istitui: sic uobis fratribus meis dilectissimis obseruādum esse uelim. Cū mea em̄ salute uestra est cōiuncta salus: a meæ mentis studio:uos natu minores studia quoq; uestra debere seq spero. Ex Mediolano Nonis Iunijs. Vates Ouidius.

Poetalis familiarissima.

Poetam scitis o filij:sapientem solere interpretari:ut certe boni poetæ censendi sunt omniū sapientissimi: quos nulla facultas lateat. Accedentē igit̃ istuc Læliū poetā mihi pro sua incōparabili doctrina carissimū: nō admiremini solum sed legentē assidue audite:a docente sp̄ discite:tuncq; uos mihi plurimū gratificaturos existimate: cū eius hærebitis nocte dieq; lateri:ut nunq̄ nō doctiores discedatis. Parete præceptis hisce meis. Ex Mediolano. viij. Idus Iunij. Poetæ

Poetalis Grauis.

Ante poetas neminem inuentum esse ullius facultatis auctorē: testat̃ philon iudæus: qui Platonis coætaneus fuit. Apud Aegyptios aūt primi fuerunt omniū qui sacerdotū & prophetarū cognomēto humanarū simul diuinarūque rerū cognitionē tradiderunt. Nam Vulcanum Nili filium qui secreta naturæ carmine reserauit:constat poetam extitisse uetustissimū. Cadmūq; Agenoris filiū: & Linum eius discipulum:a quo didicere poeticam Orpheus Pronorpides atq; Hercules. At Orpheus primus est apud græcos: q scripsisse inueniat̃ historiam uersibus. Ante Homerum autem & Hesiodum scripsere nulli neq; medici: nec Iuris Philon Vulcanus Cadmus Linus Orpheus Homerus Hesiodus

consulti: nec philosophi: nec ullius facultatis auctores. Po-
Strabo etarũ tantũ fuit ingeniũ: ut ab Homero fateat̃ Strabo: uel historicos: uel philosophos: uel legũ latores suarum artiũ usurpasse primordia. Tam aũt est egregia facultas hæc in-
Apollo tellecta: ut Apollinem poetarum deum esse dixerint: & ei⁹ oraculo apud Delon uota tradiderint. Quid quot tãta deinceps facta carminis celebritas: ut sine carminibus uel ipsa quidem sacra in templis nõ sint præmissa? Quod ut in-
Dauid stituit apud suos Dauid ille rex deo gratissim⁹: sic & in hodiernũ usq; diẽ obseruãt oẽs christiani: quid christianos ac sanctos dixi: omnes diuersarũ sectaꝝ atq; nationũ cerimoniæ: ut psalmis hymnisq; ducant maiorẽ nasci celebritatẽ. Quid eulogia? Quid triũphãtiũ festa? Quid cætera quæq; laude refertissima: quæ sine carminib⁹ ꝓcedere uident̃ nequire? Accedit elegantia poeticæ facultatis in referẽdis ijs oĩbus: quæ aut natura sunt aut usu referenda. Accedit dignitas uersuũ: qui ut copiosi sint: sic etiã ingeniosi: suiq; tenaces: ut nõ cadãt: nõ humi serpant. Hæc & multo cognoui iandudũ in Lælio poeta præstãtissimo plura: cui⁹ poemata fuere mihi semꝑ tã iucunda: ut iucũdius nihil eẽ queat. Cupio idẽ de hoc tam excellenti uiro & tibi uideri mi rex humanissime: quem ut cognoscas: & admireris: & non sine causa tam mihi gratũ existimes: nuꝑ ad te uisendum misi. Vale. Ex Mediolano. vij. Idus Iunij.

Synonyma poetaliũ laudatoria.

Poetica est facultas antiquissima.
Poesim uetustatis nobilitate cæteris antecellere sciũt oẽs.
Nemo est quẽ lateat: q̃ sit poetica præstabilior reliquis.
Poetæ ut ingenio sũt acutissimo: ita qui homines magnos reddere solent æternos.
Audeat ulla scientia cũ Homeri contendere facultate.
Nulla tãti ẽ facultas faciẽda: quæ possit cũ poetica cõpari.
A poetica facultate sunt exordia nactæ oẽs aliæ.
Tanta est laus in hoc poeta: ut in nullo maior.
Potest hic existimari par Nasoni aut Musæo.

Quis est in ullis actibus: qui nō cedat poetis!
Poetarū laus instar aquilæ sup alitibus: præcedit reliquos.
Hic uates tantū habet salis: quantū grauitatis.
In hoc uno & doctrinam admireris & aptitudinē.
Vt cōducit tpibus atq; rebus: ita quæq; describit.
Cogit uisis: quæ assidue dictat: omnes obstupescere.
Diuina sunt potius: q̄ humana: quæ hic facit poeta.
Hui⁹ poetæ siles phœnice rariores in Italia inueniri solēt.

Titulus. lxviiij.

Philosophalis familiaris.

Etsi philosophādi scientiā nōnullis necessariā eē duco: sine qua nec illi aut illi mereant appellari suarū facltatū titulis: tā ppriā tn̄ habere sedē arbitror (ut Aristoteles ait) ut is solus mereat p̄hus appellari: qui morib⁹ doctrinaq; philosophet. Huiusmodi uir nūc apud uos ē o filij: q ut est doctrina Plato: sic Catonē uita refert: quē ut & audiatis docentē & imitemini uitā instituentē: nō iubeo mō: sed si æquū est: rogo. Sic me faciatis uiuere iucūdissime: si illi⁹ uos seruare præcepta uidero: & instituta: q mihi p sua incredibili doctrina pbitateq; tam est carus. Ex Mlo. vi. Idus Iunij. Aristoteles Quis p̄hus

Philosophalis familiarissima.

Læliū philosophū & uita: & eruditione cupio plurimū & uidere & audire: & sic totū amplexari: ut non nihil ex eius me sequat disciplina. Vt em̄ pistores nequeūt ex pistrino nō redire farinacei: sic ego discendi cupidissimus nō ualebo: nō ab eo quicq̄: & ad institutionem uitæ: & ad eruditionis præcepta reportare. Cura igit: q̄tū potes: ut ad nos ocius eat: nihil apud nos ei cōmoditatis est defuturū. Ex Mediolano. vi. Idus Iunij.

Philosophalis Grauis.

Philosophandi scientiā & si solent sibi propriā poetæ dicere: tum mathematici: tum oratores (ut Cicero docet) hæc sine philosophia mancha iudicari: Tamen uarios habet apud historicos suæ laudis inuentores. Atlantem Afri adducūt. Orphea uel Zamolsim Thraces. Linum Thebani. Cicero Inuentores p̄hiæ

Aegyptij Vulcanũ. Galli suos Dryides & Semnotheos: alij aute alios: qui philosophiæ primordia & dederint: & amplificarint. Quæ siue a Zoroastre magorũ principe: siue a Persarũ Chaldæorumq; gymnosophistis origine facultas sit tracta: in uberes illos diuisa sciendi fontes. Rationalem: moralem: naturalemq; præ se fert scietiam: docetque non solũ hominem cætera: sed quid sit etiam ipse homo. Quæ sunt rerũ secretarũ abditissimæ latebræ: quas philosophia non inueniat? Vbi quicq̃ est hominũ obscurum erroribus: quod huius ductu curaq; non splendeat? Q̃ potest mens hominũ in errores lapsa incurrere ægritudinẽ: in qua non sanet philosophiæ gubernaculis atq; medicaminibus? Recte Stratonicus hanc sanitatẽ appellat. Hæc argutis ingenijs docet contẽdendo uerũ exquirere: ac inuenire. Hæc uiã bene beateq; uiuendi suis parat præceptis. Hæc facit ut arcana quæq; naturæ philosopho referent. Huius ego clientes plurimũ amo: imo ueros moribus ac peritia philosophos numinũ instar & colo: & ueneror. Audio istic docere philosophiã nescio quẽ Læliũ græcarũ: simul latinarũq; pitissimũ litterarũ: quẽ qui audiũt: continuo incipiant doctrina: qui uero imitãtur: moribus philosophari. Cura si potes ut ad nos eat: nec quicq̃ stipendij recuset: quod ab me postulat: habebit quæ uolet omnia. Ex Mediolano quarto Idus Iunij.

Phiæ diuisio

Stratonicus

Synonyma philosophiæ laudatoria.

Hic philosophus est omniũ peritissimus.

Non minus hic est morib⁹: q̃ doctrina philosophus.

Habet hic ex pristina philosophia & uitam & doctrinam.

In hoc philosopho habent quẽ & audiant eruditi: & imitẽtur boni.

Ab hoc philosopho nihil accipi põt: quod aut doctum nõ sit: aut cultum ac innocens.

Philosophia huius est omnis uera: nusq̃ simulata.

Nulla est in hoc labes: omnis laus.

Est hic philosophus tã suæ facultatis titulo dignus: q̃ apud

priscos ullus alter.
Quid hic habet a uirtuteueraqꝫ philosophia disiunctum!
Vt hic docet: præstat esse phum: q̄ scire philosophiam.
Nihil huic est cū ullo cōmune uitio: ulla ue imperitia.
Habet hic: quæ decent philosophum omnia.
A philosopho tm̄ hic aberrare pōt: q̄tū a seipso cœlū.
Phia huius nō simulata: sed suo cōueniēs est nomini.
Qua re omnes accusant̃ philosophi: quod parū studēt in/nocentiæ: hic nunq̄ accusabit̃.
Quod in plærisqꝫ uidet̃: qui se philosophos dici uolunt: in hoc est nulla inanis auiditas gloriæ.

Titulus.lxix.

Mathematicalis familiaris.

Qui curā ijs adhibuere facultatibus: quæ sunt ab actione alienæ: sed subtilissimæ certe: non sunt multum in actione uitæ (ut Cicero docet) laudati: sed admiratione dignissimi q res secretissimas non multū in usu uersatas sibi & procu/rauerint: & summa indignatione sint assecuti. Nā astrono/mos reliquosqꝫ mathematicos & chaldæi primum inuēto/res: & uniuersa deinceps Græcia quasi numina quædam in terris coluit. Q̄obrem cōstitui omnino hisce mi fili uacare facultatibus: ut aliq̄n futurorū interpres possis fieri ad be/ne: beateqꝫ uiuēdū instructior: atqꝫ minus difficilis. Ex Me/diolano. iij. Idus Iunij.

Cicero

Astrono/mia inuēta

Mathematicalis familiarissima.

Improbent mathematica rerū omniū bonarū irrisores isti mordaces: ut uelint: ego te ijs uacare decreui. Quid em̄ ar gutius ac uerius ea inuenit̃ scientia: quæ paucissimis nota res aperit futuras: musicā docet cōsonantiā: metit̃ telluris uel abditissima quæque: ac uno ictu multos accumulat nu/meros! Hæc ut est rarior: ita & mihi iucūdior: & uisa homi/ne nobili dignior. Huic igit̃ opam oēm adhibe. Ex Medi/olano pridie Idus Iunij.

Mathematicalis Grauis.

Viciniores solis ortui primi ab Herodoto: Straboneqꝫ re/

Herodotus
Strabo

t

Inuentores astronomiæ citant͛ oĩm astronomiã inuenisse. Zoroastrenq; dicunt alij (Platonẽ secuti) deorum imortaliũ hanc nobis dono cõperisse. Alij uero inqsitione diligẽtius inuenisse. Ptolemæum aũt admirant͛: q post tot annos tã egregie sit in illis uersat⁹ & doctrina & rez experientia: quæ uix ij primi attigissent.

Homerus Homerus aũt & astrorũ cursus: & mensurationem: numeros: harmõicasq; describẽs aliqñ cõsonãtias: uix sibi credat in summa rerũ oĩm difficultate cũ dicat sine testib⁹ ꝓbationi fidẽ adhibendã. Ego & ueterũ & nostroz in his facultatibus cõsiderãs laudes: uolutãsq; nonnunq̃ mecũ animo: q̃ti fuerint: sintq; assidue præcij: qui possunt ex ijs fundamẽtũ & ueritatẽ elicere: qui sunt oĩm obscurissimi: & admiror & ueneror: si quos intueor eiusmodi mathematicos: qui uera sint laude digni. Puto enim hæc aut ꝓuidere: aut rimari: nõ tam humanitatis officiũ esse: q̃ potius diuinitatis. Quãobrẽ cũ istic: quo te mi fili discendarũ misi bonarũ artium gratia: factus sim certior mathematicũ esse uirũ nõ officiosum minus q̃ ingeniosum: hoc est & doctissimũ: & bonorum amãtissimũ: ad eũ te cum hac ep̃la cõferas cõtinuo uelim: ipmq; meo nomine roges: tibi sese nõnũq̃ disciplinas suas impartiat͛: sed ea quidẽ sollicitudine: qua solet amicos. Nã cũ nulla tibi sint ijs in artibus principia: est inchoãdũ a characteribus (ut aiunt) ut facilius ad calcẽ peruenias. Id si tibi cõmodaturũ se ꝓmiserit: intelliget ꝓpediem nõ cõtulisse officiũ in ingratũ. Nã ut meapte sum natura in eos omnis liberalissimus qui me aliqua donant gratia: ita in huius operã conabor: superare meam & naturã & cõsuetudinẽ: ne se unq̃ iactet me uicisse officijs decertantẽ. Esto tu modo studiosus. Ex Mediolano Idibus Iunij.

Synonyma mathematicalia.

Doctissimus hic est arithmeticus.
Acutissimus est astronomus.
Diligentissimus est geometer.
Sonorus & suauissimus est musicus.
Huic sunt cœli secreta cognitissima.

Ab hoc possumus futuros accipere rerum euentus.
Hic maximus est & certissimus uates.
Huius facultas ab astris nihil habet disiunctum.
Tam est hui⁹ animus in stellarum consideratione compo/
situs: ut uel somnians inter sidera uerset.
Qui hunc hacten⁹ ignorarũt: sciant posthac astronomorũ
rarissimoꝝ excellentissimũ esse.
Plurimum laudant omnes hunc mathematicũ: at ego ꝑr/
sus admiror.
Neminem mathematicorũ esse cũ huius scientia cõparan
dum: arbitror.
Est hic ut in reliquis mathematicis clarissimus: sic in astro/
logia solus nostra tempestate Ptolemæus.
Albumazar (cuius hic nitit̃ studijs) ab huius scientia iudi/
cijsq; longe ac late se uictum esse fatetur.
Nullus ẽ mathematic⁹ in ulla natione hoc tp̃e huic similis.

Titulus. lxx.

Omnium artium familiaris.

Primus omniũ Gorgias legit̃ leontinus ita sensisse ut ora/ Gorgias le/ ontinus
torẽ se nemo auderet profiteri: qui nequiret de omnibus
quæ ab eo quærerent̃: respondere. Quod cum plærisq; in
locis uideat̃ & Tullius affirmare: mirabile certe munus in Tullius
hominibus esse cœlitus duco: ut oratoria sit omniũ artium
& disciplinarũ artes complexa unusq; orator inter oĩs que/
at reliquarũ artiũ ꝓfessores: quasi in propria uersari offici/
na. Quare cũ ego in gymnasiũ istud te litterariũ miserim:
ut discas: fac ut omnino te dedas oratoriæ quã scimus oĩm
artiũ esse complexam facultates. Ex Mediolano. xix. Kalẽ/
das Iulias.

Omniũ artium familiarissima.

Cũ intelligam istic oratorem esse clarissimũ: qui sit tam in/
ter omnis scientias familiarissimus singularis: ut admirari
cogat omnis earum professores: cupio ad eum amandum
sequendumque te accingas: nocte dieq; ab eo non disce/
das. Nullum ei negato suæ disciplinæ precium. Nihil si me

amas:prætermitto: quo te illo posse gratificari cognoueris. Afficies eo me pacto tanta uoluptate:ut incredibile dictu sit. Ex Mediolano.xviij.Kalendas Iulias.

Omnium artiū Grauis.

Q̄q̄ poetas aliqn̄ audiui:affirmauique oportere omnium artiū esse peritissimos:ut omnia recitantes nihil ignorarēt ut Simonides & Hesiodus docent: nō tamen hoc munus oratoris minus esse duco:q̄ poetarum. Nam ut Tullius dixit: Si de medicina defensionē sit orator interceptur⁹: aut de astronomia:aut de re militari:quibus poterit argumentis eius tueri causas: nisi eas ipsas tenuerit artis:in quibus uersabitur defendendis! Certe nō iniuria concluditur:uix singulis ætatibus singulos tolerabiles oratores extitisse:cū reliquarū facultatū plurimi semp̱ extiterint & p̱fessores: & peritissimi. Nō parū est in persuadendo se unū omnibus exhibere audiendū:qui & dicendo auditorum animos in sententiā trahat:& suadendo ac dissuadendo :in oī re uertat quo malit. Q̄ aūt hoc scire quemlibet deceat:qui sit ullius facultatis honeste laudē habiturus benemerens:uel ab omni hoīm facultate cognoscat: Theologis: Medicis: Iurisconsultis:qui nisi hac oratoris ui atq; maiestate annitantur:nihil uel prædicādo:uel medēdo:uel in agēdis causis p̱ficiāt. Oratorē ego rite fateor ueteres imitat⁹ oīm artium quēdā cōplexorē esse:q ut Cicero Demosthenē secut⁹ uoluit:cū oratiōe hoīes bestijs ācellāt:eadē bona & sapienti reliqs præstet hoīm laudibus:sitq; uel hoīe longe maior & præstabilior. Huic adhibeas oēm diligentiā & industriā uolo:nec ad ullū te ullius facultatis opificē conferas potius:q̄ ad urbis isti⁹ oratorē:q ut clarissim⁹ est:sic etiā nostrū amātissimus. Ex Mlo.xvij.Kalendas Quintilis.

Simonides
Hesiodus
Tullius
Cicero

Synonyma omniū artium.

In hoc uno est omniū artiū excellentia.

Nihil ex cunctis est bonis artibus:quod hunc lateat.

Potest hic solus ad omnia cunctarum artiū abditissima respondere.

Tam est hic orator bonarũ artium singulaꝶ peritissimus: q̄ nullus apud ueteres extitisse ꝓhibeatur.
Nulla ex arte quicq̄ est huic incognitũ.
Habet oĩm hic facultatũ singulos qdẽ locos ꝑspectissimos.
Sola est oratoria cæteraꝶ omnium disciplinarũ & capax & particeps.
Qui sese oratorẽ uocat: is ꝓfiteat̃ omnes artes.
In oratore nequit eloquẽtia sine sapiẽtia existimari.
Quæ sapientia decet oratorẽ: humanaꝶ est & diuinarum scientia rerum.
Ad oĩs artium oĩm fontes debet orator respondere.
Nihil eũ fugiat: q nõ ĩmerito sit oratoris gloriã cõsecutus.
Oratorum laus in omnibus est artibus discutiendis: intelligendis: tractandisq; constituta.
Tanta est oratoriæ uis: ut omniũ debeat artiũ fundamẽta progressusq; tenere.

Titulus. lxxi.

Militaris cũ adhibenda fide familiaris.

Militãdi certe laus: quæ nõ corporis solũ uiribus: sed multomagis animi splẽdore continet̃ (ut probat Xenophon) a ueteribus est semꝑ summo existimata in precio: at ita q̄dẽ: ut nõ bellũ modo milites in cãpis gerere scirent: sed in urbe patria cõsulere dignitati ciuiũ: suorũq; ĩdẽnitati. Propterea cũ se iactaret apud Philippũ macedonẽ suus miles qđ fortissim⁹ foret: tibi præfero dixit elephantem Philippus. Cũ te igit̃ militiæ dederis: fac ut nõ malis bestiaꝶ similis furore: cædibus: uiolentiaq; cẽseri: q̄ uirorũ ingenio: cõsilio: ĩnocentia: pietate. Ex M.l'o. xvi. Kalẽdas Quintilis. — Xenophon; Philippus macedo

Militaris cũ adhibẽda fide familiarissima.

Qui militiæ uacas mi fili: fac ut te uerũ nõ simulatum exhibeas militẽ: q nõ in dimicãdo: uiolãdo: cædendoq; cognoscit̃: sed in uictoria cõsulto prudent̃q; cõsequẽda: in deliberandoq;: q̄ sit modestus: q̄ ĩnnocẽs: q̄ pius. Quib⁹ autẽ hæc singula gradibus cõseq̄ris a Lælio accipies: q hãc meo noĩe tibi reddidit epistolã: cui⁹ adhibe uerbis æque fidem: ac si

præſens expreſſiſſem. Dicet em̄ a meipſo. Vale. Ex Medi-olano. xv. Kalendas Quintilis.

Militaris cū adhibenda fide grauis.

Qui ab uetuſto tp̄e militarunt

Militādi facultatē ut antiqſſimā cenſeo (Militauit Moſes: Militauit Cadmus: Militauit Iuppiter. Inter primos aūt hiſtoriarū fontes Ninus: Cyrus: Xerxes) ſic & præſtantē int̃ eas: quibus in hac uita nobis ē opus. Nō em̄ ut eripiat̃ cuiq̄ uel uita uel res: eſt inuēta: ut uiolēter & impudice qcq̄ effi-ciat̃: ſed ut: ſi qs uelit tyrānus & uiolētus eſſe: militandi pe-ritia ei obſiſtat̃. Pacis igit̃ cuſtodiā militia uera quærit: pa-cis fundamentū ac robur: ut Demoſthenes docet. Haud em̄ tā armis: phaleris: uaginaq; Aeneade gaudere debet bon⁹ miles: q̄ potius eaꝶ peritia facultatū: quib⁹ bene uiui tur ac beate. Q̄ ſi caſtramētationib⁹ ſoliſq; expugnationi-bus hoſtiū cōſtaret militiæ laus: ſolis quoq; cōſtaret corpo ris bonis: quæ longe ſunt illis inferiora: quæ ad animū atti-nēt. At Plato dixit artē militarē corp⁹ habere ut materiā: animū uero ut formā: corpus qd̃ exerceret miniſterio: ani mū quo imperaret: corpus cū beluis cōmuniſſimū: animū cū īmortalibus dijs. Ad hæc aūt uide: q̄ profuerint Cyro: Alexandro: Cæſari: uel ad uictorias cōſequendas multarū ſcientiæ reꝶ. Itaq; cū te tandē militiæ dicaris: cupio & alia nō prætermittere: quæ ſint ad iſtā laudē ſūmope neceſſa-ria. Hæc qualia uelim eſſe: Læliuſ corā explicabit meis uer bis. Ex Mlo. xiiij. Kalendas Quintilis.

Demoſthenes

Plato

Ad militiā ꝓdeſt multarū rerum ſcientia

Synonyma militaria cū adhibēda fide.

Clarus miles nō animo min⁹ præſtāti: q̄ forti corpe cōſtat.
Huic adhibe fidē oēm in ijs: quæ tibi meo refert noīe.
Hic miles optimus nihil tibi dicet: cui æque nequeas adhi-bere fidem: ac mihi.
Vera militiæ laus uerā ſequit̃ mentis indaginē.
Nō prudentia minus: q̄ fortitudo prodeſt militi.
Nihil eſt tam propriū atq; ſuum militiæ: q̄ cōſilium: ingeni um: atq; fides.
Nō different a beſtijs milites: ſi ſolis cōſtarent membroꝶ

uiribus.
Non ufummodo roboris quærit militaris gloria: sed prudentiæ uim atq; maieſtatem.
Maxima militiæ laus ex multarũ optimarumq; artium diſciplina ſolet naſci.
Quid eſt in fortiſſimo turpius milite: q̃ ſi ſit furioſus.
Vt abeſt ab imprudẽtia bonus: ſic abeſſe debet miles.
Potes huic omnem adhibere fidem: qui meo nomine docet nõ nihil.
Qui miles hic ad te iuit: adhibe huic fidẽ ꝓ me omnem.

Titulus.lxxij.

Ad conciliandã gratiam familiaris.

Fuere maiores multorũ principum inter ſe nõnunq̃ inimiciſſimi: quoꝝ hæredes amiciſſimi facti ſunt: ut cũ Lacedæmonijs Athenienſibus nõ paruæ quondam extiterunt diſcordiaꝝ cauſæ: quas temporũ diuturnitas diremit atq; ſedauit. Itaq; ſi tuis etiã maioribus fuerunt cum meiſ inimicitiæ: diuertamus nos ab ijs odijs: quibus nullæ ſunt alternæ iniuriaꝝ cauſæ: ſed omnia pacatiſſima: uniceq; tranquilla. Cõciliemus ꝑ deũ ĩmortalem: mẽtes noſtras: ꝑpetuaq; deuinciamur fide: qđ ut ego me ſeruatuꝝ polliceor: ſic te recuſaturũ nõ ſpero. Ex Mľo. xiij. Kalendas Iulij.

Ad cõciliandã gratiã familiariſſima.

Pluribus abs te cõmunẽ animorũ noſtroꝝ conciliationẽ depoſcerem uerbis: ſi cenſerẽ ad id te difficilẽ. Sed cum intelligam: nihil humanitate facilius tibi: fio breuior: rogoq; nolis hanc gratiæ noſtræ conciliandæ nouitatẽ effugere: quã ſit uetuſtas diuturnior ſecutura. Nulla eñ hoc alia de cauſa quærit̃: niſi ut inuidorũ maliuolorumq; ingenijs obſiſtat̃: paceq; diutius firmiſſimeq; uiuatur. Ex Mediolano xij. Kalendas Quintilis.

Ad conciliandam gratiam grauis.

Nequeo non illos ſummis in cœlum extollere laudibus: qui nullis maiorum hærentes inimicitijs: conciliata ſibi

Qui ex inimicis facti ſunt amiciſſimi

 ſimi

alterutra gratia: facti sunt amicissimi: ut inter barbaros sci/
mus fecisse medos cũ assyrijs: inter græcos argiuos cum
thebanis: inter nostros Romanos cũ latinis: cũ tuscis: cum
sabinis: cũ quibus non modo sibi gratiã conciliarũt: sed cõ/
nubia iunxerũt: & ꝓpinquitatũ plura genera cõtraxerunt:
A qbus ut abhorruit oĩs dolus: sic & simultas omnis semꝑ
porro fugit. Hinc natæ sunt familiaritates assiduæ: tanq̃ ar
tæ cõtractæ amicitiæ: ut nihil inde dulcius: nihil amicius di
ci queat. His exemplis duci debent: qui boni sunt: quorũ
etiam maioribus quicq̃ fuerit discordiarum. Hac ego per/
motus ratione: conciliare tecum gratiam cupio: nec maio/
ribus cedo meis: qui maluerint hostili cum tuis more uiue
re: nec tuis tibi cedendum esse reor: qui ab hoc odio nõ cõ
tinuerint. Vbi em̃ finitimis sunt conciliatæ gratiæ: quid po
test deesse iucundi? Quid fœlicis? Omnia pacatis principũ
finitimorũq; animi rident: omnia florent: omnia coalescunt.
Fac igit͛ (amabo: & tu pariter) malis in hac gratiæ conciliã/
dæ ratione perpetuo uersari: cõmuniq; cõquiescere amici
tia: q̃ aliter sentire quicq̃: ut te facturũ nõ diffido. Ex Medi/
olano. xi. kalendas Quintilis.

Synonyma cõciliandæ gratiæ.

Nihil pluris facio: q̃ ut gratia inter nos concilietur.
Conciliandã gratiã optat supra modũ omnis mea mens.
In nostræ conciliationem gratiæ sunt omnes mei spiritus
inclinati.
Tam absum ab ulla inimicitiaꝝ memoria ut conciliare int͛
nos gratiam plurimũ expetam.
Conciliare inter nos gratiã: tã appeto: q̃ qđ maxime.
Si uideres: quo sim in te tuosq; oĩs animo: iãdudũ tibi fuis/
set mecum conciliata gratia.
Qđ præ cæteris oĩbus imprimis abs te quæro: est ut inter
nos conciliemus gratiam.
Fac ut cõciliata inter nos gratia: nõ solũ superiorib⁹ maio/
rũ nostroꝝ odijs finis: sed futuræ beniuolẽtiæ nostræ prin
cipiũ perpetuũ figatur.

Cũ nihil uideã tã esse nobis nostrisq; ꝓfuturum: q̃ gratiæ inter nos cõciliationẽ: quæro abs te: ut ei studeamus.
Si nõ neglexeris nostræ cõciliationẽ gratiæ: nec inutile tibi fuerit: nec incõmodũ mihi.

Titulus.lxxiij.

Ad reconciliandã gratiã familiaris.

Tantũ esse debet (ut Plato admonuit) beniuolẽtiæ cõponendæ uinculũ: ut q̃q̃ post conciliatã gratiã interuenerint odia: recõcilianda nõ neget͛. Id ut in plærisq; nationibus uidimus obseruatum: in Romanis tamen imprims aduersus Carthaginẽ: quæ & si fœdifraga fuit ac fidifraga: rursus ac iteꝶ impetrauit tertium usq; gratiæ recõciliandæ munus. Fuere post conciliatã inter nos gratiam: uel tua uel nostra causa suspitiones & simultates: Reconciliemus eã te rogo: curemusq; ne quid in posterũ odij possit intercurrere. Ex Mediolano.x.Kalendas Quintilis. Plato

Ad reconciliandam gratiã familiarissima.

Deleamus e nostris (si libet) mentibus inimicitiarũ pristinarũ: nouissimorũq; causas odiorũ: & inter nos gratiam reconciliemus: cum minus sit turpe iudicandũ: si totiens beniuolentiæ contraxerimus pacta: q̃ si maluerimus in iniuriis pertinacius eẽ diuturni. Inimicitijs ẽm interest dæmon: reconciliandæ gratiæ deus ipse. Hoc me perpetuo seruaturum promitto. Te autẽ spero: nõ negatuꝶ. Ex Mediolano.ix.Kalendas Quintilis.

Ad reconciliandã gratiã Grauis.

Et si legit͛ illud historiæ ueteris: Inimico reconciliato non confidas in æternũ: sic tñ intelligendum. Augustin⁹ interpretatur: eum qui recõciliatus est: esse rursus inimicũ: qui inimicitias ut falleret: dissimulasset: & gratiæ conciliationẽ simulasset. At ego diligẽtius illud Homeri mecum animo uoluens: qđ ab inimicis potius amor est quærendus: q̃ ab amicis odium: nihil magis appetij: q̃ ut perpetuo iungeremur amicitiæ perfectæ uinculo: quod si quãdo dissutũ est magis: q̃ uel laceratũ: uel discissum: uel cuius causa factũ sit: Augustin⁹ Homerus

omnes scimus. Mea certe culpa nihil omissum est: qd' ad æternæ beniuolentiæ pietatisq; cōseruationē pertineret. Haud ignoscant illis dij boni: qui delationibus falsis: susurrationibus murmurationibusq; finxerūt odiorū inter nos causas: ut utrosq; suo nutu regerēt atq; gubernarent. Sed de me certe decepti sunt. Nam nunq̄ apud me ualuit tale abiectissimoꝝ seruorum genus: nec tam mihi potuerunt unq̄ in te dicere quicq̄ asperum: ut aut fidē mihi fecerint: aut mentem perturbarint. Tandem acta sunt (ut hoīes solent: alij creduli: alij coacti) & trāsacta plurima. Ea infecta dici nō possunt. Si meo es animo: recōciliãda est nobis gratia: tantūq; in futura fide firmamēti collocandū: quantū si fuisset ante hac: hæ controuersiæ nō intercurrissent. Id ut uelis te unice obsecro ego me uelle: facturūq;: testor om̄is superos. Ex Ml'o. viij. Kalendas Quintilis.

Synonyma reconciliandæ gratiæ.

Reconcilietur inter nos īmortalis gratia.
Post superius odium nouissimum hoc recōciliet nos perfecta gratia.
Fiat reconciliatio inter nos gratiæ: quæ deleat e mentibus nostris odium omne.
Subeat nos tanta pietas: ut reconcilietur inter nos gratia: nec unq̄ amplius dirimatur.
Qui sapiūt: nō semel: at sæpius reconciliant gratiam.
Cuius fuerint superiorū inimicitiarum causæ: non quæramus: gratiam inter nos æternā recōciliemus.
Absit a nobis oīs furor: gratia sit perennis reconciliata.
Nihil plus appeto: q̄ inter nos reconciliari gratiā.
Vt est crebrius odiū execrãdū: sic assiduæ gratiæ reconciliatio quærenda.
Nemo bon⁹ diffugit unq̄ gratiæ recōciliandæ cōditionē.
Reconciliatio gratiæ bonas indicat mentes.
A recōcilianda gratia nō abhorrent: nisi mali.
Fiat in nostra gratia recōcilianda fœdus oē atq; pactū: quo manifesto cognoscat' ipsam nunq̄ dissolui posse.

Titulus.lxxiiij.

Ad se laudandũ familiaris.

Quis seipsum laudare: nullũ decere uideat̃: sitq; illud trito qđ uerbo dicit̃: Laus in ore sordescit proprio: nihil ẽ tñ tam uniuersale: qđ nõ admittat quicq̃ (ut Aristoteli placuit) exceptionis. Nã q̃ ego fuerim diligẽs in studendo adolescens: dieq; ac noctu uacauerim bonis artibus: hinc põt intelligi: qđ nondũ annũ quintũdecimũ fugiens docebam publice. Sobrie aũt uiuebã: inediæ nõ cedens nec algori nec æstui: sed in omni labore sollertissimus. Idẽtidẽ tibi cẽseo faciendũ mi fili: ut mei nõ desinas esse æmulus. Ex Mediolano. vij. Kalendas Quintilis. Laus ꝓpria sordet Aristoteles

Ad se laudandũ familiarissima.

Possem in te corrigẽdo admonẽdoq; mi discipule: me plurimũ laudare: docereq; q̃ essem ego laudatus ab omnibus hac ætate: q̃ tu uix litteraꝝ attigisti bonaꝝ cunabula. Quo fit ut nõ tã mei laudãdi q̃ tui cõmonendi grã: certo te scire uelim fuisse me in teneris annis tã studiosũ: ut maiori natu nõ fuerit multũ deinceps laborãdũ: qđ ut puer nõ prætermittas te unice rogo. Ex Mľo. vi. Kalẽdas Quintilis.

Ad se laudandũ grauis.

Laudabat se Chiron apud Achillem: ut in Homero legit̃: & Aristoteles apud Alexandrum: non alia quidẽ de causa (nec eñ se iactabant: uera loquebant̃) nisi ut discipulos ad similes inflãmarẽt laudes: & teneriora ingenia quasi allicerent ad imitandũ. Ego autẽ qui non tibi minus afficior: q̃ illis illi: possum etiã meis exemplis superioris ætatis ad uirtutes inuitare atq; ducere: Nõ eñ: cũ erã eiusdẽ ætatis fere cuius tu nũc es ornamentum: libidinibus uacabam: nõ in lasciuijs educabar: non uiuebam molliter: sed q̃uis omnia forent apud parentes mihi delicatissima: modestissime tamen degebam: nihilq; curabam uehementius: q̃ non esse cum ijs æqualibus: in quibus uel impudicitiæ quicq̃ uideretur uel negligentiæ litterarum. Aderam cum senibus præceptoribus quidem illis: a quibus & litteras simul: & Homerus

mores discere possem. Ita factū est nō multo temporis cursu: ut nō litteris solum eruditus: sed uita nō insulsus aut immodestus apud omnis ciues meos factus sim plurimi. His uitæ ac disciplinæ modis te uelim ambulare: meaq; sequi uestigia: quibus uel omne sit iter tibi futurū iucundissimū uel nusq̄ iniucundum. Quid enim est quod tuam magis futuram oblectet senectutē: q̄ si scias ac sapias! Scire autē: at nō sapere: te minus uelim: q̄ si sapias tātū: at nescias. Accinge te igitur: si me amas ac teipsum his ordinibus: teq; mihi gratiorem assidue fore: censeto. Ex Mediolano. v. kalendas Quintilis.

Synonyma ad se laudandum.

Ego semper bonis artibus uacaui diligentius.

Nusq̄ desij bonis facultatibus operā adhibere.

Fac ut imitere meam adolescentiam: quæ fuit in discendo sollertissima.

Nunq̄ te a bonis distrahas litteris.

Imitare me præceptorē tuum: qui fui sedulus in discēdo.

Quotiens ea perges uia: qua ꝑgressus ego sum: & litteris simul præstabis & moribus.

Nihil est tibi laudis defuturum: si mei malueris: q̄ tui adolescentis similem.

Omnis pueritia mea bonis est artibus exercitata.

Quid est: cur meā adolescentiam non laudem: quæ semꝑ est in litteris morbusq; exercitatissima.

Decet aliq̄n se laudare: ut alij ad idē laudis inflammentᷣ.

Fui puer modestissimus: pariter & litteraꝝ amantissimus.

Abhorrui in teneris annis ab omni scelere.

Nihil fuit mihi puero quidē odiosius ignauia & inertia.

Si quæris in euntis ætatis meæ rationem: uixi modestissime litteris deditissimus.

Titulus. lxxv.

Sui expurgatiua familiaris.

Vehemēter a uirtute quidē aberrat: qui me dicet uiolenᷣ oppressisse puellā: atq; tam grauem incestum commisisse.

Non em̄ solū nō sum Procbustes aliquis:aut Sisyphus:qui eiusmodi scelere delector:sed omni sum potius laude integritatis & pudicitiæ insignis. Nā ab ineūtibus annis inquiratur:ubi uixerim: quid egerim: qd attemptarim: nūq̄ me quisq̄ inueniet minus uacasse libidinibus:maiorē laudibus operā præbuisse. Quis æqualiū meorum in ullo unq̄ uirtutis genere mecū ausus est cōtendere? Itaq; nō potes me apud quenq̄ accusare:cui notus sim:qui tuæ mentis odiū nō accipiat. Ex Mlo. iiij. Kalendas Quintilis.

Proclustes
Sisyphus

Sui expurgatiua familiarissima.

Sum tā alienus ab hoc uitio:cui⁹ abs te sum accusat⁹:ut ꝓpinquior longe sim deorum imortaliū:q̄ hūanæ uitæ. Norūt me nō oēs solū ciues mei:apud quos in me debacchat⁹ es: sed uniuersi latini uirū & modestia incredibili: & innocentia singulari:quē meipm ubi nulla licet alia decausa laudare:tn̄ expurgādi mei gratia licet. Ne posthac igit̄ sis adeo in maledicēdo mihi sollicitus:ne simul & nihil ꝓficias:& tibi plurimū obsis. Ex Mlo. iij. Kalendas Quintilis.

Sui expurgatiua Grauis.

Nullo uidet̄ cuiq̄ tā licere suas in mediū afferre laudes casu (quod Demosthenes inquit) q̄ ubi accusatus est sceleris alicui⁹:a quo ē alienissimus. Tunc em̄ :ut deculpare se debet:suāq; (quod iuriscōsulti dicūt) innocentiā purgare:sic suas proferre laudes illas:quarū & fiducia sibi est maxima & certissimæ uitæ ratio accusato sceleri penitus hostis. Nā si laudant se plæriq; sui sola fiducia: nec improbant̄ :quāto id magis & eo licet ac decet sui purgandi casu? Tullius em̄ sola sui fiducia sic inquit. Nā philosophandi scientiam concedens multis: qđ est oratoris propriū: apte: distincte: ornateq; dicere uideor meo iure mihi uendicare. Accusasti tu me inquit Aeschines maiestatis: At quis in patriā pientior unq̄? Quis plenior caritatis? Quis ciuium studiosior? Sic mihi nunc in te licet. Accusasti tu me inq̄ auariciæ. Quis aūt me uno nō liberalior modo:sed ꝓdigalior? Quis min⁹ alieni cupid⁹ æris:alienarum rerum abstinētior? Sciūt oēs quos

Demosthenes
Tullius in officijs
Aeschines

habuerim magistratus: quas sedes diuersis in locis maximas: in quib⁹ poterã: quãtũ uolebã: quãtũq; uix corruptissim⁹ aliqs fuisset ausus cupere. Neminẽ latet: q̃ illinc nunq̃ aliqd reportarim: qđ patrimoniũ meũ coaceruarit (at reliqui assidue multa) ut splẽdidius ac magnificentius uiuerẽ. Venit ad me nõnunq̃ corruptor aliquis: a quo æs grande nobis offerret: ut impetraret aliquid. Nõ solũ nõ admittebat æs illud: sed uel eius attẽptator corruptelæ: si petebat rẽ turpẽ cũ maximo reijcebat dedecore: interdũq;: quod tm̃ facin⁹ anhelasset: castigabat. Itaq; ne teras tẽpus uir impie: alio em̃ nõ est appellandus ille nomĩe: qui famã alienã uult pdere: ne teras igit tẽpus in me accusando auariciæ: in quẽ talis criminis nũq̃ suspitionẽ cõijcies: faciesq; te semper existimari minus bonũ: magisq; maledicũ. Satius esset teipm corrigere: supiorẽ emẽdare uitã: me notissimũ non lacessere. Ex Mediolano pridie Kalẽdas Quintilis.

Synonyma sui expurgatiua.

Homerus Sum (ut Homeri sequar illud) Vlyxes innocẽtissimus.
Nullum est eiusmodi in me uitium.
Absum ab omni crimine.
Omnis est in me uirtutis laus.
Decet me bonũ ostendere: mei causa expurgandi.
Tu me accusas ĩmundicitiæ: quẽ omnes laudãt castitatis.
A quo abest auaricia longissime: falso tu dicis auarum.
Nihil est mihi cũ ullo scelere cõmune: cum uirtute autem omni cuncta cõmunia.
Quid esse ius adeo bonũ: quod ego nõ teneam: quem accusas omniũ pessimum.
Resipisce prius: quẽ omnes insanũ ducũt: mox me quem sapientẽ uocant: appellabis insanissimũ.
Tũc me cœpisti uocare malũ: cũ omnes optimũ esse rent.
Abs te uno uocor imperit⁹: cũ ab alijs oĩbus peritissimus.
Afficis tu ea me nota infamiæ: q̃ sciũt me carere oẽs Itali.
Nemo est plane in uniuerso terrarũ orbe: qui me sciat ineptũ præter te solum.

Dic assidue in me quicq̄: omnes me sciūt esse aliū: q̄ ipse soleas accusare.

Titulus.lxxvi.

Reddēdo se notū apud incognitos familiaris.

Vt illo utar Virgiliano: Sū pius Aeneas raptos q ex hoste penates classe uebo mecū: fama sup æthera not⁹. Est em̄ & hoc honestissimū laudandi sui genus: ut se reddat apud incognitos notū. Ita mihi fas est hoc loci ac tēporis obseruare meas laudes: cū uos o galli me minime cognoscatis. Arbitramini fortasse nō illū esse: qui sum: & hinc fit: ut nōnihil uel in me: uel de me suspicemini: quod ne quidē ausim cogitare. Sū ex insubria Mediolanensis: nobilissimo genere natus: theologusq; non uulgaris: qui de honestate uitæ ac innocētia possim cū quouis cōtendere uiro laudatissimo. Ex Mediolano Kalendas Quintilibus. Vir.i.æne.

Reddēdo se notū apud incognitos familiarissima.

Cū me nescias: qualis sim optime princeps: nec qui te reddant de mea cōditione certiorem: hic ulli sint: opus est ipse me tibi aperiam: & uero in ijs laudem: quæ tueri posse non dubitem. Poeticam professus ac oratoriam non cedo cuiq̄ hodiernæ tempestatis uel oratori uel poetæ. Rē magnam de me assero. Sed testimonia sūt paratissima: fac de me in hisce periculum facultatibus: uidebisq; facillime qd possis deinceps de me sentire. Ex Mediolano sexto Nonas Quintilis.

Reddēdo se notū apud incognitos Grauis.

Non imperite uoluit Isocrates: posse uiros qui essent incogniti apd' exteros: si qua præstabāt egregia laude: sese reddendi sui nominis cogniti gratia: laudare. Quod ut alios factitasse plærisq; legimus in locis: sic Homerū apud Vlyxes inducit a poeta sapientissimo: cum ad Phæaces aduectus est naufragio: nudusq; auditur: dicens se græcorū fuisse cōsulem: castrorum ducem: uictoriæ auctorem: triūphi participem: uirum & prudentia & fortitudine: & perseuerantia clarū. Quis aūt philosophorum: ut inquit Cicero: uel in Isocrates Homerus Cicero. in officijs

conteneda ut uidet gloria: no est gloriae cupidissimus: cumque
Apostolus uideat laudari nolle no se assidue laudat. Non & Aposto lo id licet Paulo: qui Corinthios: a quibus nondu bene co gnoscebat: admoneat: quot pro fide quantaque tolerauerit: si gloriari dicens oportet: gloriabor in infirmitatibus meis!
Pythagoras At Pythagoras in magna nauigas Graecia sese Pythagora uoluit nosci: qui & si primus se coepit sapiente non uocare sed amatore sapientiae: in hoc tn ipso uocabulo sibi uolens inuentionis laudes tradi: se laudabat. Ego quoque sum is unus qui & philosophado & diuina exprimeda scientia multa ia triui saecula: sumque apud eas urbes cognitissimus atque lau
Virgilius datissimus: quas cotra (ut Virgilius inquit) sol no steterit. Le gi em in omnibus Italiae Galliaeque studijs annos circiter quin quaginta: fuique ta utilis legedo: ac disceptando: ut nequeat paucioribus declarari uobis. Demu uisendi latioris orbis
Horatius in arte cupidissimus (ut illud sequar Vlyxeu) q mores hominu mul torum uidit & urbes: huc iui no eiectus domo: ubi nobilissima familia natus uiuo delicatissime ac opuletissime: no qa mihi desit apud Italos quippia: sed ut doctior illuc redea. Cupio igit & tibi optime princeps notior esse: & tuis hisce ppl'is: ut & tu mihi non nihil praecipias: ut me aptius noscas: & hi me no admirent. Ex Mlo. v. Nonas Quintilis.

Synonyma redditiua sui noti apud incognitos.

Su ego: que ignoratis: uir philosophiae peritissimus.
Que audiuistis Platone Mediolanesiu dici: ille sum.
Ne posthac me nesciatis: sum Italoru poetarum Apollo.
Nihil est mihi sine doctrina.
Sunt omnia mea cu uirtute coniunctissima.
Qui me hactenus hic no nouit: post hac sciat: poetam esse praeclarum.
Int hodiernos no mediocre obtineo laude theologos.
Tam est mihi ois doctrinae laus familiaris & nota: q ego uo bis nunc incognitus.
Si facietis ullu de me in ullo laudis genere periculu: aper tius me noueritis.

Si licet quenq̃ apud icognitos laudare: dico me bonaꝝ artium non participem solũ: sed tenacissimũ.
Sũ adeo humanitatis studioꝝ capax (quãq̃ uobis ignot⁹) ut possim nec ueteribus plærisq; si uelim cedere.
Vos me nescitis: At ego sum legũ studiosissimus atq; peritissimus.
Quæritis forte: quis sim: qui audeam: sum bonarum artiũ præceptor accuratus.
Ne me posthac nesciatis: hoc ē præcipuum in me laudis ut sim elegantissimus.

Titulus. lxxvij

Mercatoria familiaris.

Genus hominũ gnauorum & industriorum dixit eorum esse Theophrastus: qui terra mariq; solēt inquietissimi uacare mercaturæ. Hi nũc in orientē profecti: nunc in occasũ (ut ait Xenophon) nũc ad Sarmatas: nũc in Libyam: inde uehunt: hinc reuehunt: quæ nos miramur & illi: qui cum neq; difficultatibus parcunt: nec laboribus quidē ullis: ut honestatē uitæ tueant̃: se æque uitã suppeditare familiæ possint. Cũ mihi uos sitis mares quattuor: si statueritis: aut uestrũ alter mercator esse: feram id quoq; æquissima mente. Bene ualete. Ex Mľo. iiij. Nonas Iulij.

Theophrastus

Xenophon

Mercatoria familiarissima.

Modo minuatim nõ uendat̃: mercatoris & ars & uita laudanda est: quæ nisi foret: multa deessent ciuitatibus necessaria. Itaq; si tu fili mercatorem te mauis (ut dicis) q̃ iuriscõsultũ: facis tu quidem fortasse non insipide: ut studeas ei facultati: quæ neq; litteras excludit: nec ullum genus laudis nec interdũ ea negligit: quibus uiuat cõmodius. Probo cõsiliũ tuũ. Ex Mediolano. iij. Nonas Quintilis.

Mercatoria Grauis.

Cũ de mercatoribus Theophrastus loqueret̃: quæ Tullius deinceps ad nostros usurpauit. Genus uirorum inquit officiosorũ: sine quorum industria non omnino uiueretur optime in ciuitate benemorata. Ab ijs enim terra mariq;

Theophrastus

Tullius

per uarias orbis partes uehuntur ea: quibus & iucundior hominis uita fieri:& diuturnior. Q, & si discrimina ij subeunt plurima: sunt tñ sæpenumero maximam optimamq; consecuti laborum mercedem: ut ditissimi sint: opulentissimosq; instituant hæredes. Nam unde uel Luculli: uel Publij Crassi diuitiæ ortũ habuerunt: q̃ a mercatoribus? Nam licet mercatorũ ordo mediam tueret sedem: hoc est equestrem: ex qũa & qui uectigalibus emendis reddendisq; reipublicæ (ut docet Tullius) præerant: sic tñ erant urbis nerui: ut interdũ multis præferrent senatorib⁹: cum patricijs propinquitates cõtraherent: inter consulares cõuenirent. Nam Caius Manlius mercatore nat⁹ senator urbis effect⁹ est: propter & diuitias: & innocentiam. Non enim concludendum est: eum ab omni uirtute alienum: qui mercaturæ uacet: qui cum nauigat: cum suos expectat nauigantes: cum multa uidet ac diuersa: cũ hos atq; illos uarijs in locis audit: debet assidue: potestque cum litteris: tum aliis artibus laude dignis operam adhibere. Constat enim Tyronem illum Ephesium mercatorem: Aratumque sicyoniũ: quia cum mercatura non neglexerint & litteras: & omne uirtutis munus: aliqñ meritos: esse principes. Hoc si tu pacto mi fili uis uacare mercaturæ: ut nihil admittas ocij frustra: me summa quidem afficies uoluptate. Ex Mediolano pridie nonas Quintilis.

Lucullus
Crassus
Tullius
C. Manlius
Tyro
Aratus

Synonyma mercatoria.

Hic est is mercator: qui meritus est Iason appellari.

Huius est plurimũ laudanda mercatura: quæ quidem omnis est cum uirtute coniunctissima.

Tã ẽ hic lautus mercator: ut ad senatorũ accedat splẽdorẽ

Mercatura ne modo cũ mẽdacijs minutatim uẽdentium mixta sit: nihil habet nõ laude dignum.

Est in mercatura negociatio non improba: fidei obseruatio innocentissima.

Sunt in urbe mercatores nerui corporum.

Nisi mercatorũ inuenire t labor: deessent urbib⁹ nõ pauca

Nec ad uiuendum nec ad fruendū necessaria in ciuitatibꝰ ullis forent: si deesset mercatura.
Quæ nō crescunt in locis: illo deferunť a mercatoribus.
Mercatorem ut sollertia decet: sic & prudētia: & æquitas: & innocentia.
Tam est semper laudata mercatura: ut Romæ summo haberet in precio: ualeretq̧ auctoritate non parua.

Titulus. lxxviij.

Irritatiua in aliquē familiaris.

Delatores: quos Cicero docet: hominibus cunctis odio sp̄ extitisse: quo tu pacto nō exerceris: qui soles uitioꝝ esse hostis admiror uehementius. Adhibes aūt: quod magis obstupeam illis fidem: quod principem & grauē & bonū plurimū dedecet. Scis eñ: q̄tas interdū multo reges in calamitates cōiecerint. Nā ne longe exēpla petamus: Neronem coegit nihil aliud tā turpiter interire: q̄ qđ audiebat delatores. Spuriū igiť delatorē facinorosum nisi castigas & dolebis aliqñ summope consuetudinē eius: & memineris meæ fidei. Ex Mediolano Nonis Quintilibus. Cicero Nero

Irritatiua in aliquē familiarissima.

Si recte mi frater animaduerteres: q̄ & ad famam: & ad uitā obesse tibi possit Antonij familiaritas: ab eo nō secus ac a perniciosa peste abhorreres. Est homo ut malus & omni uitio maculatus: sic tuus inimicissimus: dissimulatorq̧ sui erga te odij. Quærit quicq̄d uel ingenio pōt uel industria: ut tibi non obsit solū: sed æternā calamitatē pariat. Si sapis ut sapis certo scio: execrare hoc mōstrum: ac abs te pelle. Ex Mediolano. viij. Idus Quintilis.

Irritatiua in aliquē Grauis.

Etsi omne malorum hominū genus uehemētius est detestandum: multo detestabilius tñ illorum: qui omnem operam uitijs adhibentes: & uideri uolunt boni: & bonos q̄ diligentissime persequuntur: afficiūtque pro sua uirili omni contumelia: cōuitio: probris atq̧ incōmodo. Vt enim earundem sunt simulatores atq̧ dissimulatores rerum: sic fal

Apostolus sos hypocritas imitati:ac per pseudo fratrum:quos Apo/
stolus improbat:progressi uestigia:nihil die noctuq; cogi/
tant q̃ ut se foueant:suiq; simillimos:innocentes autē gra/
ues :eruditos:sanctimoniæ uacantes:sui dissimillimos inse/
ctent:pdant:e medio tollant.Inter quos affero ad uos unū
o patres optimi:prælatiq; sapientissimi: quē fortasse uobis
incognitum ut cognoueritis:nedū ex uestro ꝓpellatis cœ/
tu : uerūetiā in obscurissimas tenebras & artissima cōiĳcia/
tis uincula:ut & ipse desinat esse maleficus:& eiusmodi cæ/
tera monstra hui⁹ exemplo deterrita nō uersent in hoīm
luce : religionisq; corona. Vir hic igitur Lælius:aut potius
hælua(nihil em̄ habet uirile:præter faciem: & eā certe idi/
cātē scelestæ mētis indaginē)q̃ sit ad fœlicitatē illā peripa/
teticoꝝ aptus:q̃ ad religionis:ueræq; sanctitatis beatitudi/
nē natus:audite:ac qd deceat de hoc iudicare:ꝓ uestra co
gnoscite sapientia. Cū soleant ueteres a nobilitate gene/
ris primas accipere nobilitatis partes : dicantq; : generosa
Seneca semina in hortis crescere suis:ut inquit Seneca : uidete q̃
hic sit generosus:q & abiecta familia: humiliq; loco nat⁹ est
Vir.v.æne. obscurissimus: ex ĳs inquā:de quibus inquit Maro. Multi
præterea: quos fama obscura recondit:& ex eo ipso abiec
to genere spurius natus est:dānato illo humano diuinoq;
iure coitu ex quo cū abiectione familiæ simul & ortus dāna
tione nihil non habeat muli plenū. Ex asino em̄ cretus ad
nihil ꝓducendū fructus nō educatus est solū : sed sic insti/
Eumenides tutus ut quas fingūt poetæ:cū nasceret Eumenidas inter/
fuisse ducā :& bubonem in taxo malū omnem cecinisse:&
paulatim hunc in stygia lotū unda factum ad omne facinus
malū semper exactissimū. Huius ut superiora discurrā tē/
pora: sedulo em̄ fuit flagitiosissimus : ut nihil de adolescē/
tia impudicissima quidem : iuuentuteque turpissima tan/
gam:modestiæ meæ consulēs :quæ sine linguæ petulantia
proferri nequirent : huc peruectam ætatem intuemur : ut
quo magis crescunt anni : eo etiam augeantur uitia : quo
plus fit annosus :eo magis ad uirtutem debilis :quo magis

æuo consenescit: eo magis uitiorũ omni genere iuuenes/cit:ut de seniore solebat apud Athenienses dici Demadæ. Nõ em̃ sese in ordinẽ contulit nostrũ diui professus patris nostri leges & instituta: ut uel hæc tueret̃:uel obseruaret: quorũ cum palam sit nõnunq̃ laudator: clanculũ est inob/seruantissimus:sed ut commodius posset q̃plurimos falle/re:suaq; tandem ĩmundicia: impudicitia: incestitate: ac oĩ turpitudine fœdare nostri ordinis inumerabiles.Id ut asse queret̃:adinuenit modũ ac uiã ad cætera paratiorẽ. Nam & si genere ignobilis est:natura notus: at diuitias sibi for/tunæ munera subtili ꝓcurauit ingenio. Vt em̃ sacrario sua illa demissa q̃nq; fronte præfici meritus est:sic subtrahens monasterio multa:in propriũq; non fur modo:sed sacrile/gus sollertissimus cõuertens usum uenundedit:in pecuni/am cõmutauit:factus est aliquando improuiso insperatoq; nummosus. Cõtinuo nõ ad exercendam uirtutẽ: pecuni/am traduxit:ne illo Iuuenalis laboraret.Haud facile emer gunt:quorum uirtutibus obstat res angusta domi. Sed il/lud audiẽs Horatianæ irrisionis mun⁹. O ciues ciues quæ/renda pecunia primũ:memoriæ satyricum aliud demãda uit. Vnde habeas:quærit nemo:sed oportet habere. Vbi nõnihil aureoꝝ cumulauit:eo modo institutionis diui pa/tris nostri paupertatẽ custodiẽs:in illud Ciceronis incidit: ut non sint ea bona dicenda:quæ bonos efficiũt malos: at malos longe peiores.In illudq; Augustini:ut nõ sit malum aurum & argentũ:quæ creauit deus:sed malus homo: qui dimisso creatore conuersus est ad creaturam.In illud Psal/mistæ:Simulacra gentiũ argentum & aurum. Statim em̃ hisce opibus latrocinio surreptis: fideq; sæpius multis fra/cta:factus est arrogantior:superbior:capitosior:pertinaci/or:neq; homines ueritus:nec deũ. Qua potuit calliditate astutissime perquisiuit:præesse Mediolanensi(ut non nes/citis)monasterio: pecuniaq; primũ corrumpere prælato/rum animos:attemptauit. Vbi nihil illo usq; profecit: cum tantum in ijs esset sapiẽtiæ: innocentiæ:perseuerantiæ: ut

Demades

Iuuenalis in umbricio

Horatius

Iuuenalis

Cicero

Augustin⁹

Psalmista

nequirent eorũ integerrimæ ac sanctæ mẽtes frangi: debi/ litari: moueri loco: ad aliud decurrit aucupij genus: ut ob/ seruantibus daret Mediolani monasteriũ: ea tñ simulãs id sentẽtia: ut cũ inde cõuentuales digrederent ipse pedetẽ/ tim insinuatione facta in suã redigeret conuentum manũ. Id cũ non est factũ: quod eius temeritati multorũ obstite/ rit cõsilium: eius calliditati uulpinæ: quæ sagacitati uirorũ prudentia: quod Dauus apud Terentiũ ait: hac nõ succes/ sit alia progrediemur uia: nixus est. Perquisiuit eñ: ut ob/ seruantiæ seueritate q̃si ꝓposita: q nequirẽt id pati difficul/ tatis: eijcerent: sibi uero quodãmodo semꝑ obseruaturo: quibusdamq; suis cõmilitonibus: compotoribus: comesto ribus: detractoribus: susurronibus: uoluptatisque ministris Mediolanẽse monasteriũ relinqueret cõmendatũ. O si id sceleris ꝑ ignauiã: secordiam: ineptitudinemq; cuiusq̃ ad mitteret: ouem inq̃ lupo cõmendatam. O templi deæ bo/ næ simillimũ: qđ cũ Romæ non liceret: nisi fœminis ingre/ di: tandem bonorum incuria: malorumq; sollicitudine illo uentũ est: ut soli mares in eo suas exercentes turpitudines orgia bacchanalia celebrarẽt: aduenientibusq; sanctissimis mulieribus diceret: ꝓcul o ꝓcul esse ꝓphane. Q eñ illud nihil est: quo de templo quidem illo dixit Iuuenalis. Talia secreta coluerũt orgia tæda: cum ea uideri possent: recita/ riq;: quibus nostrũ illud fœdaret: sorderet: putreretq; mo/ nasteriũ: si eius humeris: custodiæ: curæ: uigilijsq; deman/ daret. Vt eñ assidue is: cũ per solitudinẽ ac socios potest: in crapula: ebrietate: libidinibusq; uersat: ut est uanissim⁹: insulsissimus: ineptissimus: auarissimus: pessimus: sic om/ nia instituta diuerterent in incõtinentiam: temeritatẽ atq; sordes. Quid eñ cogitat is assidue: nisi prælaturas: ut mul/ tis imperet: nulli seruiat! Nõne iã est ausus uel quadringẽ/ tos aureos polliceri sollicitatoribus Romæ: ut episcopatũ nancisceret! Nõne stolam: argentea uasa: mitramq; & pa/ storale iam appararat: ratus põtificatus curam sibi nõ de/ futuram! Pellite hoc monstrum omniũ turpissimũ: in uin

Terentius

Iuuenalis

cla conijcite: castigate patres. Ne feratis uestrũ decus de-
turpare: nõ odio (ita me dij adiuuent) in hoiem: sed pieta-
te in nostram moueor religionẽ: & in uos obseruantia sin-
gulari. Ex Mediolano. vij. Idus Quintilis.

Synonyma in aliquẽ irritatiua.

Hic ut est pessimus: sic abs te reijciendus.
Euitanda est tibi penitus hui⁹ amicitia: qui ab omni abhor
ret laude.
Vt nihil huic est cũ uirtute coniunctum: sic abs te sit disiun
ctissimus.
Adhibe omnem operam: ut nullum huic imundissimo sit
tecum contubernium.
Fac ut hũc nebulonẽ æque: ac teterrimã effugias pestem.
Tanta hic est sorde: ut in quã domũ conuenerit: eã sordi-
dissimam effici posse putem.
Hic nõ modo malus est: sed inimicissimus tibi.
Ab huius tibi familiaritate cauendũ iccirco plurimũ duco:
quia & sceleratissimus est: & tibi futurus pniciosissimus.
Nulli cũ hoc cõmerciũ fuit: quẽ nõ deceperit: non fefelle-
rit: nõ fraudarit.
Cuius hic familiaritate functus est: quẽ nõ cõfecerit demũ
incõmodis plurimis?
Omnes qui huius sunt usi cõsuetudine: tandẽ in incredibi
les molestias inciderunt.
Tam est hic domi forisq; uitãdus: q̃ lues quædã exitiosa.
Vt in bono uiro periculosum est nihil: ita in hoc nihil sine
summo discrimine.
Tam hunc detestandum esse reor: q̃ q monstrum omnib⁹
est terribile.

Titulus. lxxix.

Inuitatoria ad cõmunẽ læticiã familiaris.

Cũ meditatiões hic assidue fiant militares: hastisq; ludat:
saltet: canat: cupim⁹ maximopere: ut & tu adsis: cũ amico
rũ (ut inquit Plato) debeant esse cuncta cõia. Inuitamus te Plato
igitur ad hanc nuptiarũ læticiam. Ducturi enim uxorem

Kalendis Aprilibus ea param⁹oĩa:quæ læticiã nuptialẽ ex/primãt. Qđq; antehac raro cõtigit cuiq̃:oratorẽ habemus tã disertũ: ut nõ tã laudare hũc meritis possimus uerbis: q̃ admirari. Est hõ rarus:imo quidẽ hodie solus. Hoc quoq; te lætiorẽ efficiet:atq; iucũdiorẽ:quẽ scio tali uiro plurimũ delectari posse. Q̃obrem fac:ut q̃primũ ad nos eas:huius læticiæ cõis causa. Ex Mľo. vi. Idus Quintilis.

Inuitatoria ad cõem læticiã familiarissima.

Cũ postridie hui⁹ diei natale meũ celebri sim læticia cele/braturus:existimo fore mihi diẽ multo iucundiorẽ: si præ/sentẽ & te uidero. Quid ẽm mihi sine te fuit unq̃ iucũdissi/mũ: q̃uis esset oĩ exultatione cumulatũ! Tu ẽm es animæ pars meæ:corculũ meũ:uita mea. Itaq; te facio ad hanc cõ/munẽ læticiã inuitatũ:cupioq;:ut ubi primũ hanc ꝑlegeris epistolã:cõtinuo te huc transferas: ubi & lætabimur: & de multis cõmentabimur. Ex Mľo. v. Idus Quintilis.

Inuitatoria ad cõem læticiã grauis.

Xenophon — Regum Persaꝝ institutũ fuisse ꝓhibet Xenophon socrati/cus ille:ut ad cõem læticiã ꝑ epistolas amicos inuitarent. Hic mos ad græcos in Europam traductus est: ut olympia/dibus ludis:& megalesijs:& apollinaribus:qui ad cõem læ/ticiam fuerãt inuẽti singuli:ex oĩ græcia inuitarent̃: alij ad currendũ ad stadium:alij ad saltandũ:alij ad luctandũ: alij ad uidendũ:læticiæq; seruiendũ. Per eã inuitationẽ doluit

Minos — Minos Androgeũ sibi filiũ interemptũ. Idem mos ad pri/mos urbis Romanæ conditores statim relatus ẽ:si recte cõ/sideret̃:qua uia & opportunitate raptæ sint sabinæ: nõ q̃a nõ putẽ maximũ perfidiæ genus sibi fidẽtẽ ꝑdere quenq̃: Sed quia sic ꝓhent ad cõmunẽ læticiã semꝑ eos inuitatos esse:qui sunt lætantibus inuitãtibusq; ullo cõiuncti propin/quitatis genere. Eo frætus reꝝ exemplo:nec turpe cẽsens illoꝝ imitari uestigia: quos oĩs est ætas semper admirata: nunc te ad cõem inuito læticiam: quã ego celebrẽ iccirco facio:q̃m qui princeps nobis ualitudinarius diutius fuerat hic optime nunc habet. Ad hæc autẽ:qui præerat Medio

lanensi nostrorum religiosorum monasterio: uir omni sce lere cumulatus: is eiectus est a principe: missusque in tenebras exteriores: ut illo utar euãgelico. Nã ubi diutius suæ latuerũt fraudes: tandẽ detectæ sunt: pœnasq̃ ꝓ criminib⁹ luit: ut non modo fama patiatur: sed ære omniq̃ fortuna: quã indigne ac inique occupabat: priuatas in uincla coniectus nunq̃ sit liberandus. Hæc ut cunctis debet esse nostris cõmunis lætícia: tum præcipue nobis: quibus fuit is acerbissimus aduersarius: quosque omni est semp odio insectatus. Q̃ autẽ obfuerit ordini: religioniq̃ uniuersæ: quis est: qui nesciat! At in eũ id tandem cognitum est quod Valerius est cõplexus. Lento em̃ gradu ad uindictam sui diuina procedit ira: tarditatemq̃ supplicij grauitate cõpẽsat. Verum de principis bona ualitudine cur non magis magisq̃ lætemur qui asylũ est bonorũ oĩm! Huius tanta est uirtus: humanitas: ꝓbitas: sapiẽtia: ut qui hunc nõ amet: nõ colat: nõ ueneret᷑: feræ sit potius: q̃ hoĩs similis. Publica erãt omniũ ꝓ huius ualitudine uota: supplicationes: sacrificia. Priuatæ aũt ubiq̃ preces: ut cõualesceret. Tandẽ nõ audiuit nos solũ deus optimus: maxim⁹: sed exaudiuit: ut non orauerimus modo: sed a supis huius ualitudinẽ exorauerim⁹. Læticia hic publica celebrat᷑: cui cũ te interesse plurimum cupiam⁹: uolum⁹ te hisce litteris inuitatũ: ut Kalẽdis hic sis Maijs. Ex Mľo. iiij. Idus Quintilis. Christus Valerius maximus

Synonyma inuitatoria ad cõem læticiam.

Accede huc interfuturus læticiæ cõmuni.

Fiunt hic publica læticiæ cõmunis gratia uota: quibus ut intersis cupio.

Ego te ad hanc nostrã inuito cõmunẽ læticiam.

Cũ nõ nesciam: esse tibi cõmunem hanc nostram læticiam cognitam: in hanc te inuito.

Velim te inuitatũ esse in hanc nostræ cõmunis læticiæ celebritatem.

Cũ simus ꝓ nostro natali cõmunem celebraturi læticiam: inuitamus te pariter: ut huc eas.

Fac ut ad ꝓximas Kalendas in hac urbe sis nobiscũ: ut cõi lætitiæ nostræ seruiamus.
Nisi te q̃primũ in hanc nostram cõem lætitiã cõferas: non arbitramur res nobis iucundas easdem tibi fieri.
Veni cõtinuo in hanc cõem lætitiã inuitatus.
Ne differas tuũ: in hanc cõem lætitiam: ad nos aduentũ.
Si cõmunis es lætitiæ nostræ particeps: inuitatus accede ad nos propere.
Nihil sit moræ: quo min⁹ huc statim ꝓficiscare cõi lætitiæ nostræq; interfuturus iucunditati.

Titulus.lxxx.

Moralis uoluptatũ damnatiua familiaris.

Sirenes Iure Sirenes poetæ fingũt solitas in pelago tã amene cantare: ut eas audiẽtes: nihilq; curãtes aliud: facillime mergerent. Nã eæ sunt illecebræ sensuumq; uoluptates: quibus seducti uiri uirtutis relinquunt præmia. Nã & tu uir omni laude cumulatus añ hac studijs bonarũ artiũ dicatissimus: nũc in eã cõcidisti uoluptatũ sordẽ: ut merito in sirenũ incidisse fabulã dici queas. Quare si me audis: & si te non odisti penitus: execrare luem istã: ac ueluti pestilentẽ morbũ: effuge titilãtis sensus cupiditatẽ atq; pruritum: ne deserta uirtutis maiestate: deniq; acerbissime lugeas. Ex Mediolano. iij. Idus Quintilis.

Moralis uoluptatũ dãnatiua familiarissima.

Tamdiu lugebis atq; macerabere: q̃diu inter istas luxuriæ uersabere sordes. Quid em̃ fœdius: aut ægrius: q̃ turpissimis seruire dñis: uoluptatibus inq̃ ipsis: ac animi perturbationibus? Id ut ẽ turpissimũ ad famã: sic ad uitã oẽm ꝑiculosissimũ. Nã & ualitudines malæ singulæ nascunt̃ ex incontinẽtia. & qui ad fœlicitatẽ callis ducit: hui⁹ ꝑdit̃ præuaricatione: cui quotiens te negaueris: totiẽs tuæ uitæ consules atq; famæ. Ex Mlo pridie Idus Quintilis.

Moralis uoluptatũ damnatiua grauis.

Vt inuitarent̃ ad cõem lætitiã finitimi cũcti: fuit uetustissi-
Lycurgus mũ Lacedæmonioꝝ institutũ a Lycurgo: q cũ uideret ur-

bē præ dolore pestis: plurimũ mœstã inq̃t: Ego dijs imor-
talibus habēdas existimo grãs: q̃ nostræ acceperint curã ci
uitatis: nostrosq; redegerint ciues in cœlũ: inuitandosque
ad hanc læticiã finitimos arbitror: ut cũ supplicationibus
intersint: tũ ludis: in quos ex oĩ genere cõueniant Europæ
Asiæq; incolæ: uel præmia suarũ laudũ accepturi. Factũ est
aũt ut assidue dies sexdecim cõis celebraret̃ læticia in foris
platæis: & cõpitis: ubi pæana canētes: ingeminabãt Ohe cũ
plausu in maxima populi corona. Commodius certe nostri
morē hũc esse tũc obseruãdũ existimarũt: cũ nõ extinguē
di luctus cã: sed exaggerandæ uoluptatis intuenisset gra-
tia: ut si qd uel reipublicæ cõtigisset: uel priuato cuiq̃: quod
cõmunē plurimis læticiã diceret. Id q̃ possunt: uel in hunc
usq; diē imitant̃: si modo sunt aut uetustatis æmuli: aut uiri
bonarũ artiũ nõ ignari. Nam rudes: & antiquitatis imperiti
sunt ab eiusmodi ritu sanctissimo penitus alieni. Nos igit̃ in
rebus fœlicissimis uehemētissime læti: nisi ad cõem hãc læ-
ticiã ea pariter traducamus: quæ sunt uoluptatũ dãnatiua:
nihil nos sũmæ ducimus exultatiõis accepisse: ne gestiat̃: ne
excurrat̃ in insolētias: ne in turpitudines incidat̃. Illi enim
in ijs festiuitatũ choris crapulæ ac ebrietatibus uacabant:
Baccho intẽdũ Veneriq; seruiētes. Nos eiusmodi detestati
uoluptates oēm iucunditatē nostrã carere cupimus turpi
tudine. Moribus ergo seruatis Apollinis atq; Dianæ: in oĩ Apollo
læticia meminerimus rationis: laudis: atq; uirtutis: quibus Diana
possumus beati fieri. Nam turpitudo nulla nos beatos effi
cit. Assequi nos oĩ opa decet Solonis illud: ut uiuēdo simil- Solon
limi simus deorũ. At Pittacus sapienter inquit. Qui deorũ Pittacus
nõ sequit̃ uitã: eorũ nõ attingit sedes. Omnis imundicia &
incestitas damnat famã: ac pdit hominem. Quid autē cuiq̃
supest: ut Thales ait: ubi neq; famæ satis est: nec animæ? Si Thales
mercatura tanq̃ aut nauigatio est hæc uita nostra: tam de-
bemus (ut Pericles admonuit) abesse a turpitudine: q̃ cupi Pericles
mus meliore rem nostram uendere. Nihil est igit̃ tam mo
rale (quod docuit Plato) q̃ execrari uoluptates: ac dete- Plato

ſtari malos animorũ ſenſus. Id ut oẽs decere duco: multo nos magis: quibus eſt principatuũ regendorũ cõmiſſa cura. Itaq; te fili plurimũ ad bonos hortor mores: ut uoluptates deteſteris. Ex Mlo Idibus Quintilibus.

Synonyma moralia uoluptatũ dãnatiua.

Præſtat cũ laude mori: q̃ inter illecebras uiuere.

Nihil eſt uirtute præſtabilius: nihil uitio deteſtabilius.

Vt ſola ꝓbitate uiuũt noſtræ laudes: ſic ſolo ſcelere intereũt.

Nulla res eſt qua diutius uiuãt homines: q̃ pietate ac fide: cum omni uitiorũ odio.

Qui malos execrat mores omniũ eſt moraliſſimus.

Auguſtin⁹ Boni mores atq; mali (ut Auguſtin⁹ inqt) bonos ac malos diſcernũt: ad diuerſaq; ꝑducũt: uelut paleã: ac triticũ.

Omnia labefacit improbitas: oĩa nutrit probitas.

Vt hominis uitæ: famæq; diuturnitati cõducit plurimum uirtus: ſic omnia delet atq; inficit uitium.

Tam abſunt a bonis moribus mali: q̃ ab inferis ſuperi.

Nihil eſt uirtuti cuiq̃ cõmune cum uitijs.

Splendent ſingula uirtutũ ornamenta ſordẽt oĩa ſcelera.

Squallor ac rubigo ſemp̱ eſt malorũ: bonorũ autem nitor atq; decus.

Ornamento pietatis nihil addi põt candidius.

Impietatis ſordi fœdius eſſe nihil ualet.

Mores cõplexi bonos uoluptates corp̱is execrant.

Moralis diſciplina cõtinentiæ tutrix eſt: incõtinentiæ grauis hoſtis.

Finit Epiſtolare Marij Philelfi elegantiſſimũ: Baſileæ per magiſtrũ Ioannem De Amerbach ſumma lucubratione impreſſum: Anno octogeſimonono ſupra milleſimũ quaterq; centeſimum.

Qui cupis in paucis uersari: & multa uidere:
Hoc lege: quod Marius utile prompsit opus.
Vberius sacro nil dicas fonte Philesi.
Et nihil utilius hoc opere esse putes.
Nanq; is rhetorica breuiter præcepit in arte
Præcepta: Exemplis muniit inde datis
Omne genus scripti: uarius quo nititur usus:
Adiunxit sollers hinc Mariana manus.
Tum genus in ternas partiuit quodq; figuras:
Infimus est: medius: altiloquusq; modus.
Argumenta uiri poterunt hinc sumere docti.
At iuuenis totū uendicet usq; librum.
Omnia debemus Mario pro munere tanto:
Multum Mondello: quo duce uiuit opus.

τελοσ

REGISTRVM CHARTARVM

a
uacat
iocoſa
Ludouicus
cerer:aut
b
exquiſitum
qui ei
uolutare
dicturus
c
Quæ ſit
exemplum
ſuam
cum quia
d
exemplum
primus
uiuit
luce
e
qua abunde
inductum
ditiſſime
honos
f
Titulus
tibiq;
res &
hæc eſt
g
nullum
præuſtas
ſtudiorum
aut pugna

h
annumeraretur
duis conſtet
cum uulpe
Id facit
i
meis
cent aliqui
teris:uel
benigne
K
mi fili
ternum
cum
ſum:uel
l
facit
neribus
num genera
pro mea
m
quiſq̃
luit nefas
te cõtuleram
telliges
n
ut in hoc
me contumeliarum
confirmatiua
tiſſimo
o
hic omnes
eſſet
pannones
rata &

p
oculos
ſi uis
diſſimaſq;
fac ut
q
fundamenta
rediuimus
in nulla
ſed ꝓhibui
r
ut opinor
amari
antiquiſſimus
gaudeant
s
huic ſuiſq;
bus;quorũq;
hunc igitur
uirum
t
priſcos
ab hoc
tam eſt
uiribus
u
ſi licet
Nec ad
æuo
cla cõijcite

May 1942

Basel

JOHANN AMERBACH

PHILELPHUS, JOANNES MARIUS. Epistolarium. 1489.

*Hain *12,974; B.M.C. III, 752; Stillwell P566.*

Printed with roman types, in quarto form, 33 lines to a page. It has 160 leaves; the last, a blank, is missing. The size of a leaf is 214 × 150 mm., and the printed text measures 151 × 108 mm. In contemporary binding.

JOANNES MARIUS (Giovanni Mario) PHILELPHUS was the son of the great humanist Franciscus Philelphus (Filelfo). He was born in Constantinople in 1426, but when a year old was brought to Italy and spent his childhood at Bologna and Milan. Barely more than fourteen, he went off to Constantinople, where he was favorably received by the Emperor and his father's friends. On his return two years later, he stayed for a while at Milan and then joined the court of René d'Anjou at Marseilles. In the early 1450's he was back again in Italy, wandering from one city to another engaged in teaching and writing poetry. In 1468 he wrote a life of Dante. His present work, *On the Art of Letter-Writing,* he composed in 1477 while at the court of the Duke of Urbino. In his dedication to Ludovico Mondello he apologizes for possible errors or negligence in style, because he did it all in twenty days. He died three years later at Mantua.

There are models for eighty kinds of letters in the book, starting with a letter of recommendation and continuing with letters of condolence, congratulation, persuasion, dissuasion, admonition, love letters, and so on. A short discussion of grammar precedes the text.

The work was first printed in Paris in 1481. It includes an exchange of epistles between Ludovico Mondello and Octaviano Ubaldino, a brother of Duke Federico da Montefeltro, written in the spring of that year. Mondello, a Minorite brother and a descendant of a noble house, was a former pupil of Mario Filelfo; it was for him that the *Epistolarium* was composed. Then resident in Paris, he wanted to publish the manuscript, hoping that "it would secure the admiration of the whole clerical and academic world." Ubaldino heartily approved of the plan, and remarked that the shortcomings of style might readily be excused in a work meant for private use.

This was the only work by Mario Filelfo that appeared in print in the fifteenth century. The *Epistolarium,* however, was very successful. It was published seven or eight times. Johann Amerbach issued an edition in 1486. The present volume is a page-for-page reprint.

Bought in February 1936.

AUGSBURG

ERHARD RATDOLT

IMITATIO CHRISTI. De imitatione Christi. J. Gerson, De meditatione cordis. 1488.

*Hain *9094; B.M.C., part II, p. 382.*

Printed with gothic types, in quarto form, in two columns, 40 lines to a page. It has 48 leaves; the size of a leaf is 214 × 152 mm., and the text in a column measures 150 × 50 mm. Five large woodcut initials. Bound with a copy of Philelphus's *Epistolae*, printed by Amerbach in Basel in 1489.

ONE of the early editions of the *De imitatione Christi,* in which the work is attributed to Jean Gerson (1363–1429), Chancellor of the University of Paris and canon of Notre-Dame, one of the most outstanding divines of his age. To-day, as a rule, Thomas à Kempis is credited with this famous book, although French scholars still persist in their claim of Gerson's authorship. The first edition of the *De imitatione Christi* in which the work was ascribed to Gerson was printed at Venice in 1483; and the first volume in which the *De Christi* and the *De meditatione cordis* were published together — both attributed to Gerson — was printed in 1485, also at Venice. (*For notes on the* De imitatione Christi *and on the controversy about its origin see pp. 77–8 in the February 1930 issue of* More Books.)

The *De meditatione cordis,* on the other hand, is unquestionably by Gerson. It is a short piece, occupying only three leaves in the volume. Of all the works of Gerson, this essay seems to have the greatest inner similarity to the *De imitatione Christi* — for which reason it is the favorite piece of French scholars. (*For notes on Jean Gerson see pp. 378–80 in the November 1929 issue of* More Books. *There is a note on the* De meditatione cordis *on p. 12 in the issue for January 1930.*)

Bought in February 1936.